JOANNIS BISSELII, ... ILLUSTRIUM, AB ORBE CONDITO, RUINARUM, ...

Jean Bissel, Melchior Küsell, Jacob Loots


Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
9
4 MB
1

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

JOANNIS BISSELII,
è Societate JESU,
ILLUSTRIUM,
Ab Orbe Condito,
RUINARUM,
DECAS I.
Cum Breviariis Capitum, & Indice.

EDITIO ALTERA.

Cum Gratia, & Privilegio Sac. Caſ. Majeſt.
Et facultate Superiorum.

Bibliothecæ Soc. Coll. Rom. Soc. Jesu



DILINGÆ,
Typis, & Sumptibus JOAN. CASPARI BENCARD,
Bibliopolæ Academici.
Per JOANNEM MICHAELEM SPÖRLIN.

ANNO M. DC. LXXIX.

Digitized by Google

TER
Optimo, Maximo,
REGI SÆCULORUM
IMMORTALI,
SOLI DEO,
Gloriæ Perennitatem!

MAJESTATIS tuæ cœleſti Solio, ſupplex adſtratus, offero ſoli, quod, inter omnia, *DEUS une, Trinéque*, ſolus, nec accipere potes, munus; nec habere, vel pati. RUINAS, inquam, ILLUSTRES, genibus advolvo tuis, qui collabi nequis; nec in Ruinam ullam nutare: qui ſemper es, quod es; *ſemper idem*, x, *cuius anni non deficient*: *nunquam novus, nunquam vetus*; ut,

Digitized by Google

cui (ſervorum tuorum doctiſſimo quodam, teſte) *nec initium origo, nec incrementum tempora, nec finem Caſus, ſit daturus.* Accedit his, quòd in munere quoque, vel maximè Majeſtate tua digno, tibíque conveniente; tamen meritiſſimo jure trepidarem, ad primum ſtatim liminum tuorum aditum, ac veſtibuli conſpectum. Quis enim, & quàm nihil, ego ſim, tu penitiùs nôſti, quàm audeam ego confiteri, terræ pulvis. Et tu quis es? Is quidem, ac talis, ac tantus; ut in te ſolum, Deus meus, quidquid eſt honoris, ac titulorum, congruat: & tamen adulatio nulla locum habere queat. Interim autem es & iſta. *REX omnipotens, ac metuendus nimis: qui ſedes ſuper Cherubinos, & intueris abyſſos. Qui ſuper Pennas ventorum, undáſque*

maris, *ambulas:* ac procellas, tempeſtates, naufragia, malè de te meritis, immittis. Cujus ad conſpectum, terra, cœlúmque, *tremore concutiuntur: coram quo curvantur ii quoque, qui portant orbem: Cuius iræ reſiſtere nemo poteſt:* Cujus in oculis, *tanquam ſtateræ momentum*, æſtimetur *Orbis*; *Inſulæ, velut arenæ pulvis exiguus:* mundíque ſphæra, ceu milii granum. *Cuius in conſpectu, gentes omnes, ut ſtilla ſunt ſitulæ; guttáve roris antelucani, quæ deſcendit in terram.* Denique cui, quaſi culpam & rigorem, imputare ne calumnia quidem ipſa poſſit, *ſi perierint Nationes; quas tu feciſti. Quis* ergo *te non timebit, ô REX GENTIVM?* Quis appropinquare magnitudinis tuæ foribus audebit, ac

 tholis

Digitized by Google

tholis; cum donariis tam *proiectis*, cujuſmodi ſunt Ruinæ? cùm præſertim, *dari dedicaríque DEO, fas ſit, non modò digna, ſed etiam, à dignis?* & inſinuari divinæ Clementiæ gremio *rudera* non oporteat, neque deceat, ab eo; qui memor ſit, & quotidie cogitatione revolvat: ab ejus manibus, ceu *Rege Regum*, etiam Alpes ac *Montes ponderari: palmóque concludi terram.*

Sed interim quidquid hoc totum, & cujuſcunquemodi, ſit; quod meam accedendi dicandíque fiduciam retardet: quia tamen Majeſtatem tuam, non humanam minùs, quàm terribilem, paſſim, ſacris in paginis, lego relegóque, nos provocantem; ad *Operum tuorum*, in omni genere ſtupendorum, monimenta celebranda (nam *TE SOLVM decet Laus;*

& glo-

& gloria, domi nata) nec Opus ipſum Ruinarum, neque nuncupationis operam, à Majeſtate tua, cenſui, penitùs alienam. Certè quidem, non *Opus*: quoniam *labor*, inprîmis *manuum tuarum univerſi nos ſumus*, ſeu ſtantes, ſeu cadentes: ut, à cujus *permittente* ſaltem dexterâ, *bona maláque*, *mors & vita*, *paupertas*, *& opulentia*, ſint: pax item, & bella; clades, & victoriæ: regna, regnorúmque translationes: gentium, ac nationum, diuturnitas; & earumdem, expleto ſcelerum ſignato curſu, finis, & interitus. Cujus opus (legitimo *Catholicóque* ſenſu) ſunt, *Tyranni*, *ſedentes in throno*; ſed poſtea dejecti: *Potentes*, *in oppreſſione debiliorum*, ſed & ipſi tandem *oppreſſi*: denique, Ruinæ quælibet Impiorum, & ſceleſtiſſimus quiſque, tametſi diu

nonnunquam dilatus in p[illegible]dem tamen *in diem malum*, ac *Gehennam*, reſervatus. Et indè ſanè pleræque quas poſteris trado, RUINÆ fiunt; *ab Ignibus iis*, quos tu *Lucifero*, quóſque conjuratis Angelis, exſtruxiſti, vel Hominibus, ILLUSTRES. Tu namque, *quàm largus es miſericordiæ, tam Juſtitiæ tenax* eſſe ſoles: quemadmodum hæ minimæ *Decadum* mearum curæ mortalitatem docebunt; Te DEUM, *Ignem* eſſe *conſumentem*, *Æmulatorem gloriæ* tuæ fortiſſimum, *Superborum deſtructorem*, ac de cladibus omnium facinoroſorum glorioſum *triumphatorem*. Ut proinde meritò deſiſtere debeant, quicunque, vel improbitate nonnunquam, vel imperitiâ rerum imbuti, quærere non erubeſcunt: UBINAM ſit DEUS JUDICII? Qui tales, breve qui-

quidem, ſed veriſſimum, *Auguſtini* tui, verbum audiant: dicentis, in eos; *Te, ſicubi non adſis per Gratiam, adeſſe per vindictam*: ut, *Qui te nolit placatum, eundem nequaquam effugiat iratum*. Hoc Tu *Ruinarum* genus, à me, Chriſtíque cultoribus, ſingulis, & univerſis, avertere clementiſſimè digneris, ô Sacroſancta, regúmq; regina, *Trinitas*, ter adorande Deus; meúmque, multarum *Illuſtrium Ruinarum* Scriptoris ignobilis, patiaris, in *Cœlo* potiùs tuo, *vitæq; Libro*, conſignari, quàm huic nuncupationi ſubſcribi, *Nomen*! Ambergæ, Feſto Deiparæ Concipientis. 1656.

Auguſtiſſimæ, Sempiternæq;,
Majeſtatis Tuæ,

Servorum omnium poſtremus,

Operis auctor.

LECTORI BENEVOLO, Salutem!

RUINAS, amice lector, omnes, ac ſingulas, ſubnexîs, ad finem earum, teſtimoniis *Auctorum*, inſtruendas exiſtimavi; non quòd iis quoq; pervolutandis fatigari te vellem; ſed, uti, quoties de firmitate, vel hiſtoricæ fidei, vel aſſertionum quarumlibet, dubitares; promptum tibi foret, ad fontes earum recurrere. Simùl autem, & Sacri verbi præconibus, quibus hæ RUINÆ ſæpius eſſe fortaſſis uſui poterunt, ſingularum auctoritatum, & interdum minutiorum quoque pharetram in parato volebam eſſe; de qua *Concionum* ſuarum, ſeu ſacra, depromerent, ſeu profana, jacula. Nihil enim auditorum animis potentiùs, quàm, teſtimonio veritatis ſolidô firmatum Dictum, infigitur.

HIS adjicio. Non oportere te mirari; ſi, primis in Decadibus his meis, RUINARUM quaſdam inventurus ſis, argumenti, materiæque, plurimis jam vulgò notæ. Præterquam enim, quòd earum ipſarum ſingulæ novitatem habent quandam interſperſam, narrationem, atque rerum, etiam recentiorum, nec omnibus vulgò compertarum: ſequuntur, aliis in Decadibus, alia ſemper, aliáque, quæ, geſtorum varietate, levatura ſint antiquitatis, & crambês, faſtidium; donec, ordine ſæculorum, ac ſerie ſuâ, perveniatur

niatur etiam ad noſtrorum temporum famoſiores interitus. Qui quidem, à me conſcripti jam ſuperioribus annis, ſolius connexionis *contextúſque cauſsâ, quâ, poſteriùs geſta, poſteriùs quoque narranda ſunt*, adhuc inediti, premuntur à me: quoad, ſuo quemque Sæculo vel anno citante, ſuam etiam ipſi procedant in aciem, atque lucem.

Nam, ut paſſim alibi, ſic etiam hîc, amice
Lector, Temporibus eſt ſer-
viendum.

Digitized by Google

Hac

DECADE I.

RUINÆ

continentur

I. Luciferi, ac Sociorum.
II. Generis Humani.
III. Caini.
IV. Mundi, Cataclyſmo deleti.
V. Turris Babylonicæ.
VI. Zoroaſtris.
VII. Semiramidis.
VIII. Pentapoleos.
IX. Pharaonis demerſi.
X. Seditioſorum Coritarum.

Digitized by Google

RUINA I.

Quæ fuit,

LUCIFERI,

Ejúſque

SOCIORUM.

BREVIARIUM CAPITUM.

I. *Cur à Lucifero fiat initium ſcriptionis Ruinarum Illuſtrium. &, quem ſcribendi modum in his obſervaturus ſit auctor.*

II. *Rerum, ab origine prima, per Opus Sex Dierum, à Deo facta, Creatio, & productio. Earum omnium primam fuiſſe, Cælum Empyrium: cujus præſtantia, dotes, ac laudes, deſcribuntur.*

III. *Empyrium Cælum, initiô mundi conditi, impletum Angelis: qui non fuerunt aliquot, aut etiam innumeris, Sæculis priùs, quàm Cælum & terra: neque Corporibus, aut materiâ phyſicâ conſtant. Comparantur autem Stellis, ob diverſas rationes; ex quibus eorum Nobilitas elucet. Eorum, in tres Hierarchias, & novem Ordines, diſtinctio: Ordinúmque nomina. Angelorum inſignes, à Deo acceptæ, dotes, ac felicitas; ab ipſa ſtatim primâ ſui productione.*

Con-

(5119

Digitized by Google

Conditio, & pactum, quod illis propoſitum erat, ad Gloriæ conſummatæ conſecutionem. Cuj tamen pacto, eorum plurimi non acquieverunt; Ducis ſui culpâ.

IV. *Luciferi Nomen, unde ſit, indicatur. Eum, non tempore, ſed Dignitate, cæteros Angelos omnes antece ſſiſſe, demonſtratur. Ejus ingentia ornamenta, quibuſcum eſt conditus, &, è quibus deduci poſſit, Eum Angelorum omnium fuiſſe Excellentiſſimum.*

V. *Lucifer, nimiæ fælicitatis onere, ſuóque vitio, laborans, vertit dona Dei in perniciem ſuam. Quónam autem propriè Peccati genere; litigatur inter Doctores. In quo potiſſimùm ſuperba illius Invidia ab nonnullis recentioribus conſtituatur, exponitur.*

VI. *Divinis è litteris, conſtat; Luciferi Peccatum fuiſſe Superbiam, Dedignantis, ſubeſſe Deo; & meritîs adipiſci Gloriam, à Conditoris ſui beneficio dependentem. Ejus Oratio adponitur, quâ Lucifer ſuperbè ſecum fremit: concluditque, ſe Deo velle eſſe obnoxium.*

VII. *Superbiæ Luciferianæ, potuerunt & alia conjuncta fuiſſe peccata; quæ tamen Superbiam, ut fontem, reſpicerent. Sed Lucifer, aliorum quoque Angelorum corruptor, Locutione (qualis inter Angelos eſt, ac deſcribitur hoc capite)*

Digitized by Google

pite) & Oratione ſeditioſâ, eos in Dei contemptum incitare palàm, laborat.

VIII. *Luciferi ſeditioſâ Oratione incenſa pars Angelorum permagna, factionis ſuæ Duci hæret; deſertâ Dei cauſſâ, proculcatáque majeſtatis illius reverentiâ. His ſe Michaël, cum Sociorum majore melioréque multitudine opponit. commiſſóque prælio, victor ipſe, cum ſuis, præmia capit: Lucifer victus, cum aſſeclis, promeritam pœnam.*

IX. *In prælio illo cecidiſſe, & multos, & magnæ dignitatis Angelos, monſtratur. Cladis magnitudo, patet ex variis titulis: ut, è jactura ſperatæ dignitatis. Ex damno item Nominum; quibus nomina, Angelis lapſis probroſa, ſucceſſerunt, diverſiſſimæ appellationis.*

X. *Angelorum rebellium magnitudo damni, colligitur etiam ex eo, quòd eorum* Intellectus, & voluntas, *ſupernaturales virtutes, gratias, & dona, perdiderunt; quibus alioquin omnes animæ ac Spiritus Juſti adornantur. Quòd Voluntas illorum, ſignatè, ſit depravata; & nihil veri boni concupiſcere, nihil non mali deſiderare, poſſit: in Odio Dei perpetuò verſetur; & ideò Spem reditûs ad frugem, ac Salutem, penitùs abjecerit, incorrigibili malitiâ. Ex conſequenti etiam: quòd omnis eis ablata ſit ſpes, & via,*

Digitized by Google

via, *ad* Claram Dei viſionem; *quâ jacturâ ſummè torquentur. An Deum aliquando clarè viderint, paucis diſcutitur: Et, quid ergo, circa viſionem illam, maximè illos torqueat, aſſignatur.*

XI. *Interim, tametſi diſpendium ſubierint Angeli mali, bonorum Cœli, & Gratiæ, Gloriæq́; Naturalia tamen, Intellectûs & Judicii, ac, ſiqua cætera ſunt, retinuerunt. Malè tamen iis utuntur, & cum damno mortalium, ſive lædant, ſive ludant. Quorum, generatim, particulatímque, tanguntur, per congeriem, exempla: in quibus, hinc Sævitiam ſuam, indè verò vilitatem, produnt damnati illi Spiritus.*

XII. *Sequitur damna, ſuperiùs enarrata, damnum & jactura* loci: *quem Dæmonum malitia mutavit, è Cœlo, in* Infernum. *Is deſcribitur: & Luciferiani lapsûs, in* Gehennam, *ingens deſcenſus, ac Profunditas: è calculo mathematicorum.*

XIII. *Angeli deſertores, nondum omnes adhuc in Gehennam detruſi; ad ſupremum uſque Iudicii diem, diverſa ſunt Loca ſortiti: in quibus tamen pœnas ſuas circumferunt. Num* Ignis *quoque* Sphæram *inſideant, diſcutitur breviter. In* Aëris & Terræ *elemento, eos commorari, fusè particulatímque, oſtenditur. In*

Terra

Terra præſertim, variè vagantur, morantur, nocent. Ubi multa, lectu curioſa.

XIV. *Diaboli, maris etiam, & reliqui omnis Elementi Aquei, regnum inſederunt. Sed &* Mixta *corpora ſic occupârunt, ut, animal vix ullum, ſit, nominare, præter* Ovem, *vel* Agnum, *& fortaſſe* Columbam Albam; *quod illi non ſubeant, aut ſimulent: ac neque cæleſtium quidem aſſimilatione abſiſtunt. Quin & in ea ſe* mixta *transformant, quæ carent animâ; vel in illis deliteſcunt, ad impoſturas nectendas: aut reſponſa danda, plena perplexitatis.*

XV. *In compendio ſtatuitur; à Dæmonibus omnia ſublunaria teneri, occupata: & eos nihiloſecius cruciari nunc: licèt Gaudium ſimulent; quod apud eos eſt Phantaſticum. Expenditur deinde, quàm horrenda ſit Gehennæ pœna, quâ cruciantur Dæmones, qui jam nunc in ea ſunt: & cruciabuntur olim, qui nondum ſunt illic. Ea pœna multifida eſt: ſed nulla gravior, quàm, pœnarum æternitas: ex eo quoque eis moleſtior, quòd morâ tam brevi egerint in Cælo. Et quantula fuerit, adſtruitur.*

XVI. *Parænesis ſeria, ad Superbos, & obſequii legitimi detrectatores. Quanta ſit utriuſque vitii, Superbiæ videlicet, & Contumacia,*

Digitized by Google

cia, fæditas: in iis maximè, qui conditionis olim vilioris erant; & in illis, qui Deo religioſis votis ſe dedicârunt. Superborum quorundam abſurdiſſima elatio; & miſerandus, aut fædus, exitus: ubi de Belgica Virgine; & Hiſpano, qui ſe Chriſto comparârat, narratur.

XVII. *Exhortatio alia, ad eos, qui, liberæ nimiùm Conſcientiæ, non vident; Luciferum Opere nullo externo, ſed cogitationum nequitiâ, peccâſſe, & corruiſſe. Ad eos præterea, quibus, etiam in Religioſo ſtatu, negligens eſt Perſeverantiæ cura: cùm maximi quique, & Angelorum, & hominum, poſthabitâ eorum nobilitate, ac dotibus ſacris profaniſque, torqueantur hodie in Gehenna.*

RUINA

RUINA LUCIFERI, ET SOCIORVM.

(I.)

EMinentiorum, ab Orbe condito, Ruinarum, quibus oppreſſi non mortales modò, ſed & ea ſunt, in quæ funus non cadit, hiſtoriam, diſtinctis è ſerie temporum voluminibus, in apertum producam. Id vetus animi mei propoſitum, & verò calami quoque promiſſum, eſt. Utroque me, quoad annos, ac vires mihi Numen prorogabit, exſolvam. In cujus operis ingreſſu, ſi, tanquam in Amphiteatro quodam, oculos circum ferrem, ad argumenti laboriſque primi delectum: undénam juſtiùs enarrandi principium caperem; quàm ab eo, qui cæteris deinceps omnibus, quotquot unquam corruêre, labendi, vel auctor & impulſor fuit: vel exemplum, & irritamentum? Is eſt Lucifer, cum Ruinæ Sociis Angelis: qui malorum omnium, quæ poſtea ſunt in mundum invecta, primus Circum aperuit: apertum, in fronte ſtatim decurren-

Digitized by Google

currendum ſuſcepit? & in curriculo, vixdum cœpto, turpiter effuſus, præcipitio tam ſtupendo prolapſus eſt: ut poſt eum omnes, *qui ſtare ſe putant*, ſi modò ſapiunt, meritò Caſum reformident; periculoſáſque metas declinent. Ejus ego præcipitii, ſicut in ſubſequentibus Ruinis omnibus, ſic in hac quoque, cæterarum principe, cauſſas initiò, cum occaſionibus blandientibus; deinde, diſſiliente felicitatis rotâ, calamitatem, ſupremámque cladem, per congruum rerum geſtarum ordinem, exponam.

II. DEUS, majeſtas omnipotens, ſeipſa fulta; Bonitas, ipſi ſibi ſufficiens; Perfectio, ſeipſâ conſummata; Natura, Divinitate ſuâ Tribus *in Perſonis ſubſiſtente*, ſæculis retrorſum infinitis, contenta: non deſiderabat aliud, extra ſe, ſeu theatrum, ſeu gloriæ teſtimonium. Quid enim adderet inſiti décoris poſſeſſioni ſempiternæ, laus tam ſera plauſûs externi? Quid item, ad copiam antiquam, afferre Deo poſſet, illud omne, quod Deus non erat? Ut tamen eſſet, etiam extra Deum, quidquid nondum erat, nec unquam futurum fuerat, nolente Deo: ſemetipſam Divinitas, quantum fas eſſet, impertiri, velutíque foras effundere, ſummâ tandem liberalitate, conſtituit.

Ruina Luciferi.

tuit. Sic tamen exonerare divitias ſuas decreverat: ut eorum interim, quæ donaret extra ſe, nihil damni faceret. Operum illius, aut primũ aut primo certè connexum, *Cælum* fuit illud, quod ſacra Doctrina paſſim, *Empyrii* (*a*) nomine, diſtinguit, ab alio quovis Cœlo. (*b*) Nam, cùm Cœlum, terram, aquam, ex puro puto NIHILO procrearet IN PRINCIPIO; ſic illa communiter, è promptuario ſuæ Potentiæ, procedere juſſit in publicum; ut tamen, ordine ſaltem dignitatis, ac ſerie deſtinationis ſuæ, Cœlum illud, *Principium* eſſe ſuæ molitionis voluerit: nequid illo priùs, antiquiúſque, conditum inveniretur. (*c*) HIS autem, quaſi cæterorum omnium primis, aut exemplaribus, aut fundamentis, conſtitutis: admovit deinceps omnipotentis imperii ſui manum Operi, quod SEX DIERUM, è Moſis enarratione, nominamus. Hic eſt Mundus iſte, quem, *è materia præjacente* conſiſtentem, & *eductum*, dicere vulgò docti conſueverunt: &, ſub cujus appellatione, non *Elementa* tantummodo, *mixtáque* corpora; ſed ſeptem quoque planetarum Orbes, & *fixarum* ſtellarum cœlum, *Primúmque* (quod vocant) *Mobile*, continentur. Et hæc quidem eorum, quæ materiâ conſtabant, Operum, ſub ſenſus caden-

Ruina Luciferi.

dentium, à prima rerum origine, fuit conſtitutio; quémque dixi, conſtitutionis ordo. Sed, in his, longiſſimè, conditionis ſuæ dotibus, *Cœlum* eminebat illud; quod appellari dicebamus, *Empyrium*: quódque, non magis originis ſuæ ſerie, quàm molis nobilitate, naturam reliquam cœleſtium orbium antecederet univerſam. De quo Cœlo, tametſi nihil profanæ Sapientiæ priſci magiſtri tradiderint; quippe, diſſertatores eorum modò, quæ, ſub oculis poſita, mentis humanæ poſſet acies aſſequi: tantò plura tamen, ac memorabiliora, ſuper eo, *Theologi*, Chriſtianæque veritatis antiſtites, litteris conſignârunt. Quorum, *Empyrio* de *Cœlo*, vulgatus apud pleroſque doctrinæ ſenſus, in ſummam, hic eſt. Altitudine, ſuíque complexu corporis, excedere cæterornm, quæ condita ſint, corporum univerſitatem omnem. Amplitudinis eſſe, ſpatiíque, quaquaverſum immenſi: (*d*) quódque regna caperet, qualia mundus hic noſter habet, innumera. (*e*) Splendoris ſui copiâ, ſuperare, quidquid, vel à Sole, diffunditur, vel aliunde, creatæ lucis: cujus tamen interim ſubtiliſſima tenuitas, aſpectibus humanis inacceſſa, radiorum gracilitatem ſurſum versùs clariſſimô diſpergat, & uberrimo, fulgore. qui tamen

Ruina Luciferi.

tamen idem ſplendor deorſum ire dedignetur; ſpiſſiori ſtellarum lumini mundum inferiorem illuſtrandum relinquens. Eâ cauſsâ, Lucem, ajunt, illam *Empyrii Cœli*, quanquam & ipſam alioquin verè corpoream (*f*), *Spiritalem* tamen ab antiquis dictam: ſicut & ipſum Cœlum. (*g*) Eſſe præterea Cœlum illud, tam mutationum naturæ ſuæ, quàm earum, quę ſequũtur ex his, deſtructionum, ignarum: (*h*) aliter, ac Cœleſtia cætera, quæ ſub eo volvuntur, corpora: quorum converſum iri ſtatum aliquando, ſi neget Philoſophus, denuntiat tamen Petrus. (*i*) Immotum inſuper, quietúmque, conſiſtere: cùm intrà tamen illud inferiores interim *undecim* (*k*) aſſiduò gyrentur cœleſtes orbes. Pulcritudinem autem, amœnitatem, & ornatum illius, incomparabilem eſſe: (*l*) felicitatis futuræ beatam ſedem; bonorum omnium armarium; *frugum Iuſtitiæ* granarium; meritorum æternæ vitæ tabularium; *copioſæ mercedis* ærarium; beatarum opum gazophylacium; ſanctiſſimarum voluptatum repoſitorium; (*m*) caſtiſſimarum formarum theatrum; Dei glorioſam regiam; immortalium portum ac patriam; Pauli tertium Cœlum; (*n*) ejuſdem, in raptu mentis, Paradiſum (*o*) Davidis *Cœlum Cœli* (*p*). Cujus in Com-

comparatione, *fixorum ſiderum* lucens orbis, aliud nihil ſit, quàm *Empyrii* Cœli ſolum, ac *pavimentum* (*q*) Hujus tamen ſoli, velut ex auro ſcintillante, carbunculorúmque gemmis, rutilantes *clavi* ſunt; quæ, per omnem diſpoſita Sphæram, collucent ſtellarum lumina. Denique, Locus hic eſt ille, nec alius; in quo ſe conſpiciendum Deus, cùm omni majeſtate ſuâ, præbiturus eſt: in quo reconduntur impollutarum mentium oblectamenta liquida; *quæ nec vidit Oculus, nec audivit auris, nec humanum aliquando pectus*, in hac mortali conditione, *comprehendit.* (*r*) Ut proinde, nimiô plus parcè ſordidéque, nec ullo modo pro dignitate rei, ſentire de *Cœlo* videatur illo; quiſquis in eo mundi noſtri gemmas. aurum, hortos, ac flores, ſomniat: & interim illa felicitatis illius alia, multò nobiliora; prætervehitur. Quæ tamen ideo nemo plenè nunc enumerat; quia vidit nemo: *déque Cœli bonis, apud inexpertos, omnis facundia, Silentium eſt.*

III. Talis, ac tantâ cum majeſtate, quantam indicavi, moles ſtabat: coloniam incoláſque, neque diu tamen, exſpectans. Nam, incolere Cœlum illud juſſi ſunt, quos ANGELOS *Theologia* nominat; à munere NUNTIANDI:

Ruina Luciferi.

DI: quo, nunc quoque, permagna pars eorum, fungi non deſiſtit. Eos priſcorum nonnulli (quippe, nondumetiam tam illuſtratâ Divinorum doctrinâ) ſuſpicati ſunt; *pridem*, ante cæteri mundi principia, fuiſſe conditos. Et hi, de recentioribus quoque nonneminem (*ſ*) induxerunt: ut is dubitantis ſaltem ſpeciem præ ſe ferret; Angelíne, cum Orbe demum, an potiùs, *Infinitis antè Sæculis*, producti fuerint? Qui dubitationis ſuæ fontem hauſit. ni fallor, etiam è Divi Pauli verbo quodam, ſecius explicato: quo, *Vitæ Sempiternæ Spem*, pronunciat, *à Deo promiſſam, Ante Tempora Secularia.* (*t*) Sed nequicquam hæc, aut aſſeruntur, aut dubitantur: cùm, doctiſſimorum hodie quorumque ſenſu, ſatìs liqueat; *Initio Mundi factos ſimùl & Angelos* (*u*) *& mundum*, qui ſubjacet oculis: & in quem homo quoque, ſub operis divini complementum, eſt introductus. Quam veritatem firmare Canonica quoque Synodi Lateranenſis (*vv*) auctoritas videtur voluiſſe: neque teſtimonio ſuo deſtituere ſacrorum voluminum, inclinans eò, favor. (*x*) Producti verò ſunt, *Æterni patris* voluntate, per *Verbum Æternum* (*y*), ſicut & cæteræ rerum conditarum: in quibus, *Sine Verbo factum eſt nihil.* Producti

B 4

Ruina Luciferi.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ꝭti prætereà, ſicut *Animæ* quoque noſtræ quotidie nunc creantur, *E nihilo.* (*z*) Nàm & ipſos opifex ſummus (ſicut *Animas* noſtras *ſeparatas*) effecit, Corporis omnis expertes, & materiæ liberos: (*Aa*) quo propiùs ad Divinæ ſimplicitatis naturam accederent; à compoſitionum naturalium craſſitie ſegregati. Qua proinde cauſsâ, Spiritus, & ſunt, & ſacris à ſcriptoribus paſſim appellantur. Unde miror: poſt tantam à Lateranenſi Concilio lucem affuſam, adhuc eſſe; qui neſcio, quâ facilitatis ſpecie, recentiorum nonneminem temeritatis abſolvat. qui materiæ quiddam, & corporis, Angelis attribuere, confidenter eſt auſus. (*bb*) Sanè namque Mentes ſunt, illi, conditionis excellentiſſimæ: non minùs extra contactum, quàm oculos, & conſpectum, conſtitutæ. Prorſuſque *Spiritus* illi, *nec Carnem habent, nec Oſſa*; (*cc*) nec aliud aliquid eorum. quæ contrectari ſe patiantur. Hos porrò tales, ac tantæ ſubtilitatis, ubínam, conveniebat, rectiùs, quàm in Loco produci, reliquis omnibus ſubtiliore, majoríque nobilitate prædito? Condidit igitur eos, in ipſo, quod *Empyrium* appellamus, *Cœlo* Deus (*dd*); qui procreavit in Cœlo volubili ſtellas *Fixas*; in Orbibus, ei ſubjunctis, *errantia* ſeptem aſtra. Nec abs

re:

Ruina Luciferi.

re: cùm Aſtrorum, ac Stellarum, etiam Angeli, nomen atque comparationem, divinis in libris, ſubeant; dum *fundamenta terræ*, cardineſque mundi, *ponentem* Deum, *aſtra laudâſſe matutina* (*ee*) perhibentur. Hæc Aſtra, cœleſtes illæ ſunt Mentes, elementis mundi priores; *Empyrio* tamen *cælo*, temporis æqualitate, coævæ: quibus proinde collatæ beatorum hominum *Animæ*, *Sidera* quidem & ipſæ ſunt; ſed, *Veſpertina*. (*ff*) Stellarum quoque potiſſimæ quæq; dotes, etiam Angelis, & excellentiæ ſanè majori jure, conveniunt. Nam, in Alto collocatæ ſtellæ ſunt: in Altiſſimo locorum, Angeli. Corruptionis expertes, naturâ ſuâ, ſtellæ multis cenſentur: & Angeli, dicuntur originis inviolabilis; ac reipſa nunc adhuc incorrupti ſunt. Stellas, vel in Cœlo quamq; ſuo, vel certè cum Cœlo, mobiles, effecit Deus: & Angelos, difficillimè licèt à judicio mentis ſemel firmato, flexiles (*gg*); in ſtatu tamen Arbitrii Liberi Deus idem principiò ſtatim collocavit. (*hh*) Stellas ſupremus omnium opifex, ornatu diſpoſitionis, ac pulcritudinis eximio variatas, produxit; tanquam in mundi theatrum: & admirationis humanæ voluptatem: Et Angelos idem, non in puris naturæ lineamentis prodire juſſit; ſed multiplici cir-

Ruina Luciferi.

cum amictos *Originis*, & *Gratiæ*, venuſtate: *quæ noſtræ cogitationis facultatem omnem* quàm longiſſimè *ſuperaret*. (*ii*) Stellas ille fecit, inſigni ſplendore ſcintillantes: & Angelos idem, nec iis quidem exceptis, qui *Caligo* poſtea facti ſunt, effecit, ab ortu ſtatim primo, non *Illuſtres* tantùm, ſed verè *Luces*; (*kk*) repletas omnis generis cognitione ſplendidâ, tum DEI, quantùm fas eſt, eum attingi per naturam (*ll*), tum rerum extra DEUM; uti cuiuſque captus eſſet, & indoles. Nondum enim eam perſequor Intelligentiæ vim; quâ Boni, ſolidato poſtea *Gratiæ* ſtatu, Gloriáque cœleſti collatâ, DEUM contemplantur; &, vel *in Deo*, vel *in ſeipſis*, res procreatas: cognitione ſeu *Matutinâ*, (quam vocant) *ſeu Veſpertinâ*. (*mm*) Stellas quoque DEUS condidit ea copiâ, naturáque, præditas; ut earum nos nec inire *numerum* poſſimus, neque ſingulorum *nomina* recenſere: ſed, ipſe ſolus, & *numerat multitudinem*, *& omnibus eis nomina* partitur. (*nn*) At *Angelorum* tametſi multa *millia multorum millium ei miniſtrent*, *ac decies millies centena millia* per officium *aſſiſtant*, (*oo*) *numerus* tamen *militum ejus* ſupra numerum eſt (*pp*), ac rerum earũ, quæ corporibus conſtant (*qq*), hominúmq; multitudinẽ magnis partibus exce-

Ruina Luciferi.

excedit Angelorum multitudo. (*rr*) *Nominum* autem Angelicorum, tametſi nos, præter Michaëlem, Gabrielem, ac Raphaëlem, haud facilè ſine temeritate, Canonicis è libris, ullum proferimus: DEUS, tamen illa multò magìs, quàm militum ſuorum Cyrus, vel Scipio, vel Aelius Hadrianus, habet in promptu. (*ss*) Stellarum DEUS multitudinem digeſſit, in ſeriem cujuſque ſuam, & claſſes, ac ſigna, figuráſque; quo nomine *Militiam cœli* vetus *Idololatria* ſibi propoſuit adorandam. (*tt*) Et Angelorum in innumerabilem gentem, idem in *tres* primùm ſacros Principatus, (*uu*) *Hierarchias* Græcis dictos; ſingulas dein Hierarchiarum, ternos in *Ordines*, quos & *Choros* appellamus, partitus eſt. Quo factum, ut Hierarchiam ſortiti triplicem, Supremam, Mediam, & Infimam; in ſuprema quidem Seraphinos, Cherubinos, Thronos: in Media, Dominationes, Virtutes, Poteſtates; in Infima denique, Principatus, Archangelos, Angelóſque, continerent. (*vv*) Quam, pulcherrimè diviſam, Reipublicæ cœleſtis formam jam tum obtinuerunt Angeli, quando turbatores ſuos nondũ erant experti. (*xx*) Nam hi poſtea, quendam alium, quaſi *Decimum*, conſtituerunt, ex conſluge Seceſſorum collectum, *Ordinem*. Stellarum

Ruina Luciferi.

rum, Deus, quanquam innumerabilium, inter ſe ſplendorem voluit eſſe differentem; (*yy*) ut alia Solis, alia Lunæ, ſiderúmque cæterorum alia, fulgoris eſſet vis, ac venuſtas. Et Angeli, tameſi, quod Divus Damaſcenus ſcriptum reliquit, (*zz*) *naturæ dotes, ac Perfectionis etiam altioris, numeros omnes accepiſſent*; & hoc quidem, ab ortu ſtatim ſuo (*aaa*): diſſimiliter tamen, *pro ſuæ quiſque* conditionis, & originis *dignitate*, claſséque, *Luminis, & Gratiæ, facti ſunt participes.* Unde, ſuperiorum Ordinum Angelicæ Mentes, jam tum, ut nunc quoque, mentes illuminabant Ordinum Inferiorum: (*bbb*) & eorundem Ordinum aliis alii præſtantiores, illos, qui minùs præſtant, cogitationum ſuarum, aut affectionum, explanatione perficiunt. Id, inter *Spiritus* iſtos, alloquii colloquiíque genus eſt: quod *Locutionem Angelicam* eruditi vocant. (*ccc*) Stellas eô Deus, vel Igne (*ddd*) vel ignis imitamento, ſcintillare juſſit; ut *flagrare*, procùl intuentibus, videantur. Et Angelos idem inſtruxit, ſicut *Intelligendi* vi *lucidiſsimâ*, ſic & *inflammatâ voluntate*: quâ principiô ſtatim, non Boni tantùm eſſent, ac *Valde* quidem *Boni* (*eee*), ne defecturis quidem exceptis (*fff*); ſed, eàdem Voluntatis bonitate, Conditori ſuo, *per* *Amo-*

Digitized by Google

Amorem caſtum, adhæreſcerent (*ggg*); à quo, nec ii, qui Boni ſemper erant permanſuri, vel ad punctum temporis, unquam receſſerunt: nec, pravi poſtea futuri, principiò refugerunt. (*hhh*). Fuítque voluntatis hic, & *Amoris caſti*, fervor tantus: ut, primo confeſtim ortûs ſui momento, proſilirent, & in laudes Conditoris, & in accepti beneficii prædicationem (*iii*) eloquentiſſimam. Ut adeò jam tum in Angelis illud fieret, quod in Stellis poſtea Barúchus prophetes celebravit; (*kkk*) *Sparſiſſe lumen in cuſtodiis ſuis: lætatas eſſe; vocatáſque, præſtò fuiſſe, promptas obſequio. jucundiſſimè denique luxiſſe progenitori ſuo.* Cæterùm, hunc tam inſignem, in Angelis, & alacritatis ſtimulum, & Amoris ardorem, excitârant, non dotes modò perſpicaciſſimæ *Cognitionis*, rerum earum omnium, quæ Natura continentur; & nonnullarum etiam, quæ *naturam tranſſiliunt*: ſed inſuper alia, nec pauca, naturæ tum præſidia tum ornamenta. Qualia fuêre, Potentia, viréſque naturales: *ut fortitudine* pollerent admirandâ. Tum & *agilitas* quædam, ac celeritas incredibilis: prætereáque; quòd, naturæ lege nullâ, vel corrumpi poſſent, vel mori, deſtruíve. Sed his omnibus ampliùs eos in Deum *incendebat*; qnòd ſe viderent.

Ruina Luciferi.

derent in *Gratia* productos, ab ipſa ſtatim originesui (*lll*). Quod, quid erat aliud; quàm, eſſe genitos in vitæ ſtatu, qui (ſi ſolam Gloriæ cœleſtis ſtationẽ excipias) longè foret omnium feliciſſimus? Collocatos autem in *Gratiæ* ſe gremio videbant; non illius modò, quæ cæteroqui nudus, apud nos, & fugitivus regum *favor* eſt: nec illius tantùm, quæ, *gratìs collata*, ſplendorem accipit à Deo popularis cujuſdam admirationis, & auræ: Sed illius alterius, excelſioris, ac *planè Divinæ*; quæ, quibus inſeritur, *gratos* eos, & amabiles, & charos, æternæ Majeſtati conſtituit: *Sacroſanctos*, ac *Iuſtos*, efficit; *amicos*, inſuper, & *filios*, Dei; regníque cœleſtis adeundi jure, tanquam legitimos *hæredes*, donat: exornat denique *Gratiæ donis* omnibus, ac *Virtutibus*, divinitus *infuſis*. Et id felices illæ mentes habebant, ſimul ac eſſe cœperant: (*mmm*) id habere ſe, geſtiebant: hilares, jucundæ, certiſſimæque *Regni*. ſi perſiſterent: peccatíque cujuſvis adhuc expertes: &, quamvis delinquere tunc potentes, ac *liberæ*, permagnâ tamen, nunquam peccandi, facilitate præditæ; dummodo voluiſſent ipſæ. (*nnn*) Quâ vitâ, quid, extra vitam *Gloriæ*, Deíque clarum aſpectum, fingi poſſet jucundius? Et verò jucundiſſimè degebant

Ruina Luciferi.

Digitized by Google

bant tunc omnes. Unicum, quod ad conſummandam felicitatem valeret, ac neceſſarium erat, adhuc deerat: *curſûs ad gloriam*, in ſtadio *Gratiæ*, *perſeverans* ad finem *ardor*. *Hæc Perſeverantia* primi fervoris, *Angelicæ Viæ* terminus erat, & aditus; ad conſummatam felicitatem, præfixus. Ne namque, propriis ſine meritis, ac *prorſus gratuitò*, tanquam inglorii, *Gloriam* apiſcerentur; quam DEUS adultis, ac perfectioribus, ut *Iuſtitiæ Coronam*, deſtinârat, non, ut *otioſorum donum*, largiri: tacitô, cum Angelis omnibus, *inito pacto*, præfixit intervallum, *morámque Temporis*, aut *Inſtantis* (quod vocant) *Angelici*: ſed moram, *cunctis æqualem*, cujus intrà ſpatium, haud ità longum, *Operibus mentis*, DEO placitis, ad præmia pervenirent. Secus, ſi facerent; Cœlo, quod inſidebant, extruſi, pœnas alibi ſempiternas darent, (*ooo*) Acceptata, ſicut decebat, conditio, nulli debuit *Angelorum* eſſe gravis: cùm *iniquum* ſanè videretur, *Illius eſſe Commodum*, *cujus nullum* penitùs *eſſet Onus*. (*ppp*) Quantillum eſt autem *Onus*; Angelum, corporis neque mole gravatum, nec illecebris irritabilem, conſtanter amare ſummum Amabile; nec Bonô ſupremô bonum aliqnod quærere Superiùs? Et nihilo tamen

Ruina Luciferi.

Digitized by Google

men ſecius, quæ Conditio primò placere cœpit ac debuit univerſis; éadem in progreſſu diſplicuit Angelorum non paucis. Id autem evénit, culpâ turbatoris Unius; cæterorum autem, ad culpam, impulſu: ſicut in conſequentibus exponam.

IV. Inter Angelicas, quas deſcripſi, Luces, ſtellis omnibus eminentiores, *Sidus* erat Unum; in quod cæterorum propemodum univerſorum ornamenta confluxerant. Is Angelus, eâ cauſsâ, planetarum omnium amabiliſſimi nomen, apud pleroſque, cepit; uti LUCIFER vulgò diceretur: quod Sidus, Latina lingua, propter radiorum amœnitatem, Venerem indigitavit. Eadem, & Stellam-Matutinam, quoties diluculis fulget; Veſperam, ac Veſperuginem, illud appellavit, ubi ſub noctis initia reſplendere cœpit. Græcis, Phoſphorus eſt, & Heſperus, pro diverſitate diurni nocturníque temporis; lucem orientem, & cadentem, alternantis. Hoc autem *Luciferi* vocabulum, divinis etiam in paginis, loco non uno, (*qqq*) pro Stella, poſitum: tandem ad ſe, pæne totum, *Angelus*, quem dixi, rapuit; Iſaiâ vate præeunte, cùm illius, de Cœlo, caſum (*rrr*) admiratus eſt. Quod illius vaticinium, cujuſmodi ſit, inferiùs exponetur. Cæterùm, *Luciferum Angelum*,

Ruina Luciferi.

Digitized by Google

gelum, fuêre, qui crederent, ante res omnes alias, & inprimis, ante ſui generis Spiritus, fuiſſe procreatum: (*sss*) eâ ducti, ſicut opinor, ratione; quòd in Jobi volumine Deum repererint, aſſerentem, de Behemotho; *Principium* eum fuiſſe *viarum Dei* (*ttt*); quibus viis ille, cùm mundum conderet, *à Se* quodammodo viſus ſit *exire* per Opera ſua: cùm antehac, ab omni retrorſum æternitate *manſiſſet intrà Se*. (*uuu*) *Behemothum* enim, interpretantur quàm plurimi Patrum, ac Commentatorum, in ſenſu tropico, *Diabolum*. Sed, hac ſententiâ ſuis auctoribus relictâ; receptiſſimum apud eruditos eſt; non tempore, ſed dignitate, *Primum*, conditum fuiſſe *Luciferum*: & ob id, hôc quoque nomine, *viarum Dei Principium* congruè dici poſſe. Certéq; præſtitiſſe, Naturæ ſaltem dotibus, inter eos, ac præſediſſe cæteris omnibus; etiam illi, qui *Michaël* deinceps ex eventu dictus eſt: examina Patrum Doctorúmque numeroſa teſtantur (*vv. vv. vv.*). Inter quos, ne, multitudine proferendâ, lecturos defatigem; Iſidorus Hiſpalenſis, ante mille pluſquam annos, in primo ſententiarũ volumine, tradit; *Primatũ inter Angelos, oportere, Diabolum* (etiam, cùm Diabolus nondum eſſet) *habuiſſe*: *cujus* excel-

Ruina Luciferi.

lentiæ nimiâ *fiduciâ ceciderit.* Origenes quoque, vetuſtiſſimus divinarum commentationum auctor, nonâ ſuper Matthæum tractatione, clarè clamat; *Ipſum quoque, qui* poſtea *de cœlo fulguris* more *deciderit*, Angelorum omnium *fuiſſe Primum: quando ſedebat, immaculatus* adhuc *in omnibus.* Quàm autem id meritò doctiſſimi quique cenſuerint: conſtabit, Ezechielis prophetæ verba perpendenti; quibus hic, primâ quidem, & hiſtoricâ, narrationis ſpecie, *Tyri* neſcio quem *Regem* deſcribit; in quem tamen, certum eſt, omnia congruere non potuiſſe, quæ narrantur (*xxx*) illo vaticinio: quippe, Regem, *Idolorum cultorem*, ac *ſemper impium.* Translato verò ſenſu, quem nos *Allegoricum* vulgò dicimus, non alium, quàm *Angelorum* principem, ac Regem, poſtea tamen deſertorem, ac perduellem, expreſſum illic eſſe; declarârunt Antiquiorum quàm plurimi: quos Cornelius Cornelii, Franciſcus Suarezius, Gregorius Valentia, cæteríque recenſent. (*yyy*) Hunc enim ipſum *Luciferum*, ut veriſſimè *Superborum omnium Caput*, cujuſmodi vates ſacer illic deſcribit, à *Divino* fuiſſe *Spiritu* deſignatum; & Ezechieli tantâ diligentiâ dictatum: prudenter con-

Ruina Luciferi.

contendunt. Quid igitur eſt? aut, quibúſnam ille præconiis ibi depingitur, quæ Tyriæ civitatis in Regulum, haud undequaque maximum, valere non potuerint: in Luciferum autem quàm maximè? *Signaculum*, inquit, *Similitudinis* fuiſſe *Divinæ*; tanquam Numinis expreſſam imaginem, ac *Sigillum*. Id ut clariùs appareret, *Plenum* ait fuiſſe *Sapientiâ*, *decoréque perfectum*, *& in deliciis* verſatum *Paradiſi* cœleſtis; haud utique *claræ viſionis* Dei, quam nec ille tunc, nec Angelorum alius, adierat: ſed, dulciſſimæ dilectionis, & amicitiæ Dei gaudiis omnibus circumfuſæ. (*zzz*) *Gemmis* præterea, pretioſiſſimis, *novem* præſertim generum, ac nominum, *opertum* radiâſſe: putà, *Sardio*, *topazio*, *jaſpide*: tum, *chryſolitho*, ſardonyche, berillo denique ſapphiro, carbunculo ſmaragdo. Quod erat dicere; ſingulari munificentiâ Numinis, in unicum *Luciferum* congeſtum fuiſſe, quidquid *Ornamentorum ſpiritalium*, quidquid *Naturæ Gratiæq;* dotium, omnes alii Novem Ordinum, ſeu, Trium Hierarchiarum, Angeli poſſediſſent. Inprimis autem, *auro Charitatis*, quo flagrabat, etiam erga Deum: &, quo titulo, *Seraphinorum* unus erat; ac ſupremi videlicet Angelorum ordinis ſupremum caput. (*Aaaa*)

Digitized by Google

Hujus autem *Auri foramina*, loculamentáve, jam tum fuiſſe *præparata*; cùm primò condi cœptus eſſet, & nempe capax eſſet effectus, omnis generis bonarum actionum, ac meritorum cœleſtium, ad finem uſque *Viæ* ſuæ, curſúſque: quando *coronam* eſſet *Gloriæ* captura Charitas illa *Luciferi*; ſi tamen firma perſtitiſſet. Sicut autem ſuper arcam Oraculi divini Cherubinorum extentæ pennæ, conſpiciebantur in templo Jeroſolymitano, montis Móriæ ſacroſancti, protegentium officio fungi: ſic *Luciferum*, in Baſilica cœleſti, *montibus æternis* ſuperimpoſitâ, munus accepiſſe, cæteros Angelos, & Angelorum Ordines, non modò *Charitatis* ſuæ flammis aureis *accendendi*, tanquam *Seraphinum*; ſed ejuſdem auri radiis, eoſdem etiam *illuminandi*; quod *Cherubini* fuerat, & potiſſimùm, ex nominis vi, *Luciferi*. Nam hanc eum appellationem eſſe ſortitum, *ob Splendoris decoríſque ſui nimiam copiam*, Joannes Caſſianus eſt auctor. (*bbbb*) Hac igneâ porrò dilectione flagrantem illum, ſic *per medium lapidum ignitorum*, tanquam pyroporum omnium exemplar, inceſſiſſe; reliquos ut Angelos, Angelorúmque Choros, quantumvis & ipſos jam accenſos, ardore Charitatis plurimùm antecederet: lucéque variæ

variæ cognitionis excelleret: *Perfectus in via ſua*, quâ curſurus ad gloriæ poſſeſſionem erat; & perfectus, *à primo ſuæ productionis articulo*; nequid eum, aut *Gratiæ*, deficeret, aut *Auxiliorum Gratiæ*, quàm celerrimè propoſitam ſibi metam aſſequendi; quippe, congeſto meritorum immenſo fiſco. Quid hoc Angelo potuit, non dicam, eſſe, ſed fingi quoque omniaríque, fortunatius, & effectius? quo, nec in terra quidquam, nec in cœlo, poſt Deum, reperiretur conſpectius, exornatiúſque? *Cedri non fuerunt illo* proceriores, *in Paradiſo Dei: Platani non fuerunt æquales frontibus illius*: nec arbor ulla cœleſtium nemorum ejus pulchritudini reſpondebat. (*cccc*) Quam ob cauſſam, cùm tantæ *Lucifer*, inter Angelos reliquos omnes, dignitatis eſſet; non *Angelus* quibuſdam, ac ne *Seraphinus* quidem (quod erat tamen) ſed ſimpliciùs, *Archangelus*, eſt appellatus: haud ſanè, quòd Ordinis Angelorum eſſet *penultimi*; ſed, quòd Angelicorum ordinum omnium *Principatum* obtineret. (*dddd*) Quem certè niſi tenuiſſet: quo pacto, tam celeriter, tam ingentem cæterorum multitudinem, in partes traxiſſet ſuas; auctoritati ſui *Principis* ſubſcribentes? (*eeee*)

V. Tantus interim cùm eſſet, inter omnes;

Ruina Luciferi.

mnes; cum cæteris, felicitatis ſuæ conſortibus, *ſibi* deinceps, & *arbitrii ſui libertati relictus* â Deo: cœpit ipſe, ſuæ ſibi viæ vitæque modus, ac moderator, eſſe velle. Sed, parùm diu: nec *ſtetit in* agnita, dilectáque, *Veritate*. (*ffff*) Quod enim, in altiſſimo vertice conſiſtentibus, uſuvenire ſolet; ut, oculorum offuſâ menti caligine, vertiginem, &, ex ea, cadendi ſtimulum, concipiant: id ipſum & *Lucifero* contigit, in ſummis conſtituto, rerum, & ornamentorum, faſtigiis; ut cadere cuperet, dum cupit aſcendere. Nimirum, & Angelo *nocuit Felicitas nimia*: nequis deinceps admiraretur; *Difficiliùs Homines ſecundam ferre, quàm adverſam, Fortunam*. Quis porrò præcipitii *Lucifero* potiſſimus impetus, quæ cauſſæ, Delictáque fuerint: particulatim, per diverſa peccandi genera ſtimulóſque, veſtigare complures conati ſunt. Aberravêre nonnulli, *cælo* (quod ajunt) *totô*. Cæterorum autem plerique, *conjecturam* potiùs, quàm *Veri punctum*, ſecuti ſunt. Id, quod accidere, neceſſe fuit, iis omnibus, qui, *generatim* loquentibus, de *Luciferi* ſcelere, Divinis litteris, haud contenti; rimari, ſecretiſſima quæque cogitationum illius, ac deſideriorum, tentârunt. Quæ tamen exactè ſoli Deo, peccantíque,

tíque, comperta ſunt; nobis autem, nullodum auctore jurato conſtant; fortaſſéque nec conſtitura ſunt priùs, quàm mundi decretorius ille dies, ſingula ſingulorum aperiet. Decepti ſunt igitur primùm omnium, Doctores, alioquin magni (demptis erroribus) Origenes, ac Tertullianus: quibus perſuaſum fuit, & *Luciferum*, & ſceleris illius participes, delinquendi principium, in intemperanti mulierum amore, feciſſe. Falsò, ſine dubio: tum, quòd, ut inferiùs dicetur, nondum fortaſſe mulier ulla fuit, cùm Angeli jam defectores eſſent. Tum, quòd aſſertionis, quo nitebantur Doctores illi, fundamentum, *de filiis Dei, filias hominum depereuntibus* (*gggg*) fluxum, ac nullum eſt: ſicut in *Ruina Mundi, per Diluvium*, conſtabit. Tum denique; quia Peccatum in *Angelos*, quippe *Spiritus*, ac penitùs Incorporeos, cadere *propriè* nullum è *Capitalibus*, poteſt, *ſecundùm affectum abſolutum*, (*hhhh*) præter *Superbiam*, & *Invidiam*: omnium minimè verò, *libidinis* ardor verus. At eam ipſam *Superbiam, & Invidentiam*, qui peccanti *Lucifero* conceſſerunt; in vias ac fines diverſos eam utramque culpam opinionibus ſuîs diſtraxerunt. Nam, quantum ad priorem illam ejus culpam attinet; cùm hæc, Excel-

Ruina Luciferi.

Digitized by Google

Excellentiæ ſit *inordinatus Appetitus*: (*iiii*) expetiſſe quibuſdam viſus eſt Tyrannidem in omnes alios: *ut ampliùs delectaretur ſub ſe ſubditis, quàm, ſubditus ipſe cujquam fieri.* (*kkkk*) Quem faſtum, *affectatæ dominationis ambitum*, Divus Cyprianus appellavit. (*llll*) Aliis (quod tamen eódem ferè redit) *altitudinis ſuæ culmen aſpiciens, jus perverſæ Libertatis ambîſſe*, creditus eſt: *ut & præeſſet cæteris; & nulli*, ne Deo quidem, *ſubeſſet.* (*mmmm*) Nonnullis, etiam concupiſſe *Divinitatem*, exiſtimatus eſt; *Indignum* ratus, *& intolerandum, ſe, cùm Divinus eſſet, non & Deum* pariter *haberi.* (*nnnn*) Certè quidem *Theologorum*, quos *Scholaſticos* dicimus, Supremus, *Æqualitatem* ſuſpirâſſe *Numinis*, extrà dubitationem omnem, ait, eſſe ponendum. (*oooo*) Aliter alii *Luciferianam* hanc *ſuperbiam* expreſſerunt. At in *Invidia*, quam plerique, natam è *Superbia*, meritô conceſſerunt; ſententiarum longè major eſt variatio. Fuerunt enim, qui docerent; *Hominis, ad imaginem Dei*, formati, *dignitatem*, admiſtis *Impatientiæ* motibus, indignanter eum, & *invidè*, tuliſſe: (*pppp*) Talibúſque *peccandi principiis* exorſum, *periiſſe primùm, ac perdidiſſe*. Placuit aliis; *Beatam hominis, in Paradiſo, vitam*, liventi *Lucifero*

Ruina Luciferi.

ſero diſplicuiſſe. (*qqqq*) Præſumptum habet harum opinionum utraque; *Luciferum*, condito tum demum, & *in Paradiſum* introducto, mortalium genere, depravari cœpiſſe. Quæ tamen ſententia paſſim ab aliis deſeritur. Quodſi, poſt Lapſum jam è Cœlo factum, *invidiſſe* Luciferum, affirment: jam id ergo non *primum* erit illius, ſed *longè poſterius*, delictum: nec rectè, peccare tunc *Cœpiſſe*, perhibebitur; quo tempore jam in Tartaro, *totúſque Peccatum*, erat. Conſequentiùs alii cenſere viſi ſunt; cum, prævidiſſe *Luciferum*, opinati ſunt (& ſanè prævidere, Deo rem aperiente, potuit) futuros & *homines*, poſt opera Mundi cætera; *mundi rectores*; *arbitrii præditos & ipſos libertate*; *virtutum, ac Dei, cultores*; & eorum quàm plurimos, in æqualem *Gloriæ* cum Angelis poſſeſſionem venturos. Id igitur homini *Luciferum* invidiſſe, ferunt: *dedignatum, habere ſocios, quos moliretur* in omnibus *habere ſubjectos*; quippe, naturâ multùm inferiores: & *corporeæ* ſortis gravantibus membris, imbecilliores. (*rrrr*) Plurimùm tandem, hac ætate, quorundam increbuit recentiorum *Conjectura*; quibus, neſcio, quàm invictis argumentis, omnium viſum eſt probabiliſſimum, ac *propemodum certum*;

Ruina Luciferi.

Digitized by Google

Deum Angelis, adhuc in curſu *Viæ* ſuæ conſtitutis, aperuiſſe *Verbi Divini* futuram, cum *Humana naturâ*, conjunctionem; *Et Hominem illum*, ſe conſtituturum eſſe, non mortalium modò, ſed & Angelorum omnium *Caput*, ac *regem*. Quare, jam ex eo momento, velle ſe, *Verbo Patris æterno*, quod hominem olim eſſet induturum, ab Angelis, illô præcipuè nomine, deferri famularis *Adorationis* obſequium. Secundùm quæ, docent; Ab eo præcepti momento, demptâ morâ, *Bonos* adoràſſe venturum *in Carne Chriſtum*. Cæterorum verò, turbidiſſimum quemque, *Lucifero* concitatore, detrectâſſe venerationis officium: miſto ſuperbiæ livore; vel, quòd *adorare* juberentur, & accipere, *Regem-Hominem*; vel, quòd, *Deum ſimul eſſe, cum aliena naturâ*, non *Angelo* potiùs, quàm *Homini*, contigiſſet. (*ssss*) Sed hæc omnia, *divinantur* magìs, quàm inexpugnabilibus argumentis oſtenduntur. *Certam* ſiquis Luciferi *culpam* quærat; *Divinis* è libris erutam, hanc, quam ſolidi Doctores depromunt, habeat.

VI. Punctus igitur, & compendium *nequitiæ Luciferianæ*, dum is adhuc in Cœlo verſaretur, *Superbia* fuit; ſeu, ſiquis expreſſiùs dicere velit, *Inſolens mentis Elatio*. Non ſinunt id

Digitized by Google

id ullo modo dubitare Biblicorum voluminum, luce clariora, teſtimonia: Quibus, nunc quidem, *Initium omnis Peccati, Superbia* dicitur: (*tttt*) nunc autem; *In ipſa, principium* eſſe *ſumptum omnis Interitûs.* (*uuuu*) *Elevatum eſſe cor Tyrii regis* (quo *Lucifer* deſcribebatur, uti demonſtratum eſt) in decóre ſuo. Mox; (*vv. vv. vv. vv.*) *Iniquitatem inventam in eo*, poſt tot ornamentorum cumulum, in eum collatorum; tanquam hæc ei fuiſſent tumoris irritamenta; (*xxxx*) quorum arroganti fiduciâ *detracta* tandem *ad Inferos* fuerit illius intolerabilis *Superbia.* (*yyyy*) Quò meritò reſpexit, cum ingenti Patrum agmine, Divus quoque *Cyprianus*; cùm ſcripſit; *Ambitionem ei, Dejectionis fuiſſe cauſſam* (*zzzz*) Sed in hoc nemo ſignificantior Iſaiâ fuit: cujus vaticiniorum *caput quartumdecimum*, cùm de *Babylonio* videatur *rege* narrare, ſummo conſenſu Doctores, expoſitoréſque, contendunt, in *Luciferum* detonare: quædámque ſic in hunc expreſsè congruere, procùl ut abſint à *rege Babylonis:* in eúmque nulla ratione, ne quidem torqueri, queant. Id quod vir doctiſſimus, *Leo Caſtrius*, demonſtravit. (*a*) Miratur ibi divinus vates; Quo pacto, *Stella* tam *lucida* ſit *cœlo delapſa*, quæ, conditi mundi,

Ruina Luciferi.

mundi ſummo manè, tanto cum ſplendore, ſit exorta? (6) móxque reſpondet ipſe ſibi, de *Lapsûs* illius cauſis; *Æqualitatem appetiſſe ſupremæ majeſtatis, ac Solii* (γ) *regalis.* Ad ſummam! *Lucifer*, cùm magnificè primùm ſe circumſpiceret; paulatim deinde, magìs, magíſq; mirari ſe, diligeréque, cœpiſſet: intrà ſeipſum indignationis tumidę citò venenum concepit. Fremere ſecum, & ſtomachari; *Summæ ſuæ felicitati, necdum ſummam eſſe manum impoſitam. Dilatam eſſe Gloriam, quoad Gloriæ largitori videretur, eam impartiri: non autem, quoad ſibi viſum eſſet, adire. Nempe, pendendum alienis ex arbitriis, Angelo, libertatis poſſeſſori? Nempe, meritis emendum tandem, quod jam antè tam inſignibus ornamentis deberetur: & exſpectandum, ad præfixos ſpatii limites, quod ſibi rectiùs ab omni retrorſum ævo delatum foret: Accipiendum precariò; quod ipſe juſtiùs alii tributurus eſſet precanti? Quid poſſe jucundum accidere, quantumvis magnum, menti generoſæ; quod in alterius ſitum poteſtate ſit, an dari libeat? Quàm inter ſe malè congruere, ſimùl & Angelum, & tamen eſſe mendicum? Principem Angelorum, &, Dei mercenarium? Eſſe Summum; & habere, ſe Superiorem? Regni collegam; & adhuc tamen vectigalem? Legionum cœleſtium impera-*

imperatorem:& imperatoris altioris ſtipendiarium? Dominum; & interim Servum? donec, quaſi per obſequii pretium, labore meritorum emancipetur. Enimverò, Non ferendam hanc abjectionem nobiliſſimæ menti. Si conſummatè beatus aliter eſſe nequeat, niſi, per gratiam alienam: præſtare, vel Infelicem eſſe. Tametſi, non ſit miſeræ ſortis ullus apud ſe metus, aut periculum. SE ſibi ſatìs: In ſe ſolo reperturum, quidquid in Deo quæſiturus eſſet. Si Deus eſſe nequeat: at certè, Sine Deo, ſine Dei dominico beneficio, ſe ſuummet ſibi fore Deum: ſuúmmet ſibi Principium, & beatæ vitæ ſcaturiginem. Se ſibi fontem, ſibi Copiam, omnis boni (δ) futurum. In Summam! Nullius è liberalitate pendentem; nulli, propter beneficium, obnoxium; dedignaturum, eſſe Divitem, ac felicem; niſi, ſuiſmet ex opibus, ac naturâ, deprompto beato ſtatu. Valerent igitur, & in malam rem abirent, merita, ſervitus, adoratio, dilatio, divinæq; manûs auxilia! Se ſuiſmet ſibi viribus Omnia præſtiturū. In Cœli ſupremum culmen, omnibus, & DIS invitis, & Angelis, conſcenſurum. Super Aſtra Dei, Solium ſuum erecturū. Seſſurū in monte divini teſtamenti. Recubiturum in lateribus Aquilonis; & ventorum ſuper pennas ambulaturum. Aſcenſurum ſuper altitudinem

Ruina Luciferi.

Digitized by Google

tudinem & nubium, & elementorum, ac cæli. denique, Similem futurum Altiſſimo.

VII. Talia ſecum, primò tacitus, ſed pleniſſimo voluntatis decreto, *Spiritus*, jam planè *nequam*, diſſerere, firmaréque. Quæ ſatis ſupérque monſtrant, id, quod ſuprà dicebamus; *Angelorum Principis*, in Cœlo *delictum Princeps*, fuiſſe *Superbiam*; qua Deo ſubeſſe, vel obnoxius fieri, dedignaretur. Nec impedit id tamen; quò minùs hanc mentis illius arrogantiam, alia quoque comitata peccata ſint: quale fuit, livor Invidiæ; contumax obſequii detrectatio; ferox impatientia, Numinis contemptus, & impietas: & id genus alia. Nam & hæc proceſſerant ex *ambitionis* primo fluctu; ſpectabántque metam, quam *Ambitio* ſibi præfixerat: nec ab illis unquam, in ſolidum, *Elatio* mentis prima receſſerat (ε). Quare rectiſſimè nihiloſecius pronunciavit Divus *Ignatius Loyola* (ζ): cùm, *Aſceticarum* meditationum exercitatione primâ, mortales, criminibus involutos, inſtituere *comparationem* juſſit, *Unius tantùm Angelorum peccati, cum tot ſuis*. Nam profectò, præter *unum unicum* Superbiæ delictum, de nullo nobis alio, divinis è monimentis, pro certo conſtat: &, ſi *plura* forſitan interceſſerunt, ea cuncta *Super-*

per-

Ruina Luciferi.

perbiæ ſoli ſervientia, *Superbiæ* pariter formam induiſſent; ex propoſitæ ſibi metæ deſtinatione. (*n*) Non tamen contentus fuit ſuapte *Lucifer* arrogantiâ: niſi, quoſcunque præterea poſſet Angelorum alios, in ejuſdem ſocietatem, & contagem, pertraheret. Ut quiſque primùm ei proximus, aut obvius, eſſet; in eum quoque virus evomere conceptum: & ſtantium pariter, ac fluctuantium, animos ſollicitare; multùm *exemplo*, plurimùm autem, inſidioſis ſuis *dictis*. Jam enim in ſuperioribus indicatum paginis eſt; *Etiam Angelos loqui*: quod præſtant, alter alteri, mentis ſuæ cogitationem, & habitum, declarando. Nec id *vocibus* fit, & *ſono* dentium, atque gutturis; ut inter homines: ſed, animi ſui, ſenſuúmque tranſmiſsâ ſpecie quadam, & imagine; quam *Locutor* inprimat, *auditor* autem percipiat, & intueatur, ut intelligat (*ϑ*) *loquentis* mentem. Quaſi ferè modo, color illuminatus. Oculo, rectè diſpoſito, ſui ſpeciem obijcit, & infigit. His igitur verborum armis, erecto palàm *Conjurationis* vexillo, Deum ſimul, &, adhuc Deo fidos, Angelos, veterator *Lucifer* adoritur. Quæ ſibi primùm ipſi, ſuperbus orator, dixerat; éadem, & aliquantò plura, cæteris inculcat: &, ab aliis ad alios, propiùs lon-

longiúſque, diſcurrens, *multitudine negotiationis ſuæ* ſeditioſæ, (1) non ſua modò, ſed aliorum quoque complurium *viſcera* diſtendere ſatagit: nunc hæc, nunc illa, concionabundus agmina compellans; *Aſpiceret ſeipſum quiſque, diſcerétque, ſuam æſtimare nobilitatem. Dedecere mentium, tam excelſarum, originem, ab alterius cujuſcunque pendere nutu. Cogitarent; imperiis ſe natas, non exſequendis, ſed, mandandis. Quouſque tandem ſervituras? & apicem, quem ipſæ ſibi dare poſſint, ab alienæ manûs indulgentiâ ſuſpiraturas? Nihil eſſe turpius, Principe ſervo: nihil, è contrario, glorioſius, Libertate, ſeipſam Coronante. Jucundum eſſe, beatè vivere: ſed jucundius, id vitæ genus nulli debere: regémque ſe, ſi natus non ſit, facere? Regem autem ordinis altioris ignorare- Solum illum verè magnum eſſe, qui majorem non habeat: ſolum opulentum, qui nullam reſpiciat alienam opem: nec, ad DEI nomen, tanquam ad Dictatoriam majeſtatem, expaveſcat. Poſſe namque, modo velint, ſibi quemque Deum, & Imperium, eſſe. Quid enim?* inquit. *Quid deeſt veſtrûm pleriſque, quo tanti nominis dignitatem explere non poſſint? Spiritus eſtis; ut ille. Perſpicaces, ſicut Ille. Potentes; invicti viribus; corruptionis expertes; agilitate pernices; ſine*

mole corporum ſubtiles; lumine quovis clariores; malorum ſecuri, bonorum certi; vivaces, & hilares; immortales, & æterni. denique, nullius, ſi modò voſipſos nôſſe vultis, indigentes: Verbo! tot DI, quot Angeli. Neget hoc, licèt, ipſe, qui Deus eſſe dicíque vult ſolus! Unus eſt ille; Nos innumeri. Cauſſâ ſi non vincimus; multitudine vincemus. Quos equidem, (ſiqui fortè dubitatis adhuc) velut teſſerâ datâ, claſſicóque vobis inſonante, libenter, ad hanc victoriam, vexillifer, & dux, antecedam: eróque, jugo tandem excuſſô, PAR ALTISSIMO! Volitet hæc, & increbreſcat, apud vos quoque vox: ut aut ego, præ vobis omnibus; aut etiam pro ſe quiſque veſtrûm, Similem ſe profiteatur Altiſſimo.

VIII. Tanquam, in ſublime jacto granato malo bellicô; ruptóque, per erumpentem ignem, cortice, diſſilientibúſque fragmentis ardentibus: nunc hanc urbis obſeſſæ partem, nunc illam, flamma vorax invadit; ſtramineáque præſertim, ac ſiccis operta ſcandulis, tecta devaſtat: talis Luciferi fuit turbulentus ſeditionis impulſus. Aut, velut, in ingentem ſubinde campum immiſſa, per agreſtes, incendia, confeſtim aridiſſima quæque diversâ flammarum peſte corripiunt: Viridia, crudáque, vel prætervolant; vel, aliorſum diſpel-

Ruina Luciferi.

lente vento, vix leviter afflare poſſunt: talis, ab oratione Ducis, jactæ facis ac ſollicitationis, eventus fuit. Vaniſſimum quemque, ventoſiſſimúmque; præterea, *Gratiæ* ſucco deſtitutum, movit, & accendit: ut, diſcurrente per totum quaquaverſum cœlum, defectionis conſilio, numeroſum admodum exercitum ſibi *Lucifer* aggregaret. Hunc ſibi *Regem*, hunc *caput*, certatim adoptabant: *SIMILEM Altiſſimo*; *Parem Incomparabili*; *Deique collegam*, acclamantes. Et ſcindebatur in factiones, ac ſtudia (proh nefas!) etiam *Cœlum*. At non pars melior, ſinceriórque, mente tali fuit: quæ, Deo tantiſper liberum agendi jus partibus permittente, velutique per ſacrum otium ſpectatore ſedente; peracriter eſt in *Luciferianos* invecta. Primus atrocis prælii *dux*, & incentor eſt, è *Seraphinis*, ille; cui *MICHAELIS* deinde nomen, ſuamet vox, & clamor, impoſuit (κ). Dum enim adverſæ partis Legiones in eo vel maximè ſunt; ut Luciferum *Altiſſimo Similem*, (λ) *Parem*, & *Æqualem Deo*, prædicarent: ille, quem dixi, cum ſuis è regione ſtans, magnis *Angelici* ſermonis vocibus eos attonans; QVIS, inquit, SICVT DEVS? *Et, Tu quis es, impie, proterve, turbulente, ſacrilege, deſertor? Ingrata conditori tuo, bellua!*

Draco

Ruina Luciferi.

Draco Virulente! devotum diris, & exſecrandum, monſtrum! Simùl, *Angelorum* ſocialium fida, de ſtationibus omnibus, *Ordinibúſque* ſuis agmina circumfunduntur *Duci* ſuo: vociferantique, QVIS, UT DEVS? paribus, per omnes cuneos, verbis ſucclamant; QUIS UT DEVS? *Quis ſceleſtus hic defector, & perduellis eſt?* Ingeminantéſque ſimùl, DEVM *unum, unicum, immenſum, infinitum, incomparabilẽ, Immortalem, æternum; Sæculorum regem; Omnis perfecti boníque fontem; Omne pulchrum, ſanctũ, amabile, glorioſum*: pugnant; & colliduntur inter ſe, præliô mentium, multô, quàm unquam humanæ legiones ullæ, truculentiore: *Michaëlis* agmina *Luciferianis*; illis contrà, rebellium alas, & cornua, magnis conatibus, pellere cœlô laborantibus, ſummíſque viribus detrudere. Nulli gladii mortales, nec jacula, vel haſtæ, vel tormentis expulſæ moles, hoſtiliùs in acies inimicas; quàm, inter Dei defenſores, & deſertores, odia mutua ſævierunt. Tenuítque prælium, arbitrô Deô: quoad ei viſum eſt, obſtinatos in pravo, dignis cladibus; emeritam autem virtutem, præmiis immobilibus, abſolvere. Continuóque, fulminante Numinis decreto, FVLGVRIS more, præcipitatur cœlô Lucifer: ſpectantéque Su-

D 2 premi

Ruina Luciferi.

premi Patris Verbo, (μ) devolutus in Tartarum; ſit calamitoſorum extremus, ille, qui, momentô priùs, deſiderarat eſſe Devs. Ac felix fuiſſet illius Infelicitas; ſi ſolitaria perſtitiſſet. Sed iſte, quos conjuratos habuerat culpæ, ſocios traxit & pœnæ. *Rudentibus* enim *Inferni*, volentes, nolentes, colligati *detractique* (ν), diverſa diverſi ſortiti loca ſunt: ad unum tamen omnes *cruciandi*; tantiſpérque *diei magno Judicii* reſervati; quo ſingulorum, aliud alio majus minúſve, ſcelera proclamabuntur. Quibus ità perfectis; *Angelorum*, in obſequio manentium, uno temporis momento, ſimùl & *militia* finitur, & *Via*: firmatóque *Gratiæ* ſtatu; *Gloriæ* conſertur *Immortalitas*; benè geſtæ rei merces, atque ſtipendium. In *Luciferi* verò Locum ſubrogato Michaele; ſempiternum ejectis exilium indicitur: *nec eſt eorum ampliùs inventus in Cœlo Locus* (ξ).

IX. Magna ſtrages hæc fuit: &, uti *tempore*, ſic *atrocitate*, facilè poſteriorum quavis prior. Primò quidem: quia populoſa valde, maximæque nobilitatis. *Traxit* enim *Lucifer Draco*, conſpirationis ſuæ volumine, peſtiferáque *caudâ*, *Stellarum* cœleſtium *partem tertiam*. Sanéque, quanta cadentium fuerit multitudo; loquuntur nefandorum *Spirituum*, in libris

Ruina Luciferi.

bris divinis, reſiduæ *Legiones, agmina, cohortes.* Loquentur, in fine mundi, mortalium, qui *Ruinas* Angelorum *explebunt*, (o) innumerabiles copiæ, ſuccenturiatæ. Tametſi manſerit interim in officio pars Angelicæ nationis major. Præterea, Non vile vulgus tantummodo (quanquam, quid in *Angelo* quis *vile*, præter culpam, dixerit?) ſed proceres, principéſque; ſed *Columnæ cœli, ceciderunt, & confractæ ſunt.* (ϖ): è ſingulis trium *Hierarchiarum* ordinibus, atque claſſibus, aliquot, nec paucis, in *Decimam* ſeditioſorum claſſem ſe conglobantibus; & nullo, bonorum in caſtra, poſtliminiò revertente. *Quis*, iſtis expenſis, *te non timebit, ô Rex gentium; everſor Angelorum?* (ρ) Sed, operæ fuerit pretium, in hac *Angelorum* tantâ clade, diſtinctiùs nonnihil aſpicere mali magnitudinem: & expendere, quàm verè pronuntiârit Eccleſiaſtæ conſcriptor: *Amiſſurum multa, quiſquis vel in Uno deliquerit.* (σ) Quàm ſapienter item, &, in *Luciferi* quoque deſideria valentibus verbis, Jureconſultus dixerit; *Qui totum cupiat, totum quoque perdere?* (τ) Dum enim *omne Cœli jus*, & ipſam adeò *Divinitatem* quoquo pacto, votis improbis, invadit *Lucifer*; & Cœlum damni

Ruina Luciferi.

fecit, & Deum: quorum utriuſque jacturam, ecquódnam unquam pretium, non dicam, æquabit; ſed, vel eminus, attinget? Sed inſpiciamus ſingillatim, *damnorum pœnarúmque* potiſſimas. Ac primùm quidem, *parvi* quis fortaſſis æſtimet, quæ tamen ingentia *Superbiæ* videntur: *nominis*, & *exiſtimationis*, diſpendia. Subierunt hæc ambo diſpendia rebelles, *Angeli*, cum Duce ſuo. *Dignitatis* quidem, quam tam efflictim ductor rebellium ambivit: *quoniam* (quod ait Origenes) *ipſe quoque, qui: ſicut Fulgur, de cælo corruit, primúſque ſederat omnium*; nunc *factus eſt noviſſimus* univerſorum ordinum, *in Infernum lacum deſcendens. ut* proindè jam *admirentur, qui vident eum; ac dicant: Et tu conſumptus es* (v); *nihili factus es; & non eris* æſtimationis ullius, *in perpetua* deinceps ſæcula. (φ) Grande jacturæ vulnus, *arrogantiſſimo Spiritui*; de ſummo dignitatis, ad infima dejectum eſſe! *Nominis* verò, glorioſi quondam, poſtea deteſtabiliſſimi, plaga non minor eſt: ſicut in conſequentibus deinceps ſæculis & *Judæ* fuit; ob unius *Iſcariotæ* ſcelus. *Luciferi* quidem ſplendidus titulus, & appellatio, tantam nunc in exſecrationem abivit; ut, præter Calaritanum illum, vocari nemo, ne detorto quidem in ſenſum hono-

Ruina Luciferi.

honorificum nomine, ſic velit, aut ſuſtineat: idémque jam ſit *Lucifer*, quod, *Tenebrionum*, ac *veſpertilionum*, deterrimus, & *princeps Tenebrarum*. In hujus autem appellationis tam ſpecioſæ vicem, *nomina* ſucceſsêre, non varietate magìs, quàm ſignificatione, formidabilia. *Dæmon*, quaſi minimè felix: *Diabolus*, ceu traductor, & calumniator. *Cacodæmon*: *Angelus Apoſtata*, *Sâthan*; quaſi perduellem, adverſarium, & hoſtem, dicas. *Satiel* item, (χ) veluti *Dei* dicas *adverſarium*. Pro functionum præterea, vitiorúmque, quæ promovet, diverſitate; *Behemothus*, *Leviathan*, *Mammõas*, *Alaſtor*, *Apollyon*, *& Exterminator*. *Rex Locuſtarum*, *Angelus abyſſi*, vel *Abbaddon*: *Mille ſcelerum-artifex*, *Panurgus*, *Mendacii Pater*, *Homicida*, *Fur honoris Altiſſimi*, *Draco ruffus*, *& antiquus*, *Serpens tortuoſus*, *vectis*; (ψ) &, ſi quæ ſunt appellationes aliæ, monſtroſæ. Nec honorificentiùs actum, hac parte, cum *Luciferi* conſpiratoribus, *Angelis*. Præter *Dæmonas*, *Cacodæmonas*, *Diabolos*, *Immundos*, *ac nequã Spiritus*, quot *generatim* dicũtur omnes; propria quædam inſuper, certi quidam, vel Dæmõnes, vel Dæmonũ manipuli, nomina ſunt ſortiti. Talia, de multis pauca, ſunt; *Aſmodæus* libidinum inflmmator; *Beelzebub*,

Ruina Luciferi.

ſcarum Deus; *Dæmon Deber*, meridianus: *Dæmon Keten*, nocturnus: *Meririmi* dæmones, exitiales; *Rhaſſaphími*, flagrantes; Dæmon *Temeſius*, (ω) *Jarrius*, *Baltázus*, *Sarrácilus*; & his affinia, ſexcenta *nominum* alia portenta. Quibus addo, quod addere verè poſſum, *agmen Dæmonum*; quos vetus ſuperſtitio *Deos*, *Semideos*, & qualiacunque tandem *Numina* colenda propoſuit. Quid autem ſunt *Omnes DI gentium*, aliud, quàm *Dæmonia*? (αα) *Panes*, inquam, *Panicorum* auctores terrorum: *Fauni*, *Sylvani*, *Satyri*, *piloſique* cæteri *Capripedes*; *Onoſcélides*, *Onocentauri*, *Sirenes*, *Ægipánes*; *Lamiæ*, *Nymphæ Najades*, ac *Dryades*: *Furinæ*, *Morgánæ*, *Meluſinæ*, *Napææ*, *Nereides*, *Empúſæ*? Nimirum, eò degeneravit uſque, contentioſa *Luciferi* ſociorúmque *Superbia*; Nominibus etiam ut exciderent, innominatorum ſortiti genera vocabulorum: &, qui nec corpora fuerunt, neque *ſexum* nacti; corporum tamen ſexuúmque ſubirent infamiam. Ità *Nomen* pariter, & *auctoritas*, illis, periêre.

X. De *potioribus* jam *damnis*, quid dicam? cùm iis omnibus, quæ vel *conditionem* eorum, vel *intelligentiam*, ac *voluntatem*, virtutibus viribúſve, *ſuprà naturam* conceſſis, priùs adornaverant; *Dæmones* in omne ſequens ævum exci-

exciderint. Non illis relicta *cognitio*, quæ moveat ad opera, Deo placitura: (*ββ*) non *mentis*, in divinis *perſpicax*, & erroris omnis expers, *lumen*; (*γγ*) non fundamenta felicitatis æternæ nanciſcendæ, *Spes*, &, quam *Fidem* Theologi vocant. (*δδ*) non *Sapientia, Prudentia, Scientia, Conſilium*, aut omnino, donorum, ac décorum *Intellectûs* illorum, ullum, quod *Gratiam*, & Numinis amicitiam, comitari conſvevit, ac divinitus mentibus *infundi*. (*εε*) Non denique facultas illis *libera* ſupereſt, etiam ad *ſpeculationem* duntaxat eorum, quæ *ſuprà naturam* ſunt, aſſurgendi; quoties libitum eſt: quippe, pendére coactis ab arbitrio, vel *Numinis*, vel *Angelorum cæleſtium*: ſiquid iſti fortè divinorum dignentur arcanorum illis aperire. (*ζζ*) *Voluntatis* autem, ad omne, quod rectum eſt, & ſanctum, ſalutaréque, tanta, deſertoribus in *Angelis*, ac præcipuè, *Lucifero*, contigit depravatio: quantam, non *vulnus* quis, ſed planè *funus*, nominaverit. Illa namque, plena deterrimis actibus, *omniſque mali*, (ſicut Baſilius Magnus dixit) *promptuariũ*; cùm æternum virtutibus omnibus vale dixerit, in aſſiduo verſatur propoſitô, malum aliud ex alio concitandi. Recurrentibúſque, nullo non puncto temporis, in memoriam, ac ſenſum, cogita-

D 5

Ruina Luciferi.

Digitized by Google

gitationibus acerrimorum, quos *Dæmones* patiuntur, cruciatuum; quorum auctorem, nôrunt, haud aliam eſſe, quàm, *Divinam juſtitiam:* exardeſcunt, quantùm *Igne*, tantùm *odio Numinis*; infenſique ſunt, infenſo ſibi: nec ab hujus rancoris æſtu, vel ad momentum unquàm, diſcedunt. Hinc ille mentis, ad omne nefas, impulſus: hinc, ad retractandum facinus ſuum, *inflexibilitas*; &, in pravè ſemel cœptis, obſtinatio: dedignata, ſupplex fieri, vel recomponi, læſo Deo: ſempérque, quoad volvetur æternitas, dedignatura. Nam, nec emendari volet unquam, nec, recta velle; proptereáque nec Deo reconciliari, vel cœlo reſtituti: contrà, quàm, ineptè miſericors, ac delirus, *Origenis* error, ſibi perſuaſerat. (*nn*) *Pænitudinem* namque concepturos aliquando tandem Dæmõas, poſteáquã plurima circumacta ſæcula fuiſſent, ſomniavit. At illi jacebũt ſemper, tũ ſuopte *Superbiæ* tumore, penitùs inſitô; tum longè magìs, opem, & auxilia, tam *Efficacia*, quàm *Suffectura*, (ϑϑ) non conferente Deo: ſed hæc omnia, *Judiciorum* ſuorum immobilibus decretis, in perpetuum illis negante, ſempérque negaturo. Quo fit, ut, qui recurſus ad veniam, *hominibus*, in mortifero ſcelere ſemel extinctis, ordinariâ Numinis lege,

præ-

Ruina Luciferi.

præcluditur; idem & *Angelis*, in peccatum ſemel prolapſis, omni viâ rationéque, ſit interceptus. *Quod enim homini Mors; hoc Angelo Peccatum eſt:* ut nec, illi, malè finienti, nec iſti, ſemel impingenti, locus fiat receptui. (*u*) Quid potuit igitur, *Luciferi* collegarúmque, vel *Intelligentia* majus, vel *voluntas*, amittere; quàm, *Lumen* omne, quod reditum illis ad *gratiam* aperiret: & *impulſum*, quo redigerentur in æqui rectíque viam? Niſi, quod ſanè, citráque controverſiam ullam, infinitis eſt partibus gravius, damnoſiúſque; jacturam inſuper omnis feciſſe *Spei*, Divini vultûs aliquando contuendi. Quod utique, *Damni* malum, tantò grandius eſt: quantò bonum, bonis omnibus, ſine comparatione, majus eſt, *Intueri Deum*; eóque frui, poſſeſſione ſempiternâ. Quo proinde nomine, vehementiùs jam invident, punctum hoc felicitatis ſuæ præcipuum obtinentibus, *Angelis beatis*; quòd, obtutibus nunquam interruptis, *Patris æterni faciem* illi contemplentur. (*xx*) Exprimunt hujus *diſpendii magnitudinem* infelices illi genii: ſiquando corporibus eorum, quos inſederunt, hominum, emigrare juſſi; lancinentur admonitione calamitatis ſuæ, quâ deſiderabilem divinæ majeſtatis vultum nunquam ſint aſpecturi

cturi. Ringuntur enim tunc, ad exprobrationes illas, &, torqueri ſe, modis inſolitis, demonſtrant; corporum illorum, quæ ſunt ingreſſi, membrorúmque, miſerandâ contorſione. (λλ) Nec id eam ob cauſſam; quòd, (ut nonnulli parùm aptè conſideratéque tradidêre ſcriptis ſuis) *aſpectûs Divini voluptatem immenſam, aliquando jam hauriri cæptam in Cælo*, culpâ ſibi ſuâ poſtea de faucibus extortam, reddiderint irredivivam. Parùm profectò doctè! Non enim in illius *Gloriæ fructu* fuerant, ante *Luciferi* lapſum, nec *rebelles* Angeli, nec *obſequentes*. Alioquin enim, quónam pacto, tam miſeri deinde facti forent; qui *conſummatam jam beatitatē* adîſſent? aut, Quomodo, qui *ſtare* cœpiſſent immobiles, *moveri* potuiſſent in amentiam, atque *caſum*? Sed id ab illis revera, nec graviùs ullum aliud, defletur damnum: *Excidiſſe ſe Cælo, quod retinere potuerant: amiſiſſe gloriam, cujus jam liminibus inſiſtere cæperant: hæreditate ſupremi Patris extruſos, quæ meriturus deſtinata fuerat; & perſeveraturis debita. Proſcriptos ſe dolent, è Paradiſi Deliciis*, in *quibus fuiſſent, per Gratiam; quæ Gloriæ ſemen ac radix eſt: ad cujus tamen plenos fructus, nequitiâ ſuâ, pertingere nequiviſſent*. In ſumam! præreptā ſibi voluptatē illā, cujus

Digitized by Google

cujus, in illa Tranquillitate, jam prægustum hauſiſſent: *non Servâſſe Principatum* illum *ſuum*, de quo Divus loquitur Thaddæus (μμ), quíque *Gratiæ* fuerat *Divinæ ſtatus*, dominicus, ac regalis (νν): *dejectóſque monte Dei* (ξξ); qui gradus fuerat *Candidatorum* æternæ felicitatis. Ità profectò, *qui peccaverunt in uno, perdidêre multa.* (oo).

X I. Nec tamen inter hæc inficias imus; retenta quædam ab illis: eorum maximè, quæ *naturam* ipſorum, *& vim inſitam*, haud tranſſcendunt. Primùm enim, *Cognitio naturalis* non eſt in Angelis, ne *lapſis* quidem, unquam mutilata; magnô quoque Dionyſio ſuffragante. (ϖϖ) Triplicique potiſſimùm adhuc acumine prævidendi vigent; Putà, *Naturæ ſubtilitate*; *temporum, ac geſtorum, experimentis*; *& ſuperiorum ſubinde mentium hauſto lumine.* (pp) Tantúmque tot ſæculorum illis decurſus profuit: ut ad Scientiam *Speculatricem*, à quotidianis rerum Actis, & copiâ, quàm plurimum acceſſerit eis notitiæ. Par eorum manet, tantúmque non in dies & horas creſcit, *Judicii*, quod *ad res agendas* ſpectat, *ſubtilitas*: in operibus artium, ac rerum civilium diſciplinis, prudenter admodum expediendis; applicitis ad negotii mentem iis, quæ negotio promoven-

vendo ſerviunt. Sed revera, negotio pravo tantùm, ac nequam; nunquam autem utili, vel verê bono, mentis id acumen intendunt. Breviter! *Integra* perſtiterunt eis *omnia*, quæ *ſecundùm naturæ conditionem* Angelus, non autem, quæ ſuprà, tenuit, ac potuit. (σσ) Qualia ſunt; *Inveniendi* quidvis, & *excogitandi*, ſine laborioſis ingenii conatibus, acumen, atq; celeritas. *Potentia*, ſuimet, & aliorum, è loco motrix, & in locum *deportatrix*: ponderum graviſſimorum translatio: mundi quatuor elementorum, non in *toto* quidem, ſed *in partibus* ſuis, concuſſio: diverſi generis, tam corporum, quàm vocum, ac ſermonum, ex aëre condenſato, formationes, ac difformationes; &, ad temporis partem aliquam, *aſſumptiones*, Oculorum ludificationes: *Agentium* item, ad ea, *quæ patiuntur*, applicationes: &, è radicum, herbarum, gignentiúmque cæterorum, occultis, ſed ſibi percognitis, viribus, inopina remedia; remediiſque contraria detrimenta, morbi, peſtes, ac funera. Quæque cæterorum præterea ſpectant, ad mille malarum artium & eventuum auctores: quibus idcirco *Magi ſagæq;* ſupplices ac clientes fiunt. Sed, ſi res ad liquidum videatur; diſpendium, etiam horum, ſubiiſſe *Luciferum* ſocióſque, præſtitiſſet: ver-

tentes in ſuam, ac mundi peſtem, quidquid *ſciunt* adhuc, aut *volunt*, ac *poſſunt*. *RES eſt odii publici, nocens Potentia*: dignúſque metu crocodilus eſt, *etiam, cùm lacrymat*; & falcati leonum ungues, etiam, cùm ludunt: harpyiæque, ſiquando rident. Ità prorſus, *Dæmonum* omnes naturæ vires exſecrandæ debent eſſe mortalium genti; ſive palàm in perniciem noſtram, ſive clam, ludicras in præſtigias, proſiliant. Vtrinque videlicet, ex æquo, generis noſtri proditores, hoſtes, ac latrones, & carnifices, & exagitatores ſunt: *ex profeſſo* quidem, ac propalam, frequentiſſimè; multò tamen ſæpiùs, diſſimulanter, & ex inſidiis. Relicta tamen illis ea *Naturæ* vis eſt, permiſſu Numinis, ad humanæ, ſeu virtutis exercitationem, ſeu malitiæ digna ſupplicia. Quid, quòd vulgò *Mundus* (ut eſt in adagiis) *imponi ſibi vult, & illudi*: Numinis igitur Juſto, quaſi neglectu, nebulas ſuas hæ *Tenebrarum Poteſtates* offundunt illis, tanquam *Lucem*; quibus, in deliciis eſſe caligo mentium, & lux veritatis in odio, conſuevit. Tyrannidis ergò Diabolicæ, non anguſtius eſt, in præſtigiis & faſcinatione, quàm, in aperta graſſatione, Regnum; Iidémque dæmones, quàm nequam & fallaces; tam truculenti ſunt, & funeſti. Procellis, tempeſta-

peſtatibus, nimbis, tonitruis, cúmque fulgure fulminibus excitatis, ac terræ tremoribus; homines, armenta, greges, domos, turres, urbes, &, ſpem annorum, ſegetes proſternunt. Coactâ, ſpiſſatis in nubibus, grandine; fruges, hortos, vineta, vaſtant: ſterilitatem agris, locuſtas campis, peſtilitatem auris, vitium aquis flumineis, ac fontanis, incendia domibus ac villis, immittunt. (ττ) ex agris in agros, meſſes tranſportant: morborum denique ſexcentis generibus, vel ſimpliciter concitatis, vel per carmina venenáque, mortales diſcruciatos extinguunt. Nocentes, è contrario, catenis & ſuppliciis eripiunt: ne ſcelerati moriantur, & Innocentia ſola ſupervivat. Seria ſunt hæc tragicáque *Diabolicæ* poteſtatis effecta. Sed haud minùs perniciosè *ludunt*: ſi præſertim *Animæ* velimus rationem haberi; quæ mortalibus omnibus eſt habenda, præ ceteris: & cujus, in hiſce præſtigiis, cauſſa ſemper, ac periculum, agitur. Præcantare carminibus, ab ſe dictatis, arma, corporáq; cervicum item appendices magicas, & inſcriptas notis ſuperſtitioſis chartas, & *Inferni* (quam vocant) *camiſiam*, adversùs hoſtem ac vulnera circumferre vulgô: ſicuti *Dæmonum magiſterium*, ità fœdum *ludibrium* eſt. Quibus uſitatum tamen eſt, in extremo

tremo tandem neceſſitudinis articulo ſpem biantem deſtituere. Procurant igitur, Ut, militis ex ore prorepat, muſtelæ formam induta; militis anima; mox & eodem regrediatur, nullo, quod appareat, receptoris detrimento. Cauſſa ſunt item, ut Magus equum, ſpectantibus aliis, devoret; paullóque pòſt, devoratum regerat indemnem. Ut junci paleæque, loco ſuo nihil motæ, ſerpentes appareant, ſaltantes. ut gallus gallinaceus, feſtucam â pedum calcari trahens, ingentem credatur trabem, cum ſtrepitu, poſt ſe moliri. Curant, ut Convivæ, præſentibus aliis, aſinina geſtare capita; mulier, equa marito ſuo, cæteris mulier, videatur. Iidem & Canes, cuculos, bufones, circa collum auro torquatos, ſaxis ac petris, prorſus imperviis, includunt; incluſos indidem educunt. Iidem & jubent flumen in thalamo repentinum decurrere: columbas, quercus, naves, Achillis equum; Indorum Brachmanum ulmos, globos flammarum errantes, ſtatuas Phœbi, Palladíſve, vocem *humanam* emittere. Præter hæc: in *Speculis* incantatis, conſpici, jam olim fato functos, Homerum, Helenam, & progenitorum cujuſque formas genuinas. Sæpe quoque, vel res; furto ſublatas: vel, pro rebus, auctorem furti. Quæ. cæteráque generis hujus, obſtupeſcenda

Ruina Luciferi.

Digitized by Google

magìs, quàm æſtimanda; cùm mortalium pars magna ſectetur avidè, credat ſtolidè, venere- tur ſacrilegè, cùm ingentibus, ut plurimùm, & alternis, ad cædem uſque, damnis: quàm dives hæc, & denſa, *Cacodæmonibus* eſt Anima- rum Corporúmque victima: quoties decepto- rum ſenſuum hiſtrionalis iſte præbetur *Ludus*? Et verbo quidem, *Ludus*: reipſa tamen illis, è lucri multo quæſtu, gratiſſimus. Nimirum, ad has incitas, *Superbiſſimorum Spirituum* reda- cta paupertas eſt: ut, qui quondam ad Solium aſpirârant *Altiſſimi*; nunc, oculorum auriúm- que dementationibus, tanquam rex Dionyſius in *Scholam*, ſic hi *Principes* in *Scenam* retruſi, *Ludiones* ſe, *mimoſq́;* præſtare, non erubeſcant. Arduus hic nempe Luciferi Ducis fuit, in Æſo- pi Roſciíque *podium*, cum ſuis, ſaltus. Sed *adhuc profundiùs deſcenderunt*: ex quo, *Principatu non ſervato, nec Domiciliũ* quidem ſuũ *tenuêre*: cœlo quaquaverſum *toto*, per vim, exacti (*uu*).

XII. Locus eſt, intrà terræ media viſcera, quæ *centrum*, & *meditullium*, appellant; ina- mabilis, teter, horribili ſquallentique facie, præ- vaſtus ambitu; caligine luridus; igne fumido, nec lucente, ſemper exæſtuans; terræ circum- quaque firmiſſimis incluſus amplexibus, & , tanquam fornicibus adamantinis; undique la- quea-

Ruina Luciferi.

queatus. Hic ad *ingreſſum* nunquam non apertus, *redituris* tantummodo, lege ſempiterna, clauſus eſt: (φφ): aut, ſicui pervius aliquando; non in longum, nec plenam in libertatem, & non ſine comitantibus tormentis. (χχ) Ibi *mare* bullientis *ignis* (ψψ); flammarum fluctus, in immenſam exæſtuantes altitudinem; ſulphure fœtente miſtum incendium: *Lacus infernus*; *latus, ſine menſura*; *profundus, ſine fundo*; *ferreáque fornax*, ingentium urbium in ſe complectens ſpatia; cujus quidquid eſt, id ardet, incomparabili flammarum æſtu. *Gehennam* Hebræa vox; *Haden*, & *Tartarum*, Græca: *locum Infernum*, Latina, nominat. Is ſcelerum pœnas expendentium, & *Carcer* eſt, & *Carnificina*; quem locum, ſub ipſa mundi ſurgentis initia (nec refert, quoto die) divina Iuſtitia condidit; vecordium *Angelorum* ſupplicio deſtinatum (ωω); hominúmque ſiqui poſt illos eadem eſſent merituri, dementiæ plectendæ. Tam horribilem igitur, ac funeſtum in locum, ex quo puncto temporis Cœlô depulſus eſt; *Lucifer* eſt præceps actus; cum collegarum ſceleris ingenti, præque cæteris eminente, multitudine: *rudentibus Inferni detractus in Tartarum*; & in longam illic æternitatem cruciandus. Præcipitium utique, *profundum*; &, ſi vel ſolam loci

E 2 depreſ-

Ruina Luciferi.

depreſſionem ſpectes, ſine pœnarum imma-nitate (de qua tamen pòſt quoque diſſeram) horrendum! Vocem habent hujus tempeſta-tis Mathematici; præcipuéque *Numeratores* novatam quidem illam, & priſcæ Latinitatis au-ctoribus ignotam; ſed aptam tamen, hodiéqu planè neceſſariã: quâ *Decies-centenûm milliun* ſummam exprimere ſunt coacti. *Millionem* vo-cant. Hac & nobis uti liceat; ad *Luciferiani la-psûs*, è cœli ſedibus, in Tartarum uſque, *pro-funditatem* depingendam. Si corruiſſet igitu vel è ſolo Terræ, cui nos inſiſtimus, pavi-mento: cùm *globi terreſtris* univerſus ambi-tus, *milliarium* Romanorum complectatur *mil-lia novemdecim*, & *octoginta*; corruendo, *mil-liarium* pluſquam *trium millium* eſſet ſpatium emenſus. Cùm autem jam *Lunæ Cælum*, à terra centro, *milliaribus* diſtet, *centies vicies mille-nis, ſexcentis, triginta*; quorum milliarium ſin-gula quinis millibus cenſentur pedum geome-tricorum: quantò vaſtiorem dicemus, priori, prolapſum hunc, poſteriùs deſcriptum? Quo-niam autem, ulteriùs porrigendo numerum, *Cælum Solis*, à terræ meditullio, *millionibus mil-liarium pluſquam quatuor* abeſt: Stellarũ verò, quas *fixas* dicimus, *globus, milliarium millioni-bus* pluſquam *octoginta* (*aaa*): concava porrò

ſtelli-

Ruina Luciferi.

ſtelliferæ ſphæræ ſuperficies, ab ejuſdem *con-vexa*, quam vocant, ſuperficie, tantundem, & ſcilicet, aliis inſuper *milliarium octoginta millionibus*, recedit: à ſolo *Terræ* ſuperiore fundo, *milliarium pluſquam centū ſexaginta milliones*, ad uſque ſtellati cœli ſupremam oram, emergent. Et hoc quidem; nondum adnumeratis iis, quæ de Terra deſcendunt in umbilicum terræ, milliaribus. Jam autem, quantò grandior & *millionum*, &, in his, *milliarium*, exſurgat ſumma; de convexâ cæli ſtellarum *fixarum* orâ facturo gradum, ſupra *primæ ſecundæq́;*, quos vocant, *trepidationis* cœleſtes orbes; &, ab his, *ad Primum*, quod omnia circumit, *Mobile*: donec pertingatur ad *limen*, ut ſic dicam, *Empyrii*? De *limine* verò, penitùs in *mediam* illius *regionem*, in qua ſederat *Lucifer*, *millionum* numerationibus ingredienti; qnódnam os, & lingua, ſufficiet, ad milliarium ſummam efferendam? aut quæ *Pythagoræ menſa*, ſatìs erit, ad conſcribendam? Succumbet antè, *numerandi labor*, quàm *materia numerandorum*. Fuit ergò planè *Superbiſſimi* Luciferi, non *magna* tantùm (ϾϾϾ), ſed ſuprà, quàm deſcribi poſſit, *Profunda* RUINA. Tametſi ſanè, ſi DEO ſemel excíderis, ſupervacuum eſt, diſputare; quantùm excideris, & quouſque terrarum deſcenderis.

Ruina Luciferi.

XIII. Non tamen omnes, qui *Luciferi* partibus ſe junxerunt, eódem ſtatim unà deſcenderunt: ſed, aut, quoniam aliis alii minùs, magíſque, rebellionem adjuverunt; pro malitiæ diverſitate, diverſa ſunt loca ſortiti: vel, quoniam, ob rationes nobis incompertas, quoſdam eorum, in his potiùs, aut illis, elementorum regionibus, quàm aliis, Numini viſum eſt, attinendos; relicti quidam extra Gehennã ſunt: exercendæ mortalium, vel patientiæ, vel pœnæ. Sed id perpetuum non erit. Ultimus enim mundi dies, in unum tandem *Gehennæ* carcerem compinget omnes. Quanquam ſanè, ne nunc quidem illorum, quos nondum Tartarus accepit, vel unicus ità felix eſt: ut ab eo, quod *Inferi Dæmones* ſentiunt, Ignis tormento penitùs immunis agat (γγγ). Non ità: ſed, ubicunque locorum degant, aut, quocunque divagentur, ſecum *Pœnam* ſuam, nullo laxamento, circumvectant: (δδδ) quantumvis id nequam illi deceptores, diſſimulare, negaréque, connitantur. Verùm, quod dicere jam orſus eram, id exſequor. In *Gehennæ* regionem nondum omnes detruſi ſunt; ſed, in loca mundi varia, pars eorum ingens, diſpertiti. (εεε) *Legiones* adhæc, & *cohortes*, ſunt; quæ nullam propemodum, aut elementorum, aut corpo-

rum

rum, quæ *mixta* dicimus, coloniam relinquant inacceſſam. Et potiſſima quidem *Dæmonum vagatorum*, in nubibus aëréque, caſtra, ſtativáque ſunt: quam ob cauſſam, etiam ille *Diabolus*, quiſquis eorum acies & turmas ordinat, *Princeps poteſtatis aëris hujus*, nōinatur, (ζζζ) à Paulinis, ad Epheſios, litteris. Fuítque multorum iſta, nec è vano forſitan, opinio, tantam *Diabolorum* in illa mundi plaga multitudinem locâſſe ſedes; ut, ſi corporibus ſe veſtîſſent, oppoſitu ſui, Solem ac diem fuerint mortalibus erepturi. Obſideri quidem certè viam, ab eorum agminibus, quoties ad Cœlum ſubvolare morientium Spiritus conantur; experti, cum Carolo Magno; complures perhibentur: ac divinitus Simeon Stylites aliquando didicit. (*nnn*) Quidam, & ignis inſideri Sphæram ab eis, docuit: ſiqua tamen *ignis* eſt, ſuper aërem, *Sphæra* (θθθ) vera; non autem, *Philoſophorum eruditum commentum*. Longè certius eſt, in *Ignium* ſubinde *ſimulacris*; ac figmentis, eos deliteſcere; mortalibus aut territandis, aut fallendis: ut credant, morte functorum hominum redire Spiritus; cùm hi tamen, non tam ab locis inferis recurrere, detrectent, quàm, ordinariâ Numinis lege, non ſoleant. In flammis igitur *aliis, quàm Tartareis*, volgò nonhabitant.

bitant. At aliorum, tam elementorum, quàm, ex iſtis compoſitorum, corporum, vix eſt aliquid ab his, infra Lunæ regionem, (ſicut ſuprà meminimus) intactum, aut intentatum. Ergò *Terreſtres* quoque *Dæmones* ſunt: quorum aliqui frequentant *ſylvas*, ac *nemora*; mortalibus aliquantò tritiora: locântque venatoribus (hominum genti, non ſemper innocentiſſimæ) quà poſſunt, inſidias. *Campos* alii *patentes* inſident; in quibus, nocturnâ ferè caligine, viatores incautiores, acclamationibus doloſis ad ſe pellectos, in foſſas, undas, præcipitia, pertrahunt. Quidam, in abſtruſis *terræ cavernis*; nonnunquam & in *mortuorum conditoriis*, annos complures exigunt. (*uu*) Aliorum, in horridis Alpeſtrium locorum *montibus*, & teſquis confragoſis, deliciæ ſunt; unde procellas, tempeſtates, & formidanda tonitrua, ſubjectas in valles, ac vicinos accolas, effundunt. (*xxx*) Nec paucioribus, morari placet, in *locis*, ab omni *deſertis* humano cultu: cujuſmodi Judææ *deſertũ eſt*, in quo ſollicitatus à *Sathana* Dei filius eſt: *Ægypti* quoque *Superioris* ſolitudo; cujus in interiore receſſu religatus, ab Angelo Raphaële, libidinum concitator *Aſmodæus* ſedet. Tale, *meridianum* item *Arabiæ deſertum eſt*, trans Iordanẽ; ex quo commota ven-

ventorum vis, *Jobi* domum, ac prolem, evertit. In *Libyæ Solitudinibus*, monſtra, non magìs *belluarum*, quàm *Cacodæmonum*, diſcurrunt: ut adeò rectè *Divus* affirmârit *Cyrillus*; *In Deſertis habitare, Dæmonas gaudere*. Non tamen minor eorum eſt amor; *montium* abditos & excavatos *receſſus* occupare: cujuſmodi ſunt, è quibus aurum, argentum, æs, ferrum; ſal foſſilis, &, repoſitus in incertum repertorem, fiſcus, aut theſaurus, eruitur. Quorum dæmonum, ſive *Canum* induant, ſive *pygmæorum*, formam, truculentior cæteris fertur ſævitia: vel dirumpendis, in peſtiferos hiatus, terræ ſinubus; vel, emittendis indidem procelloſis ſpiramentis, flammam vomentibus: vel, montium illorum concutiendis radicibus, & in caſum arietandis; vel operis denique mercenariis, inter effodiendi laborem, enecandis: aut interdum & magicis tradendis, inter ſpelæa, diſciplinis, & ſacris, aut artibus. Quorum proinde de numero Pan unicus, & ipſe *Dæmon*, acuto non niſi cantu, vultúſque truculentiâ, *novem* uno tempore frondatores interfecit. Unus item, *montanorum*, quos appellant, *maſculorum*, ad *Annæbergam Boëmicam*, *foſſores duodecim*, in ſpecu *Coronæ Roſeæ*, ſub unicum temporis punctum, unico flatu, proſtratos exanimavit. Ad

Ruina Luciferi.

Digitized by Google

Toletum verò *Salmanticámque*, quondam, in Hiſpanis, magicarum ſuperſtitionum, in ſpecubus, magiſterium eſt erectum: &, evertendis animis, artes dictatæ, quarum peſtis omni ſit morte funeſtior. In *montanas* item *latebras*, urbi Saxonum, *Hámmelæ* nomine, vicinas, deduxiſſe puerorum ac puellarum agmen miſerabile, *Dæmon*, incola montis illius, perhibetur: etiam in hunc uſq; diem, (λλλ) irrepturũ. Et *Alpium* præterea nigris illis *receſſibus*, in apertos nonnunquam campos, horis nocturnis, digreſſi: *Diaboli*, non choreas tantùm, ad irritandam voluptatem; ſed ſæpe manipulos, cohortes, turmas, alas, exercitus, & acies, ducunt, ac producunt: mortalibus territandis. Quas, ſive futurarum cladium prædictiones, ſive mentium ſuperſtitioſarum formidines, ſi plurima vetus ignoraret hiſtoria; noſtra teſtaretur, ac recenſeret, ætas. Sed, hæc, incutiendo terrori, damniſq; componendis, facere ſpiritus illos, Deo pariter infenſos, & homini; quid mirandum eſt? Illud inexſpectatius videri poſſit; eos, & in *paſcuis* locis, inter greges, armenta, pecorúmque cuſtodes, opilionum, ac ſubulcorum habitu, verſari quandoque, deprehenſos: ut paſtores, intentos otio magìs, quàm virtutis ſtudio, *bucolicis Feſcennínis* ad nefanda provocarent. Sed, nem-

pe

Ruina Luciferi.

Digitized by Google

pe ſcimus; *Spiritus* illos, non *atroces* magis, quàm *Impuros*, ac morum corruptores eſſe. Quin eſt, cùm etiam agros (ut in Ruthénis) obambulent; qualis erat, qui, ſpeciem indutus cultúmque mulieris viduæ, meſſorum brachia cruráque confringebat, eorum; qui ſimul ac ab eis conſpici cœptus eſſet, non in genua confeſtim & terram corruiſſent, adorandi ſui cauſsâ. (μμμ) Tantum adhuc, poſt tam profundum lapſum, inſolentiſſimis Spiritibus tumoris ineſt! ut fortunæ ſuæ projectiſſimæ proſterni felicitatem alienam, ceu tributum expoſcant. Per *urbes* præterea *medias*, eáſque, regnorum ſedes, ut, Romam, & Byzantium, incedere non ſemel, lictorum aut venatorum ſpecie, ſoliti: venabulorum, & haſtarum, ad fores alliſu, peſtem domibus, & funerandorum numerum, indicebant. Neque publicô tamen contenti; *palatia* quoq;, *domoſq;*, ſibi congruas, inſidere, dominorum inſtar, aut inquilinorum, gaudent: aliâs quidem, ſpectris eas exagitandi cauſsâ, déq; noctibus maximè, tumultuantes; aliâs autem, agminatim ædes occupandos; cùm præſertim evocati per incolarum iras ſúnt: domeſticos territantes, cædentes, inquietantes; ac, ne vagientibus quidem parcentes, ad parentum dolorem accendendum. Interdum verò, præ-

Ruina Luciferi.

præter ædium, ne quis inſcriptas eas emptor licitetur, *infamiã*, vix aliud quærunt. Nonnunquam tamen & domeſticis ſe miſcent, diurni nocturníque: ſi placidiſſimè, futilia quædam, ac mediaſtinorum opera, factitantes; aquâ, lignis, carbonibus comportandis, ac ſordibus everrendis. Cùm autem ſæviùs agunt; in conſervorum, aut dominorum, delicta vigiles, opperiuntur, ſi quando ſibi copia fiat, colla peccãtium obtorquendi. Nec deſunt exempla: cùm, litibus, odiis, ac mutuis cædium meditationibus, aulas regum, & ſacrorum Ordinum contubernia, permiſcentes; deprehenſi tandem à viris ſanctioribus, & exacti ſunt. Sæpe quoque *nanorum*, utriuſque ſexûs, aſſumpto ſimulacro, curatores equorum, miniſtráſque vaccarum, ſe præbuerunt: ut, dum afferre commoda videbantur, majore compendio nocerent. Quorum in cenſum redigas, licet, & puſiones illos, adhuc *infantes*; quos, ſub *Erótis* & *Anterótis* nominibus citatos, in balneo ſibi præſtò juſſit eſſe, notiſſimus famâ Philoſophus, Iámblichus. Referas in eundem ordinem, licebit, & *montanos* illos, trium non niſi dodrantium, *maſculos*, incurvos, tremulos, ſeneciones; foſſorum auri veſtimentis amictos; placidos hactenus, dum agere res ſuas permittuntur. Simulac autem,

tem eos, glaream in oculos, & ora, ſupérque capita laborantium, dejectantes, impetere quis maledictis, aut cachinnis, cœperit: exardeſcunt ſævi; ſaxíſque grandioribus devolvendis, & nunnunquam ſcopulorum ac montium ſuperinjectâ ruinâ, contemptum ſui plectunt. Ad eoſdem & illi ſpectant, quos *Germania* noſtra, quibuſdam in locis, *Koboldos* nominat; quíque nec Sarmatiæ quidem populis ignoti, domuum occultiores locos incolunt; ac ſæpe, medias inter lignorum ſtrues, deliteſcunt.. Eos ſi domûs incolæ lautè poculis, & appoſitis epulis, habeant; veſci ſe ſimulantes, cùm revera *famem* interea *patiantur, ut Canes* (vvv); liberalitatem patrifamilias congerie remetiuntur frumenti; quod, alienis ex horreis, diripuerunt. Eadémque. nec, reor, falſa fama, de *Diabolis* increbuit iis: quos homines, opum per fas nefáſque cupidi, vino generoſiori, tanquam belneo, diligenter immergunt; ac ſentire poſtea, dicuntur, accumulatores auri factos eſſe: quod aurũ, ante labrum illud vini, palàm in arca ſtat apertâ propoſitum. Quos tamen eoſdem ut arctiùs ſibi devinctos alii teneant, tanquam *munere munus provocantes*; *colubros* eis, *auro ſolido* factos, ad theſauros adponunt. unde ſuum, & *tutum* eſſe credunt *aurum*, & fieri *cumu-*

mulatius. Denique, *Terreſtrium Dæmonum* meritò referamus in ordinem, eos quoque, quos *Paredrios* vocant: velut *Aſſeſſores*, & *Familiares* Spiritus. *Oniropompos* item, *ſomniorum* felicium *immiſſores*; Luctatores quoque; colluctantiúmque proſtratores; quos *Catabólicos* dicunt: qui compellunt in duella; ſed, gratificantes ſibi tandem, ac, quod eſt neceſſe, ſuperatos, malè mulctant. Quò pertinet & illud aliud *pugnaciũ Diabolorum* genus; quod, arcibus & caſtellis nonnunquam intrudens ſe, *præſidiariorum* fungitur, & *excubiarum*, munere; fictilibus telis æquè moleſtum obſeſſoribus, ac ſi verîs res armis, & humanis viribus, gereretur. Id, quod ad *artem* olim *Zodederenſem* experti ſunt, *Câbade* rege, Perſæ. Nihil denique *Terræ*, vel portat, *elementum*, vel claudit: quod *Cacodæmonum* non invadat, ſeu terror, ſeu furor; In his autem, Dei nobiliſſimum ſimulacrum, *Hominem*: cujus intrant vexántque corpus: infatuant rationem: diſcruciant animam: vitam ſuccidunt. Ac, ne proſtratô quidem ſatiati, *Cadavera* miſerorum inſectantur: vulpinis interdum, aliâs autem formis aliis, *ſepulcra* perfringentes: ac longis, multúmque prominentibus, dentium falcibus, tumulatorum corpora depaſcentes; quòd, præter oſſa, nihil, quod

lace-

Digitized by Google

laceretur, ſuperſit. Quo de grege Pauſanias, vetus ſcriptor Græcus, in Phocaicis, *Dæmonem* nominat, non utique falsò dictum, *Eurynomum*: quippe, *præter legem rectam ſtrictamq́, mortuorum buſta violantem.* (ξξξ)

XIV. Reliquum eſſet, & in *Aquis*, oſtendere, proſcriptos Angelos coloniam habere; ſicut in Elementis cæteris, *Igne* Tartareô, tractibus *aëris*, & *Terrâ* monſtravimus. Sed, cùm de Nymphis, Najadibus, Tritonibus, Glaucis, Neptunóque (qui *Diaboli* ſunt omnes, ex æquo) res liquida ſit, etiam pueris: & in fluminibus Iulius Cæſar, Rubiconem tranſmittens amnē, æneatorem *dæmonem* præcinentem, ſit expertus; Oceano verò, maritimíſque navigationibus, alios alii, ſine numero: quorum illi cymbas, naves, claſſes, tempeſtatibus immiſſis, everterunt; aut, littora circumeundo clamoribus, itinera viatorum in errores avios, ac paludoſos, implicuerunt: compendiô cuncta tranſmittantur. Sed, ut hæc, ſuper *Elementorum* omnium inſeſſione, compertiſſima ſunt, ideóque pluribus non exſequenda; ſic illa planè, pluſqnam admiranda: quòd etiam *brutorum* vix quidquam, aut rerum, aut inſtrumentorum, operúmque, ſit reliquum; quod illi genii nequam inconcuſſum, aut impervium ſibi, patiantur.

antur. *Intrant in omnia, qui perdiderunt omnia*; nec eis ferè quidquã eſt clauſum, poſtea quam illis eſſe nequit ad Deum, ac Cœlum reditus apertus. Non ergò *Cadavera* tantùm *humana* ſubeunt, eáque potiſſimùm, quæ ſunt à morte recentia; quibus movendis, tanquam ambulantibus, aut in ſpurciſſima queque concitandis, mortalium oculis, aut libidinibus, imponant: ſed brutorum etiam, & volucrum, &, quæ vocant, *Inſectorum*, ſeu vera corpora, ſeu verorum ſimulacra, ſubingrediuntur; quæ denſatus eis aër in figmenta ſubminiſtrat. Non itaque fabulæ, ſed rerum geſtarum veræ narrationes, ſunt; *Dæmones*, ingreſſi Serpentem Epidaurium; Apollonii magi, Leonem; Agrippæ præſtigiatoris, Canem; Hilarionis magni, Camelum; (*ooo*) Dominici Patriarchę Simium; montanorum Iaponum, vulpem; Alemanniæ venatorum, leporem (*πππ*); aliorum alibi gallos galinaceos, feles, merulas, veſpertiliones. Magno verò Solitudinum cultori, terroríque Dæmonum, Antonio, quis neſcit; mutuum creare terrorem conatos eſſe *Dæmonas*: cùm grunnirent in porcis, rugirent in leonibus, barrirent in urſis, rúderent in onagris, hinnirent in equis, mũgirent in bubus, capriſſarent in hircis; & animalia fierent omnia: niſi, quòd *Ovem*

Ovem agnúmve, Chriſti Symbolum æternum, induere non poſſent. Quod, quanquam & ab aliis, ante nos, obſervatum; nunquam tamen nobis mirandum eſſe deſinet: quippe, qui ſcriptorum teſtimoniô, compertum habeamus; Eos & *Divorum Divarúmque* quaſdam, & *Angelos cæleſtes*, & *Angelorum reginam*: quin, & mundi *Servatorem*, & ipſam adeò Sanctiſſimam Triada, mentitos eſſe; corporum aſſumptis iis formis, quaſcunque ferè, præter *Agnum*, voluiſſent. Poſt quæ, tam audacia ſimulacra, minùs jam videri difficile debuit; eos & Quadrigas factos, & rotas volubiles, & arbores ambulantes: ac *Dæmonem* illum, cui ſuperſtitioſa vetuſtas, *Empúſæ*, nomen impoſuit, fieri ſolitum eſſe, nunc plantam, nunc ſaxum; mox bovem, viperam, muſcam: & quidquid, extra formam vel *Agni*, vel *Columbæ* (ni fallor) *albæ*, libuiſſet. In qua tamen transformandi varietate, tum *Empúſa*, tum alii quoque *Cacodæmones*, neſcio, quo pacto, ſi ſolam *hircinam* excipias ſpeciem, crebriores felicioréſque ferè ſunt: cùm aut deformes in vetulas, ac ſævas anus; aut, in meretriculas matronáſve ſpecioſi vultûs ſe componunt, ac diffingunt. Cujus tam crebræ transformationis, quámnam cauſſam eſſe ſuſpicemur? An, quòd verſâ vi-

F ce,

Ruina Luciferi.

ce; *furens* etiam *anus*, & *libidinans mulier*, *Diabolus* eſt? an, quòd illis *aniles impoſturæ*, blanditiæque formæ muliebris, præ cæteris monſtrorum, ad nocendum, evertendúmque, commodiores ſe præbent? Etſi planè propemodum eoſdem habent inſidiarum ſuarum ſucceſſus: quoties etiam in vaſis, aquâ plenis; in vitro præterea, cryſtallo, Speculis, annulorum gemmis, capillorum muliebrium nodis, & id genus aliis, humanæ curioſitatis irritamentis, ſedent: &, ad carmina magorum, Spartanas Helenas, Trojanas Andromachas, profugas Veſtales virgines, aut interdum furtorum etiam auctores, ſeu verè, ſeu falſò, commonſtrant. Ut de ſtatuis taceam *Deorum*, tam hodiernorum, in China, Japone, Samogetia; quàm temporum priſcorum: quas ſtatuas occupantes illi, fundebant *oracula*, pleniſſima perplexitatis; &, utcunque negotia caſura forent, prædictionis quandam imaginem habitura. Quorum enim operum eventum nec ipſi quidem in anteceſſum intelligebant (hunc etenim, *in agentibus cum libertate*, ſolius veri Numinis eſt, intueri) tamen eorundem exitum ab iis contendebant intelligi; qui ſe futurorum rudes, hoc ipſo profitebantur, quòd à DIIS lumen mentis, ſciſcitationibus ſuis, ex poſce-

Ruina Luciferi.

poſcebant. *Cæci* planè Divinorum conſiliorum; & *cæcorum* tamen audacter D*uces*! (ρρρ)

XV. Cæterùm, ex his jam, quæ nobis per congeriem afferre, (σσσ) viſum eſt, ſatìs, opinor, liquet; &, quanta *rebellium* ſit *Angelorum* multitudo, quæ Tartaro nondum coërcetur; & quàm verè, ſuis ad Maximilianum primum, Cæſarem, *Quæſtionibus enodatis*, Trithemius ſcriptum reliquerit; *Nullam eſſe mundi, ſub-Lunæ globo, partem: quæ Dæmonum præſentiâ deſtituta ſit*. (τττ) Quamquam autem *Spiritus hi* vagentur etiamnum extra deſtinatum ſibi *Tartari* carcerem: & iſti tamen interim, & illi, qui *Gehennam* jam incolunt, pœnis horrendis, omníque deſcriptionis facundiâ grandioribus, exercentur. Nôrunt enim, & quid amiſerint beatæ libertatis: &, quis ipſis, die mundi ſupremo, cuſtodiæ locus ſit reſervatus, in æterna pœnarum illa caligine. Præterea, nunc quoque, dum ſoluti ſibi videntur, ac vagi; ſuis tamen tormentis ignibúſque tralatitiis alligati: *gaudium*, tametſi ſimulent, *verum* nullum habent. Ideóque ſimiles iis ſunt, qui, *Sardonio riſu* capti, ſimùl & geſtiunt, & cruciantur: lætantéſq; triſtantur; *gaudiô*, quod docti vocant, *Phantaſtico*, (υυυ) quódque deterius ſit, vanis *ſomniorum lethalium* imagini-

F 2 bus,

Ruina Luciferi.

bus. Quòd ſi tantum eſt (ut eſt ſanè) *Diabolorum* tormentum, extra *Gehennam* adhuc agentium: quantum eorundem aliquando fore credamus cruciatum, cùm eò detruſi fuerint, extincto mundo? Vel, quàm intolerabilem jam olim eſſe dolorem exiſtimemus, illorum, qui dudum illic, à lapsûs ſui principiis, attinentur? Horrendum, videlicet, infandum, ineluctabile; ſpiritibúſque Superbiſſimis moleſtiſſimum, eſſe foréque ſupplicium, oportet: ex eo primùm capite, quòd, qui ſui juris eſſe libertatíſque ſemper vellent; in *infimum* mundi *locum*, tanquam aves quædam indomitæ, leonéſve, clathratas intrà caveas compacti, quo loco vellent, eſſe nunquam poſſint: &, quo loco nollent, eſſe perpetuò compellantur. (φφφ) Deinde, cruciatus alius, priorem illum in immenſum augens, eſt *Ignis inferi* vis, & carnificina; *Spiritus illos*, æquè, ſicut *& animas* poſtea perditorum hominum, doloribus immenſis (χχχ), *modísque, licèt miris, tamen* plus nimiô *veris*, veriſſimíſque, torquens: (ψψψ) ſingulos pro ſuis, majoribus minoribúſque, rebellionis meritis. Quibus addamus illud quoque, quod addi neceſſarium eſt, in omnibus iis, quos *Gehennæ* rogus urit: putà; *Tenebras*, & *mentis*,

tis; & *loci*; Cimmeriâ quavis caligine ſpiſſiores. Quid inamœnius autem, *viventi* ſemper, & nihil *videnti*, Reo contingat? Addamus, loci luridi, ſqualentis, ac ſordium omnium receptaculi, triſtiſſimam, etiam *viſuris*, faciem: clauſam, & muris pluſquam aheneis obſtructam undique, vallis terræ voraginem, ac profunditatem: Loci *chaos* exſecrandum, in quo *terra tenebrarum*, *& mortis operta caligine*; *terra*, *miſeriæ fæcunda*, *ſolatii neſcia* ſocietas; & reſpublica, ſceleratorum omnium colluvies: *in qua nullus ordo*, ſed omnium deteſtanda *confuſio* (ωωω). Tum, ſuper hæc, pœnarum acerbitas; nec ad punctum quidem mitigationis capax; & *Conſcientiæ* ſævientis rodens ſemper, mordénſque, *vermis*; malum, mentibus *humanis* pariter, & *Angelicis*, intolerabile. Tum & continuati doloris aſſidua præſentia: bonorum autem omnium conclamatiſſima deſperatio; nec ſpes, vel veniæ, vel finiendi cruciatûs, ulla. Denique, præcluſa, non tantùm *ſperandi*, ſed *reſpirandi* quoque, facultas omnis; irrevocabili Numinis, & obfirmato, decretô. Quibus ex rebus, *naſcitur* eis, & *nunquam emoritur*, aſſidua tormentorum, & Ignis, cum *Senſu*, cogitatio: proindéque *Dei*, pœnas infligentis, *odium*, deteſta-

tio, criminatio; cum rancore quodam, & triſtitiâ, verbis nullis explicandâ. Coronat autem, hæc tot mala, termini nullius capax, Suppliciorum *Æternitas* : *Æternitas* autem, tam in tormentis deinceps cum Dæmonibus, quàm in gaudiis cum Deo Cœlitibúſque, perennatura. Quam *Ævi terribilis longitudinem immenſam*, utinam, ſicut incaſſum jam *Diaboli* ſecum volutant; ſic utiliter *mortales* quoque cum animo ſuo pertractent! ac *Drexelii*, nunquam ſatìs adhuc ulli lectam, *Æternitatem* funditus expendant! vellem & Dionyſii *Carthuſiani Quatuor* formidanda *Noviſſima*; Salianíque, *De Dei Timore*, nulli nimis adhuc tritum, aut laudatum, opus, *in manibus multùm* haberent: *in cogitatione ſemper*. Tantò verò graviorem *Infelicibus* illis *Geniis* accidere *cruciatuum Æviternitatem*, opus eſt: quantò *brevior* illis fuit, ſuapte culpâ, conceſſus primævæ felicitatis *fructus*, & in *Empyrio* quōdam cœlo *mora*. De qua morâ, tametſi diſcrepent auctorum opiniones, *producentibus* paucis, aliis contrà, ſpatium illud *contrahentibus*: vincit tamen eorum hodie Sententia; qui, *Diuturnam* fuiſſe, *negant*. Cypriani Martyris, antiquiſſimi Scriptoris; Iſidori, præſulis Hiſpalenſis; Auctoris præterea *Mirabilium*

Bi-

Ruina Luciferi.

Biblicorum (αααα), concors, in eo, ſenſus eſt: nemini ferè, quòd ſciam, ex poſteris ætatibus, controverſus. Docent enim illi; cum mundi principio conditos Angelos, *ante ſex Dierum opus* abſolutum, eſſe lapſos. Et profectò; *ſaltem hominis formationem* anteceſſiſſe *Luciferi Sociorúmque* præcipitium, ſatìs convincit ea ratio: quòd, *Serpentis aſſumptâ formâ, Diabolus* corruptor ſtatim felicitatem humanam convellere ſit conatus; *Dei Similitudine* mulieris auribus inculcatâ, propter cujus ambitum jam ipſe prior ceciderat. Ante *Diem* porrò Mundi conditi *tertium*, vix admittent, opinor, *Angelorum Lapſum ii*; qui, tum primùm *Gehennæ* creatam *Cavernam*, cenſent: in quibus Salianus eſt (ϐϐϐϐ). Cornelius, *ne Primum* quidem *Mundi diem* eos exegiſſe, plenè felicem; argumento, non improbabili, ſuſpicatur. (γγγγ) Idem & Hugo Victorinus ſentit: cùm negat; Ad *Unius Diei durationem*, in *Empyrio* cœlo, *Luciferum* perveniſſe. (δδδδ) Rigidiùs autem adhuc Moncæus (εεεε), nec *ad Unius Horæ noſtratis* ſpatium Angelos turbatores tenuiſſe cœli coloniam, pronuntiavit. Verùm, id quidquid eſt; *Diuturnum haud fuiſſe* moræ ſpatium; ex Joannis, *Theologorum primi*, ſenſu liquidum eſt: cla-

Ruina Luciferi.

mantis (ζζζζ); Ab Initio ſtatim Peccare Diabolum. Quantulum ergò felicitatis illius fuit tempus, *Æternitati pœnarum* collatum: cùm, ne ſi *Tempori* quidem conferatur, *momenta* multa ſit complexurum: Hoc ergo graviùs illum mordet. Et inter hæc tamen, tot, ac tanta mala, *deceptor Spiritus* venditare *Sagis* interdum, ac *magis* ſuis, audet; in aſſumpto corpore, riſum & gaudia ſimulando: *Se felicem, ac beatum, cum ſuis, eſſe.* Quod, per me quidem, credant illi, licebit; nunquam ego: quippe, qui, Chriſto, *Veritate Primâ*, teſte, ſciam; *Mendacem, ac Mendacii Patrem, eſſe Diabolum.* Nimirum, accedat & hoc, ad cumulum malorum ejus: quòd adeò proſtratus Ille miſer eſt, ut fateri magnitudinem *Ruinæ* ſuæ, *per Superbiam*, non audeat; obtegere verò calamitatem, *per infelicitatis molem*, non poſſit. Semper enim, ſicut è pedibus caprinis *Tenebrarum Angelus*, ſic è jactantiæ vanitate, *princeps Impoſtorum*, detegitur. Et hæc eſt illa *Luciferi, Sociorúmque*, famoſiſſima, cunctíſque Sæculis decantata, *Ruina*; ſemper adhuc, & poſteris, memoranda.

XVI, Defigant in hanc oculos ſuos, & meditandi ſollicitudinem, omnium primò, mortales illi; quos ſui magnifica, nimiáque, circumſpe-

Digitized by Google

cumſpectio, præaltum & immodicum in ſenſum extollit. Reputent iſti cum animis ſuis; quémnam habeant *arrogantiæ* ſuæ *ducem* primum, ac *vexilliferum? Luciferum*, inquam, & aſſeclas illius: *quos*, quantumcunque *potentes*, (ut eſt in Carmine *modeſtiſſimæ* Virginis) *ſede ſua dejecit* is, *qui potentibus omnibus eſt potentior*; nobiliſſimis nobilior; altiſſimis altior; ſummis quibuſque ſuperior; & ornatiſſimis illuſtrior, perfectiſſimíſque conſummatior: Deus. Qui, *Superbiæ deteſtator*, Superborum juratus hoſtis, demiſſarum mentium amplexator; inſolentium denique faſtigiorum diſperſor, in pulverem redigit omnia, nimis magnifica, tametſi vel cœlo tenus ſeſe ſurrigentia, conſiliorum ædificia. *Commune Nobilitatis malum* eſt (quod Criſpus hiſtoricus, in Iugurtha, dixit) *contemptor animus*, & *Superbia* (*nnnn*). Qui tales ergo ſunt, ut ſanè non omnes ſunt: ii, Mortales habeant ſibi fortaſſis obnoxios, timidéque morem gerentes; propter potentiam. *Deum* quidem certè, ſemper habebunt infenſum, & eradicatorem. Imitabuntur, ut nunc in animi tumore; ſic olim, in noviſſimo caſu, *Luciferum*: quicunque, ſuperciliis elatis, excelſo ſenſu, dedignante linguâ, vel ampullatis verbis, coli ſupra

Ruina Luciferi.

mortalitatem volunt: quam, emptâ favoribus, aut anrô, dignitate titulorum, excutere fruſtra conantur: cùm nec hominem poſſint, nec ortûs ſui *pus*, neque natalium ſuorum ſordes, oblitterare. (ϑϡϑϑ) Sciant, atque meminerint; *De ſtercore levatos in altum Pauperes* (*uu*), in lutum denuò ſuum ſæpe relapſos ex altis eſſe. Nam *ab ipſo* ſtatim *initio* rerum *Superbi diſplicuerunt Deo*. (*xxxx*) POST hos, proximè, *Luciferi* caſum expendunto; qui, dum animo ſuo morem gerant, effræniſſimæ libertatis ſtudiô, nec humanas poſſunt ullas, nec adeò divinas, pati leges: non *civilibus* ſubjacere magiſtratibus; multóque minùs, *Sacris*: *hæreticæ pravitatis* inflati *Spiritu*. Non doceri, non dirigi, non admoneri; juvaríque, quoquam ab homine, capitéque dignati; ſibimet ipſis volunt eſſe DEVS, lex, legum latores, doctrina, conſilium, facultas, & vires. Ad Summam! Imperii celſioris omnibus perruptis vinculis, & obſequio; quantumvis interdum *Religioſis* quoque *votis* adſtricti Deo, præſidibúſque: *tanquam Onagri pullos*, LIBEROS SE NATOS arbitrantur; *ſerviles* licèt interdum, ac *viles*, *animæ*: cèrtéque *cæleſtium inanes*! Sed, ſint ſanè, ſibíque videantur, *liberi*, *liberíſq;* *natalibus*, *moribus*, *verbis*: dum interim, &

ONA-

Ruina Luciferi.

Digitized by Google

Onagrorum ſe Pullos, & *onerariajumenta*, meminerint; in hoc ipſo, quod affectant, *oneris* omnis, & omnium legum, odiô. (λλλλ) Nam, oro te! *Caput*, ſui juris, ac ſenſûs, ſibi ſoli ſapiens, & indulgens; ſibi ſoli ſufficiens; antiſtitum juſtis imperiis pugnans; indocile, contumax, cunctíſque magiſteriis intractabile, cerebrum: altè *verticem ſuum* erigens, nec, præter ſe, quidquam aliud portare dignaturum: iſtud tale *caput*, inquam, tu, *Caput hominis* magis, quàm pecudis alicujus, exiſtimes? Talis *Lucifer* fuit; tales, *Luciferiani* ſatellites, *Angeli*: tales & omnes, *Eccleſiæ*, vel, illius rectoribus, aut cujcúnque legitimo Dictatori, diſciplinæque, repugnantes. Caveant, ſi ſibi, ſi ſaluti ſuæ, conſultum volunt: quicunque, duos ad hos ſcopulos, navim impellunt, hoc eſt; *Superbiam*, & *Intolerabilem Libertatem*. Quarum iſta, *ſicut equus indomitus*, & ſui ſimùl, & inſeſſoris ſui vagi, quærit, ac tandem adit, *ruinam*. Superbia verò, non contenta, nominis è ſui faſtu, *Supra ſe, ſuámque ſortem, ire*; donec ultrà fas, ac nefas, ad altiſſima quæque ſe porrigat, inſurgendi finem non facit: *Igni* ſimilis, qui ſemper ad celſiora nititur; ideóque coërcenda tandem illo, qui profundiſſima quæque petit, ac plectit, *Igne*. Quàm abſurda

Ruina Luciferi.

abſurda quorundam erat, *Superbiæ* magnitudo! nec fortaſſe fidem repertura; niſi maximi conſignâſſent auctores, fuiſſe, qui Petro Pauloque, *Principibus Apoſtolorum*; qui *Virgini Beatiſſimæ*, Solis radiis puriori; qui *Sacroſanctæ* (proh nefas!) *Triadi*, ſuum *cinerem* & *nihilum*, æquarent! Sed, exitu cogitationum impiarum calamitoſiſſimo: quippe, puteos quibuſdam, per præcipitia, petentibus, & in aquis extinctâ vanitate: Delirium aliis, & amentiam, pro Suprema Sapientiâ, nactis: nonnullis & laqueum, cultros exitiales, & pediculos lethales, vehementiſſimóſque viſcerum cruciatus, peſtem, ac fulmen, expertis. Memorabilis inprimis eſt, in hoc genere faſtûs, *Belgicæ Virginis*, avorum noſtrorum, ſi non & patrum, memoriâ, demens comparatio, ſuæ, cum *Intactiſſima Deiparâ*, pudicitiæ: Dein paullatim, & virtutum aliarum, cum Virtutibus; dotium, cum dotibus; favorum, ac *privilegiorum* cœleſtium, cum favoribus, ac privilegiis illius: donec, id unicum ſibi tandem ſtolida deeſſe, queri cœpit; *Ut, præter Virgineum, haberet & maternæ fæcunditatis, decus.* Voti compotem fecit, qui tales facere conſuevit, *Diabolus*: mentitúſque, neſcio, cujus *Angeli*, Diviníve *Spiritûs*, habitum; implevit arrogantem, quantùm priùs *Superbiæ*,

Ruina Luciferi.

perbiæ, tantùm poſtea *ventris*, tumore. Qui tamen, non in *Dei filium*, ſed ſœtentiſſimorum *vermium* immanem multitudinem, ſe tandem reſolvit. *Talis partus, talem Deiparam addecebat!* (μμμμ) Sæpe quoque memini calamitatis, æquè recentis, viri, neſcio cujus, ſed, ni fallor, Hiſpani: cujus partim, etiam *Joannes Avila*, Divinorum inſignis, ſiquis alius, inſtructor, facit in epiſtola quadam ſua, mentionem. Auſus ille, per mentis ambitum, quondam fuerat, de ſe quidpiam, tanquam *Chriſti*, ſentire: præludióque deteſtabilis *Antichriſti*, connectere *Luciferi* Sacrilegam imitationem; promittentis ſibi, *Similèm Altiſſimo* ſe futurum. Conceperat is animo, *Chriſti ſuíque*, cumparatiunculam: nec, ut debuit, confeſtim extinctum ivit. Statim igitur præſtò fuit ultrix Dei manus; concutientis cerebrum, hominis, alioquin ante tempus illud ſapientiſſimi. Cœpit hic igitur odiſſe ſe; qui ſe nimiùm priùs amârat. Et nunc quidem, vivendi tædio ſubeunte, pereundi varios modos, ac genera, cum animo ſuo diſquirere. Laqueus nunc illi; mox flumen, & ora maris; aliâs præcipitia, de montium, turriúmve culminibus: interdum, gladius, aut venenum, ad lethi viam, placere; pleráque, non clam, ſed

ſed ſub oculis multitudinum, atque fori. Nam, inter cetera mentis mala, turbabatur etiam eo, vel maximè: Seu vivere porrò vellet, ſeu finire vitam; ut ſemper in id intentam haberet cogitationem: nequid in ſe facinoris admitteret; *quod non, vel tragici cujuſdam caſûs atrocitate, vel alicujus dicti, facti ſpectaculíve, publicâ notaretur abſurditate.* qualia fuiſſent, mediis in templis, aut concionum ardoribus, exclamare, conturbando populo, vel oratori: parietibus caput illidere: de ſacris conventibus, excitato tumultu, furentis more, ſylvas petere; nullíſque repertis alimentis humanis, illic fame conſummari. Medias item inter preces, ac Dei laudes, & altaris *Euchariſtica myſteria*, Deo, Chriſtóque, maledicere: Cæteráque, generis paris, ac diſparis, ſexcenta malórum monſtra. Quam tantam ille, depaſcentis ſeipſam animæ, carnificinam, poſteaquam longo tempore pertuliſſet, cum incredibili cogitationum, & inteſtino, bello: cœleſti vix tandem lumine redeunte, cœpit reſpicere miſer *Superbiæ* ſuæ veteris primum illum ac principem furorem; ceu delirii cæteri totius unicam cauſſam, atque fontem. Mox, adorato ſupppliciter, &, multis cum lacrymis, demiſsè placato Deo; ſenſit, paullatim dilabente ſtultitiâ, purgari

Ruina Luciferi.

purgari cerebri nebulas: ac, mentis reddito ſerenô, peſſimorum impulſuum, impetúſque nubes, evaneſcere. Redditus igitur ſibi, cum *Antiocho* demum faſſus eſt; *Juſtum eſſe, ſubdi Deo: nec mortalem paria Numini ſentire.* (*vvvv*) Quæ, tam atrocia, quæque modò prolatis atrociora proferri poſſent; demonſtrant omnia, *Quantorum origo malorum Superbia ſit*, & imperii legitimi pertinax detrectatio. Videlicet, *Efferuntur in altum, arrogantes; ut lapſu profundiore* procumbant.

XVII. Præter hos autem, quos dixi, vel inflatos arrogantiâ, vel legum contemptu diſſolutos; quorum utrumque radicem habet, & originem peſtis, unam: etiam ii formidare nunquam ceſſent Dei punientis manum: qui prælaxa cogitationibus ſuis, improbíſque deſideriis, evagandi ſpatia concedunt. Ex quorum numero procedunt quidam eouſque licentiâ ſuæ mentis: ut, dum *operibus* manum abſtineant, animam ſordeſcere, turpiſſimarum nefandiſſimarúmque rerum *meditationibus*, liberrimè ſinant. Quorum omnium, ex æquo, frænum eſſe *Lucifer* quoque, collegæque, debent: qui ſanè, non ſunt *locuti ſonitu verborum*, aures verberante: non manum, non pedem, non membrum aliud ullum, move-

Ruina Luciferi.

moverunt, illicitum in *actum.* *Cogitatione* tantummodo ſceleris, deliquerunt: (ξξξξ) & hac fortaſſis *Unicâ, continuatâ* (oooo): ſtatímque, *fulguris more*, cœlo ſunt dejecti. *Mors* igitur, *non in manibus tantùm, & oculis, atque linguâ, ſed & in animo, ſedem habet: &, ad interitum ſatis eſt, interituri nequam voluntas* Nec etiam *temporis* adeò *longa* requiritur *mora*: neque ſceleris meditati *diuturnum* oblectamentum. Quippe, *momentô* propemodum, *Angeli* rebelles, & *eſſe voluerunt*, & ſtatim *fuerunt*, Numinis hoſtes; ſimúlque ſedibus ſuis exciderunt. *Ad Lapſum* enim, *non tractu temporum, ſed præcipitio bonæ mentis* decurritur. Itaque, *qui diu* quoque ſtetit; is *corruere punctô* poteſt. Quantò celeriùs igitur is, cuj nunquam *ſtatio diutina* cordi fuit: Timeamus ergo ſemper, ſi *Perſeverantia* curæ nobis eſt, cauſſas, occaſiones, inſidias, & illecebras defectionis omnes. Nihil tamen intentiùs, quàm *nos ipſos, & Inconſtantiam noſtram*, formidemus. Nec id ii tantùm, qui, *mundi* medias inter curas, & incuriam, ſæpiſſimè *Salutem* ſuam, vel per ludum & jocum, evertunt: Sed *nos* etiam, qui, *votorum Religionis* circumſepti cancellis, excidere videmur vix poſſe; niſi ſpontaneo facto deſultu. NE *labi velis*

Ruina Luciferi.

lis, Locvs *facit:* munítque *corpus* Religio, ſi vigil ſis: *animum* munire, ſi torpeas, non poteſt. Quomodo non ruas, oſtendit: ut prorſum ne ruas, efficere non perinde poteſt. *Invitum, nec ipſa Salus, nedum Salutis parietes, ſervabunt.* In *Cælo Lucifer,* & *conjurati*, reppererunt; unde diciderent: Et te, cæcis veſtigiis incedentem incautè, *monaſterii* tui, ſacræve domûs, muri præſtabunt vertiginis ſecurum? Sed nec *Inſtituti* quidem ſui quiſquam nitorem, integritatem, auſterámq, munditiem, ſperet, præſidio ſibi fore; ſiquis ipſe neglexerit eſſe fulcro ſibi: quod fieri debet, mentis ſollicito proviſu. Nam, *ecce, qui ſerviunt Deo, ſtabiles non ſunt: & in Angelis quoque ſuis reperit pravitatem! quantò* proniùs ergo titubabunt, *qui domus luteas habitant*; &, *quorum terrenum eſt* corporis *fundamentum?* (ϖϖϖϖ) *Lapſum* autem *in ſcelus*, niſi continuò *pœnitentia* mentis erexerit, *delapſus ſequetur in Gehennam*: nullâ *bene meritorum* antecedentium habitâ, vel ratione, vel verecundiâ. *Deus* enim, *ipſe ſua ſibi lex, & agendi norma*; qui non pepercit *Angelis* delinquentibus, quantumvis *ſemel tantummodo prolapſis*, &, ni ſuæ dementiæ veniam invenirent, omnia ſurſum deorſum deſperatione miſturis: is, inqnam, ille

G Devs,

Ruina Luciferi.

DEVS, *Juſtus in omnibus*, &, *vel in ſupplicis*, *adhuc adorandus, à clementia*: nec *hominum* utiq; cujquam tormentorũ faciet, à morte, gratiam; qui, cùm eam *vivens* haberet, ultrò projecit: ac projectam, cùm recuperare poſſet, *ante mortem* neglectui duxit. In quo, tanto, támque lacrymabili, *præcipitio*, non eſt, quòd quiſquam præſidio ſibi, confidat, fore generis ullum, aut priſtinorum animi décorum, aut eruditionis, eloquentiæ, geſtarúmve rerum, *ſplendorem*. Nam, adhunc ſi reſpicere *Divinam Æquitatem* putabimus: *Lucifer* in ſummo ſedebit adhuc cœli vertice: quippe, quo *Nobiliorem* mundus omnis non vidit; inſtructum *Gratiæ naturæq́;*, nullis non ornamentis. Is tamen *in infima* detruſus nunc *Tartari* penetralia; locum occupat extremum omnium; qui debuerat obtinere *ſupremum*. Rerum ergo conditarum omnium *excellentiſſimam* (ſi verum confitemur; & extra Chriſti, Virginíſque matris, *Humanitatem* diſſerimus) habet jam *Orcus* (pppp). Qui tamen Orcus; cùm, eodem in *Lucifero*, tranſversùm actô, *ſcelus* ſimùl *omne, nequitiæq́; compendium*, inter incolas ſuos numeret: non habet, unde glorietur; niſi fortè, *majus in dedecus ſuum*, *& infamiam*. Ac ſanè, ſi rem ad liquidum perdu-

Ruina Luciferi.

perducamus; ferè *maximum quemq́*, *naturæ*, ſubindéq; *gratiæ* quoq; prodigiis, admirabilem mundo mortalem, reperiemus, *Inferis* addictum. Ità malô ſuo claruerunt, Nemrodus, Cyrus, Alexander Macedo, Pompejus, Herodes Aſcalonites, Antiochus Syrus; omnes, rebus geſtis, & cognomento, *Magni*. Sic Ducum *fortiſſimi*, Theſſalus Achilles, Pœnus Hannibal, Marius, Sulla, Cæſar. Sic, mortalium omnium *formoſiſſimi quondam*, Abſalom Hebræus, Helena Spartana, Lais Corinthia. Sic, *Ingenioſiſſimus* Ariſtoteles: *Facundiſſimi*, Demoſthenes, atque Cicero: *Robuſtiſſimus* viribus, Milo: curſorum *Velociſſimus*, Philippides; *urbium* ſumus *expugnator*, Demetrius; Reipublicæ tractandæ *prudentiſſimus*, Alcibiades; *audaciſſimus*, in liberanda patriâ, M. Curtius; *imperterritus*, in hoſte terrendo, Mutius Scævola, Romanorum principum *feliciſſimus*, & inprimis in imperio *longævus*, Auguſtus. Hi cuncti, cæteríque plures, ubi ſunt alibi, quàm, ubi *Lucifer* eſt? Denique, ne, perſequendo ſingulos, fatigem priùs lectorem, quàm commonefaciam: in excogitando *ſubtiliſſimus*, Origines, inter *Chriſtianos*; *Afrorum graviſſimus* ſcriptor, Tertullianus: in *diſputando ſubtiliſſimus*, Porphyrius; *erémi-cultorum* admirator, & præco di-

Ruina Luciferi.

ligentiſſimus, Ruffinus; &, quem pæne præterieram, *Idololatriæ* glorioſiſſimus exagitator, Tatianus; è Platonico primùm Philoſopho *Chriſtianus*, ac JuſtiniMartyris magiſteriô formatus: ad extremum autem, extollente *Superbiæ* faſtu tumidum ejus Spiritum, *Encratitarum* ſectæ doctor, ac vexillifer. Omnes hi, quòd *Luciferi* ſectati veſtigia ſunt; in *lubrico*, quo lapſus eſt ipſe, corruerunt: ſibi quidem *pernicies*, aliis autem, *exempli* ſalutaris terror; ut, qui *tenebras* horrent æternas, vanæ *gloriæ* famoſam *Lucem* quàm ſtudioſiſſimè declinent.

AVCTORES.

(A) *Sic enim ſcribendum, ac pronunciandum, per* tertiam *vocalem*, τὸ Empyrium: *Græcè enim dicitur* ἐμπύριος ὐρανός. (b) *Hoc Cælum, initiô omnium omnino rerũ conditarum creatum eſſe, & quidem,* Creatione, *propriè phyſicéque ſic dictâ; docet, non ſolùm Philo Judæus lib. de mundi Opificio; ſed etiam ex noſtris, S. Anſelmus, lib. I. de mund. imag. cap. 28. & ante eum, S. Epiphanius, hæreſi 65. & affert plures idem ſentientes, Jacobus Salianus, in Apparatu ad Annales Eccleſiaſticos, cap. 6. Diſſentit autem ſolus ferè Diodorus Tarſenſis, cùm ait;* Poſt

Inviſi

Digitized by Google

Inviſibiles, & intellectu præditas, Creaturas, Deum ſtatim Cœlum, quod ſupra omnes Cœlos eſt, Cœlum Cœli dictum, unà cum terra, fabricatum eſſe. *ut videre eſt, in Catena aurea SS. Patrum, apud Lipomannum. Sed profectò, Convenientius erat; Domum prius præparari, antequam incolæ formarentur, & introducerentur: ſicut & hominibus duobus primis Deus mundum præparavit viſibilem, antequam Adã conderetur. Diciturporrò Cœlum hoc* ἐμπύριον, *quaſi*, In Igne: *vel, propter* lucem, *qua totum velut* igneſcit: *vel quoniam, ſicut* Ignis, *cæteris Elementis; ſic Cœlum iſtud, aliis omnibus cæleſtibus corporibus, præſtantius eſt. Idem autem Cœlum, etiam Cryſtallinum dici poſſe, Jacobus Cappellus tradit, in Serie Creationis.* (c) *Hoc enim modo, videlicet*, Ante illud nihil Creaturæ fuiſſe, *Philo, libro, de Opificio Mundi, illa verba Moſis*, In Principio creavit Deus Cœlum, &c. *cum aliis, eum ſecutis, exponit: ut dicat*, Idem valere, quod, Primùm fecit Cœlum. *Idem & S. Epiphanius hæreſi 65. contra Paulum Samoſatenum, in noſtris* terminis, *docet. Hujus autem Sententiæ, repugnant, ſed ſine ratione, non tantùm Diodorus, quem dixi, Tarſenſis; ſed multò magis ii, qui*, angelos fuiſſe *pridem*, ante mundi cæteri Originem, *cenſuerunt. de quibus*

Ruina Luciferi.

tamen & inferiùs agetur. (d) *Rupertus Tuitienſis, in cap. 1. Geneſ. Intellige tamen illud, De* Immenſitate, *non* geometricâ, *ſed* morali. *nam, ſecundùm menſuram* phyſicam & mathematicam, *non eſt utique inexhauſtum.* (e) *Quanta* Cœli Empyrii *ſit vaſtitas & capacitas: indè conjicias; quòd totius mundi, intrà concavum* Firmamenti *contenti, multò minor ſit proportio, ad complexum Cæli Empyrii: quàm ſit proportio Globi terræ, (qui ſanè* Punctus *eſt, ad Cælum illud Firmamenti comparatus) ad ipſum firmamentum. Vide Chriſtophor. Clavium, in Sphæra, cap. 1. Et Leonard. Leſſium, de Summo Bono. Bellarminum, de Felicitate Sanctorum; ubi & de* magnitudine *diſſerit Cæli Beatorum: ex Baruch. c. 3. v. 14. in quod caput, & verſum, vide etiam Cornel-à Lapide: & in cap. 1. Geneſ. v. 16. §. ſeptimò.* (f) *Beatus Theodoretus, Quæſt. 6. in Geneſin.* (g) *A S. Baſilio Magno, lib. 2. contra Eunomium. Cælum verò Empyrium, etiam ipſum,* Lucem *appellat* Spiritualem, *homil. 1. in Hexaëmeron. Utrumque hoc, ad differentiam demonſtrandam,* Lucis *hujus* viſibilis, & *corruptibilis, ab illa Luce* Inviſibili, & *incorruptibili.* (h) *Indicat hoc Procopius Gazæus in cap. 1. Geneſ. v. 6.* (i) *Epiſtolâ 2. cap. 3. v. 7. & 10. & 11.* (k) *Si* Primo Mobili, Firmamento

Digitized by Google

mento, *& 7. planetarum globis Cæleſtibus, adnumeretur etiam* Primæ *&* Secundæ Librationis, *ſeu* Trepidationis, *geminum Cælum; juxta recentiorum, ſatis receptam, ſententiam.* (l) *Indicat S. Bruno, ſanctiſſimus Carthuſiæ Fundator; apud Jacob. Salianum, in Apparatu c. 6. num. 6. cùm ait;* Cujus excellentiæ, & pulcritudinis illud (*Cælum*) eſſe putabimus; cùm hujus (*cæli, quod adſpicimus*) Inferioris, tantum eſſe decus videamus? (m) *Vox eſt Petronii Arbitri, in Trimalcionis convivio deſcribendo occupati; ſenſu, non multùm diſpare. Et alluditur, hoc loco, ad illud S. Pauli;* In reliquo REPOSITA eſt mihi Corona Juſtitiæ, &c. *2. Timoth. cap. 4. v. 8.* (n) *2. ad Corinth. c. 12. v. 2.* (o) *Ibidem. v. 4. & ſic explicat illum S. Pauli locum Divus Joann. Damaſcenus lib. 2. de Fide Orthodoxa, cap. 6.* (p) *Idem S. Joann. Damaſcenus, loc. cit. ubi* Cœlum Cœli *ex Pſal. 113. petitum, de* Empyrio *exponit; meritò: cùm, Phraſeos Hebrææ conſuetudine, nihil aliud illa vox ſibi velit, quàm,* Cæleſtium corporum omnium præſtantiſſimum: *Sicut in ſimili (ait Salianus, num. 5. capitis ſexti Apparatûs ad Annales)* canticum canticorum *notat, Carminum omnium præſtantiſſimũ, in divinis,* (q) *Procopius Gazæus in cap. 1. Geneſ. verſ. 6.*

Ruina Luciferi.

cùm ait; Firmamentum, in communi reſurrectione, fore Fundamentum Summi cœli. *Quibus verbis alludit ad id, quod poſui.* (r) *1. Corinth. 2. v. 9. ex S. Iſaiæ cap. 64. v. 4.* (ſ) *Genebrardum, in Chronico, l. 1.* (t) *ad Titum, cap. 1. verſ. 2. Quaſi, ante tempus hoc, & ſæculum conditum, Deus revelaverit Spem illam, quibus autem, ſi non Angelis? Sed minimè neceſſaria eſt hæc explicatio. Genuinam autem ejus loci mentem Paulinam, vide apud commentatores, in illam epiſtolam, paſſim.* (v) *S. Thomas, conſequenter, primâ parte, quæſt. 61. artic. 4. S. Epiphanius, hæreſi 65. & Innocentius III. Pontif. Max. Capitulo*, Firmiter, de Summa Trinitate, & fide Catholicâ. *Verba, quæ paſſim auctores adnumerant, iſta ſunt, in corpore Canonis illius.* Firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur; quòd unus eſt ſolus, verus, Deus: qui, ſuâ Omnipotenti virtute, Simùl, ab initio temporis, utramque de nihilo condidit Creaturam, Spiritualem, & Corporalem: Angelicam videlicet, & mundanam; & deinde, Humanam, quaſi communem ex ſpiritu, & corpore, conſtitutam. (vv) *Concil. Lateran. ſub Innoc. 3. cit.* (x) Qui vivit in æternum, creavit omnia ſimùl. *Eccleſiaſtici 18. v. 1. Quæ verba, etiam ii, qui, ſecus explicari poſſe, di-*

Ruina Luciferi.

Digitized by Google

ſe, dicunt, non tamen evertunt: cùm & ipſi nobiſcum interim ſentiant. (y) *S. Ioann. Damaſcen. lib. 2. de fide Orthodox. c. 3.* (z) *Vide Iacobum Salian. Apparatûs cap. 7. num. 1.*

(Aa) Merè Spirituales, *ait Martinus Del-Rio, libr. 2. diſquiſitionum Magicarum, quæſt. 27. ſection. 2.* §. Primum quidem genus. *Item,* Spirituales virtutes *appellat eos, Ioann. Caſſianus lib. 1. de Prov. collat. 8. & alii plurimi Doctorum, ac Patrum; contra Cajetan. Nec parùm liquida, circa veritatem hanc, ſententia eſt Concilii Lateranenſis, citato Capitul.* Firmiter. *Vide, præter hos etiam Martinum Becanum, in 1. partem S. Thomæ, cap. 1. de Angelis, quæſt. 2.* (bb) *Cajetanus is eſt. Vide Comitangulum c. 1. num. 3.* de munere Angelorum, *in Notis, ad fin. Porrò, Compoſitionem* Metaphyſicam *in Angelis nemo negat; eámque multiplicem, non tamen ab omnibus admiſſam, ſed in aliquibus tantùm, enumerat Becanus, c. 1. de Angelis, q. 2. Concl. 2.* (cc) *Chriſti Domini verba, de* Spiritûs *omnis naturâ incorporeâ, & materiæ experte. Ioann. 6. & Lucæ 24. v. 39. expreſſiùs.* (dd) *S. Thom. 1. p. q. 61. art. 4. & Scholaſtici Doctores vulgò, apud Franciſcum Suarezium l. 1. de Angelis, c. 4. ut adeò, contra torrentẽ cæterorum, Rupertus Tuitienſis cen-*

Digitized by Google

ſeat, lib. 1. de Opere Trinit. Extra Cœlum conditos Angelos, in eo deinde collocatos eſſe: *ſicut & Adamum, qui productus erat extra Paradiſum, in Paradiſo deinde conſtitutum. Similitudo enim in eo deficit: quòd Adamus ſaltem* non extra Terram totam *primò fuerit conditus. at Angelos, Rupertus,* extra Totum Cœlum, *facit creatos. Alii quidam, in Cælo Firmamenti, putant, conditos. Sed hoc deſtructum eſt ſuperiùs, eo ipſo; quòd, ante Cæleſtes Stellarum orbes, & Angelos, docuerimus, & Empyrium cælum, jam extitiſſe: ſicut & è Geneſis cap. 1. v. 7. clarum eſt.* (ee) *Jobi cap. 38. à v. 4. ad 7. incluſivè. Quæ verba S. Epiphanius hæreſi 65. contra Paulum Samoſatenum, hoc ipſiſſimo planè ſenſu, exponit: indéque argumentatur; Eos Siderum creatione non potuiſſe eſſe Poſteriores; cùm, quando genita fuerunt ea, iſti jam laudarent illorum genitorem.* (ff) *Ità diſtinguit Venerabilis Beda, initio Hexaëmeron, tomo 4. & S. Gregorius Magnus, prologo, in 10. Moralium librum apud Hieronym. Lauretum, Sylvæ Allegoricæ collectorem, V.* Stella. Aſtra Matutina ſunt (*inquit*) Angeli; quia ſæpe, ad exhortandos homines, miſſi ſunt: & dum venturum manè nuntiant, ab humanis cordibus præſentis vitæ tenebras fugant. *His adde; quòd*

Apoca-

Digitized by Google

Apocalypſeos 1. *verſ.* 20. ſeptem Stellæ, Angeli *dicantur* ſeptem *Eccleſiarum: utrumque quidem metaphoricẽ, ſed, ad propoſitum probandum, aptè.* (gg) *VVolfgangus Gravenegg, p. m. quem, ut meum in Theologicis profeſſorem, omni gratâ memoriâ digniſſimum, in hoc, de* Lucifero Sociiſque, *ſcripto, crebriùs in teſtimonium adducam: quia ſingulari claritate, diligentiáque, poſt alios argumentum de Angelis tractavit, gemino libello: quorum alterius inſcritpio eſt,* Officium Angeli Cuſtodis. *alterius autem,* De Triplici Statu mali Angeli. *Is ergo docet id, quod adduxi, in l. de Triplici ſtatu, cap. 3. num. 67.* Angeli, *inquit*, cùm in ſuas Electiones ferantur cum plenitudine Judicii; fit, ut illas, non niſi cum magna difficultate, mutent: cùm quaſi ſemper éadem Motiva ipſis repræſententur. Liberum *interim* Angelorum arbitrium, ab initio non confeſtim fuit in bono confirmatum: nec fuit naturâ ſuâ indefectibile. ait *idem cap. 3. cit. num. 15.* Et res ipſa docuit: *cùm eorum plurimi poſtea ſint lapſi.* (hh) *Indicat S. Auguſtin. libro. 12. de Civitate, cap. 9. Et, id extra controverſiam eſſe, aſſerit Gravenegg, cap. 1. de Triplici Statu, num. 14. ex S. Thom. 1. p. quæſt. 60. artic. 2.* (ii) *S. Baſilius homil. 1. in Hexaëmeron.* (kk)

8. Da-

S. Damaſc. libr. 2. de fide Orthodoxa, cap. 4. &, de malis Angelis, *iiſdem pæne nobiſcum verbis, S. Auguſtinus, libro XI. de Civitate, cap. XI.* (ll) *In cognitione Dei* naturali *perfectâ conditos fuiſſe, docet, cum pluribus aliis, Gravenegg, lib. de Triplici Statu, cap. 1. num. 2. Et S. Baſilius, homil. 1. in Hexaëmeron.* Rationis vi maximâ præditos, *appellat.* (mm) *De qua S. Thomas, in 1. part. quæſt. 58. art. 6. & 7. & q. 64. art. 1. ad 3. & alibi, cum Doctoribus, &c. Ex S. Auguſtino, l. XI. de Civit. Hæc porrò Cognitio Angelorum* Matutina, *&* Veſpertina, *à S. Auguſtino diſtinguitur tantùm in Angelis, jã* Beatis: *non autem in iis, qui, & quando*, viatores, *adhuc erant. Et meritò. Nam* Matutinâ, *videntur res Creatæ in DEO, ſeu* Verbo (*cujus intuitus nulli* viatori *contigit:*) Veſpertinâ *verò, cognoſcuntur res Creatæ in* Seipſis, *ſeu*, in proprio genere. *Et ſic, cognitio* Matutina, *eſt viſio beatifica. Addunt alii; Scientiam, quam habent Angeli beati de Deo, vocari à S. Auguſtino*, Manè: *ſcientiam autem, quam habent de Creaturis, vocari* Veſperè. *id, quod eodem redit. De quibus tamen videri Becanus quoque poteſt, c. 3. de Angelis, quæſt. 8.* (nn) *Pſal. 146. v. 4.* (oo) *Daniel. 7. v.* 10. (pp) *Iobi 25. v. 3.* (qq) *S. Thom. 1. p. q. 50. a. 3. per totum. & q.* 112. 4.

Ruina Luciferi.

112. a. 4. ad 2. Vide tamen hoc loco Commentatores, ac Doctores Scholaſticos: & nominatim Becanum q. 4. Concluſ. 1. & 2. (rr) *Ità S. Birgitta Sueca docet, approbatarum ab Eccleſia Revelationum cap.* 11. tot Angelorum millia Deo ſervire; ut, ſi ab Adamo, primo homine, homines univerſi, ad ultimum uſque, numerarentur: Omnibus, ac ſingulis, plures, quàm Decem, Cuſtodes Angeli aſſignari poſſent. *Multitudinem præterea Angelorum, etiam S. Baſilius indicat, homil.* 1. *in Hexaëmeron, cùm de illis ait;* Hæ ſubſtantiam complent totius mundi illius Inviſibilis. (ſſ) *Horum enim, quos nominavi, tenax memoria, ſingulos ſuorum, etiã abſentes, nominatim recenſebat. Raviſ. de, Memoriâ claris. Cæterùm, de Angelorum* nominibus, *nobis incompertis, etiam S. Baſilius eſt teſtis; cùm homil.* 1. *in Hexaëmeron ait;* Omnes beatarum mentium Ordines, &c. quorum (*Angelorum*) ne nomenclaturas quidem poſſumus invenire. *Quòd autem* Uriel *quoque nominetur, 4. Eſdræ, cap. 4. & 5. notum eſt, Librum eum non eſſe auctoritatis Canonicæ.* (tt) *Deuteronom.* 17. *v.* 3. *&* 4. *regum cap.* 17. *v.* 10. *& ibid. cap.* 21. *v.* 3. *&* 5. *& cap.* 23. *v.* 4. *&* 5. *ubi locus omnium illuſtriſſimus, ad noſtrum propoſitum.* (uu) *Sic* Hierarchiam *definit;*

finit Becanus 1. parte Theologiæ ſuæ Scholaſticæ, cap. 3. de Angelis, q. 10. num. 1. (vv. vv.) *Lege, cum Auctoribus, quos adducit, Wolfgangum Gravenegg, in Officio Angeli Cuſtodis. cap. 1. n. 5. fusè: & Martinum Becanum, cap. 3 de Angelis. quæſt. 10. Concluſ. 4. ubi refert; S. Bernardum indoluiſſe, ſe, in diſpoſitione Hierarchiarũ & Ordinum horum à S. Dionyſio Areopagita, in 5. de Conſideratione libro, diſſenſiſſe.* (xx) *Hæc eorum debet eſſe Sententia, qui Lapſum Angelorum, ex omnibus Ordinibus eveniſſe, docent: & ſic, ex ſententia S. Leonis IX.* Decimum, *à deſertoribus Angelis quodammodo* Ordinem *conſtitutum,* Seceſſorum. *Alij, apud Euthymiũ,* Centum *Angelorum Ordines introduxerunt, ex occaſione Parabolæ 99. Ovium, non amiſſarum; & Centeſimæ perditæ, apud S. Lucam, cap. 15. Sed horum conjectura, ut infirmè nixa, paſſim à Theologis deſeritur.* (yy) 1. *Corinthi.* 15. *v.* 41. Stella à Stella differt. in claritate (zz) *libr. 2. de fide Orthodoxa. cap. 3.*

(Aaa) *S. Baſilius, humil. in Pſal. 32. ubi ait; Angelos, non in* infantili *creatos* ſtatura (*ſic enim loquitur*) *ac deinde paullatim exercitatos & perfectos: ſed, in primo ſtatim* Inſtanti *perfectũ habuiſſe ſui Intellectûs, & voluntatis, uſũ.* (bbb) *Notiſſimum eſt, inter Patres, ac Doctores,*

res, è variis Scripturæ ſacræ locis, apud Danielem, Aggæum, Zachariam. Vide & Becanum, cap. 3. de Angelis, quæſt. 10. num. 6. (ccc) *De ea Becanus idem agit, cap. 3. quæſt. 14. num. 1. & ſeqq.* (ddd) *Secundùm eos, qui* Igneæ *naturæ Stellas, aut certè, ex Igne productas, aſſerunt.* (eee) *Sic loquitur de illis S. Joann. Damaſcen. lib. 2. de fide Orthodoxa cap. 4. ex phraſi illa Geneſis 1.* Vidit Deus cuncta, quæ fecerat: & erant valde Bona. (*igitur & Angeli*) *verſ. 31.* (fff) *Innocentius 3. capit.* Firmiter, de Summa Trinitate, & Fide Catholica. *cùm de malis Angelis ait*; A Deo naturâ boni creati ſunt: ſed ipſi per Se facti ſunt Mali. (ggg) *S. Auguſtin. libro XI. de Civitate, cap XI.* (hhh) *Innocent. 3. loc. cit. indicat, cum aliis.* (iii) *Venerab. Beda, tom. 4. operum ſuorum, in Hexaëmeron. & Joann. Caſſianus, lib. 1. de provid. Collat. 8. & clarè Jobi cap. 38. v. 7. Deus dicit*; Ubi eras, cùm me Lavdarent Aſtra Matutina, (*ponentem* fundamenta terræ)? &c. (kkk) *capit. 3. verſ. 34.* (lll) *Quam communiorem eſſe, longéque probabiliorem, Theologorum ſententiam, ex Scriptura, Patribus, ac ratione, Gravenegg oſtendit: & Jacobus Salian. cap. 8. Apparatûs, num. 2. ex S. quoque Fulgentio, lib. de fide ad Petrum, cap. 3. Quod ipſum, etiam S. Igna-*

Digitized by Google

Ignatius Lojola, in Libello ſuo aureo Exercitio-rum, Exercitatione primâ, puncto 1. *docet. Rationem porrò hujus aſſertionis pulcram, ac doctam, adfert Gravenegg, in Suo, de Triplici Statu Angeli, libro, cap.* 1. *num.* 4. *de* rationibus *quibuſdam* Seminalibus, *&* virtutibus, *omni creaturæ inſitis*, quibus poſſent ad fines ſuos pervenire. *Vnde & Angelis initiô ſtatim* Gratiam, quæ Semen eſt Gloriæ, *indidiſſe; ſicut & Hominum primum, in ſtatu Gratiæ Sanctificantis conditum, apud Patres & Doctores, eſt receptiſſimum.* (mmm) Ut idem inſtans fuerit Creationis Angelorum, & Sanctificationis: *ait Gravenegg. l. de Triplici ſtatu, cap.* 1. *n.* 3. (*ex verbis S. Ezechielis*, A Die Conditionis tuæ) *De Virtuiibus autem Theologicis, & Cardinalibus, &c. tam Intellectûs, quàm Voluntatis; Vide Graven. de Triplici, cap.* 1. *num* 5. *ad initium. Cæterùm, de Gratia Sanctificante, & virtutibus, eam Comitantibus, in ipſo Creationis momento, Angelicæ naturæ collatis; non ſunt obſcura, ne Sancti quidem Auguſtini, Summi Theologi, verba: qui, libro* 12. *de Civitat. cap.* 9. *de Conditore loquens;* Simùl in eis (*inquit*) & condens naturam, & largiens Gratiam (*Sanctificantem; quæ,* more Reginæ, *incomitata à cæteris Donis, gratiis, & virtutibus, Infuſis,*

Digitized by Google

Infuſis, non venit) (nnn). *Gravenegg, de Triplici Statu, cap. 1. num. 2.* (ooo) *S. Methodius, apud Divum Epiphanium, hæreſi 64. & Salianus, Apparatûs Capite 8. num. 8. Doctoréſque, communiſſimè, & S. Ignatius Lojola, loc. ſupra citato.* *Quòd porrò* Temporis *hîc, &* Inſtantis Angelici, *mentio fit, quo* Via Angelorum *durare juſſa eſt; ſciendum eſt;* Inſtantia Angelica *tria, pro Angèlorum totidem ſtatibus, uſq; ad Luciferi lapſum, & defectionem à Deo, per Doctores aſſignari.* Primum, *quo Creati fuerunt Angeli.* Alterum, *quo manſerunt in* Via, *ſeu* (*ut loquuntur*) tendentiâ ad terminum, *hoc eſt,* Gloriam; *aut, ſi peccarent;* pœnam: *adeóque, quo vel perſeverarent in bono, vel ab eo deficerent.* Tertium, *quo Boni Angeli, in Gratia confirmati, per Gloriam beatificæ Viſionis, fierent, eſſentq; Coronati.* *Hæc autem* Tria Inſtantia, *nihil ſunt aliud, quàm illæ ſeu moræ, ſeu morulæ (phyſicæ, metaphyſicæve) quibus perſeverat* in eſſe ſuo *operatio aliqua Intellectûs, aut voluntatis Angelicæ. Quæ mora, morulâve, aliquando quidem ſoli* Inſtanti *Phyſico; nonnunquam autem & noſtrati* Tempori, *per ſui Durationem, correſpondent.* *Cæterùm,* *Æquale* Viæ *ſpatium, ſeu, Durationem ſtatûs meritorii parem, omnibus fuiſſe Angelis à Deo,*

H *princi-*

principiô ſtatim, præfixum: docet Ludovicus Molina, in 1. partem S. Thom. q. 63. art. 6. Concl. 1. Vide autem & Salian. cap. 8. Apparatûs, num. 8. ad finem. (ppp) Qui ſentit commodum, ſentire debet & Incommodum. *l.* naturaliter, *ff. de reg. Iur. c.* qui ſentit. *eod. tit. l. 6.* (qqq) *Jobi XI. v. 17.* Orieris, ut Lucifer. *& capit. 38. v. 32.* Numquid produces Luciferum? *Et 2. Petri 1. v. 19.* Donec dies eluceſcat, & Lucifer oriatur in cordibus veſtris. *Pſalmo 109. v. 3.* Ex utero, ante Luciferum, genui te. *Quo loco, ſicut & illo S. Petri, idem planétes exprimitur; qui, per metaphoram, Chriſto,* Soli Juſtitiæ, *&* Luci mundi, *accommodatur: pſalmóque citato 109. Dei Verbum Increatum, & ante* Stellam *iſtam, & Ante* Angelum *quoque Luciferum, genitum eſſe à Patre, indicatur: ceu* Primogenitum omnis Creaturæ, *ad Coloſſenſ. 1. v. 15.* (rrr) *Iſaiæ cap. 14. verſ. 12.* (ſſſ) *Venerab. Beda, lib. 7. qq. quæſtione 9. cap. 4.* Ante omnem (*inquit*) Creaturam, Diabolus (*qui ſcilicet, ex Angelo cæleſti, poſtea factus eſt Diabolus*) factus eſt: quia ipſe eſt Principium viarum Domini. (ttt) *Iobi 40. v. 14.* (uuu) *Hanc ipſam rationem ſententiæ ſuæ Beda reddit; ut modò vidimus.* (vv. vv. vv.) *apud Franciſc.*

Ruina Luciferi.

riſc.Suarezium,lib.7.cap.16. Gabriel. Vaſquez, diſputat. 237. cap. 1. Valentiam, q. 14. de Angelis, punct. 5. apud Graven: Capit. 2. de Triplici Statu, num. 45. (xxx) *cujuſmodi ſunt;* Signaculum *eſſe* Similitudinis divinæ (*cap. 28. v. 12.*) plenum Sapientiâ, perfectum decóre, & *verſu 13.* In deliciis Paradiſi Dei fuiſſe. *& v. 14.* Cherub extenſum, & protegentem (*tabernaculi Moſaici arcam*) &, poſitum *fuiſſe à Deo*, in Monte Sancto (*templi, qui mons,* Móriа, *dictus eſt: ſive, per* Montem Sanctum, *etiam* Cœlum, *hoc loco, ſicut aliis locis S. Scripturæ crebrò, intelligatur*) *& verſu 15.* Perfectum fuiſſe in viis ſuis, à die conditionis ſuæ; donec inventa eſſet In eo Iniquitas (*quæ tamen in rege Tyri, Idolorum cultore, nunquam non fuit*) *& verſu 18.* polluiſſe *Sanctificationem* ſuam (*quæ tamen in rege, ſemper Idololatrâ, nulla fuit unquam*) *& alia, his ſimilia. Quæ tantò accuratiùs adducere volui, quantò minùs ab aliis vulgò video adnotata: cùm tamẽ ad illuſtrandum* Luciferi *typum ſummopere faciant.*

(yyy) *Cornel. à Lapide, in Ezechielem, cap. 28. v. 2. Suarézius lib. 7. de Angelis, cap. 8. Valentia, q. 14. de Angelis, puncto 3.* (zzz) *Quanquam nondum tunc* Viſione *DEI* clarâ *potirentur ulli Angeli: multò minùs ii, qui poſteà*

ea ſunt lapſi. Quo tamen pacto nihiloſecius, Perdidiſſe Beatitudinem, *à quibuſdam dicantur, &*, Excidiſſe Gloriâ Cœleſti; *vide doctè enodantem Graveneggium, l. de Triplici, cap. 3. & Salianum, Cap. 8. apparatûs, num. 1. ad fin. ſimilitudine maximè Filii exhæredati: qui Hæreditatem, quam is revera nunquam adiit, amiſiſſe vitio ſuo dicitur: ut qui, nondum quidem* Jus in Re, *jam tamen* Ad rem, *habuerit.*

(Aaaa) *Quomodo tamen nihilominus, in hoc ipſo Ezechielis cap. 28. non* Seraphini (*qui ab* ardendo, *in amore, nomen habet*) *ſed* Cherubini, *ſit appellationem ſortitus* (*quod nomen,* Scientiæ *præſtantia deductum eſt*) *exponit S. Thom. in 1. p. q. 63. art. 7. ad 1.* (bbbb) *libr. 12. cap. 4.* Ob nimietatem ſplendoris (*inquit.*) (cccc) *Hæc dicuntur, in ſenſu hiſtorico, de Regibus, Aſſure, & Pharaone Ægyptio, Ezechielis cap. 31. à verſu 8. Allegoricè verò, de* Lucifer *ſublimitate, in Cælo. S. Gregor. Magnus l. 32 moralium, cap. 18. Rupertus Tuitienſ. l. 1. de Victoria verbi Dei, cap. 8. apud Cornel. in caput 31. Ezechielis, v. 8. quo loco, per Cedros, abietes platanos, cæteráque Ligna, cæteros ajunt Angelos deſignari: quibus omnibus eminebat* Lucifer (dddd) *S. Iſidorus, epiſcopus Hiſpalenſis, lib. 1 Sententiarum, cap. 10.* ἀρχὴ *namque ſemper in*

comp

Ruina Luciferi.

Digitized by Google

compoſitione Principatum *notat.* (eeee) *Hanc quoque unam, ex rationibus, adferunt Doctores: cur Lucifer Angelorum omnium primus fuerit, ac primas tenuerit. Quam rationem attingit etiam S. Thomas, 1. p. q. 63. articul. 7.* (ffff) *Joann. 8. v. 44.* (gggg) *Geneſ. 6. v. 2.* (hhhh) *Verba ſunt Wolfg. Graven. l. de Triplici ſtatu, cap.* 1. *num. 28. ubi meritò addit,* Secundùm omnem proprietatem, *propter* Iræ *peccatum capitale; quod in Angelum utique, ſecundùm omnẽ paſſionis illius & motûs proprietatem, & annexa, non cadit. Vide tamen & Becanum, cap. 4. q. 2. vbi, cum S. Thoma, docet; Omnia quidem Peccata poſſe in Angelo eſſe,* ſecundùm Reatum, *quin & plurima peccata, etiam* Secundùm Affectum, *ac* formaliter, &c. *Sed hoc loco nobis ſermo tantùm de* Capitalibus *erat* Peccatis; *& quidem, ad Originis ac Tertulliani opinionem refellendam, de Libidine Angelorum.* Iram *quoque, concedit, idem Becanus, in Angelo non poſſe eſſe, quatenus hæc conjuncta eſt, cum* Paſſione Corporali; *ſicut in homine* (iiii) *S. Thom. 22. q. 162. ſæpe.* (kkkk) *Ità, de* Tyrannico *illius* faſtu, *S. Auguſtinus loquitur, lib.* 14. *de Civit. capite XI.* (llll) *libro, de Jejunio, & tentatione.* (mmmm) *S. Gregor. Magnus, lib. 34. moral. c. 32.* (nnnn)

S. Gregor. Nazianzenus, Oratione 27. (oooo) *1. parte, quæſt. 63 art. 3. aliquam* cum Deo Similitudinem *affectâſſe, agnoſcit.* (pppp) *S. Cyprian. l. de bono Patientiæ, cap. 1. Idem etiam lib. de Zelo & livore, docet.* (qqqq) *S. Baſilius, homil.* Quòd Deus non ſit auctor malorum. (rrrr) *S. Bernardus, Serm. 17. in Cantica, ubi ſermonem introducit* Invidentis *Luciferi. Cui parem reperies & apud Petrum Sanchez, Parte 1. de regno Dei: ſed, in eo mirandum; quòd perſonas Oratio illa introducat, quæ multis pòſt ſæculis demum natæ ſunt, & vixerunt.* (ſſſſ) *Hæc fuit* Invidia *Vnionis* Hypoſtaticæ. *Et hanc Joan. Viguerius, Jacobus de Valentia, Ambroſius Catharinus, &c. tenent Sententiam, apud Jacobum Salian. c. 9. Apparatûs, num. 3 Eandem, tanquam certiſſimam ſupponens, obviisq; ulnis amplexus, pluribus diducit Auctor. l. de Regno Dei & Chriſti, Parte 1.* (tttt) *Eccleſiaſtici c. 10. v. 15.* (uuuu) *Tobiæ 4. v. 14.* (vv. vv. vv vv.) *Ezechiel. 28. v. 17.* (xxxx) *Ezechielis eodem c. & verſ. 15.* (yyyy) *Iſaiæ 14, v. XI.* (zzzz) *libro, ſeu, Sermone, de Jejunio, & Tentatione.*

(α) *Vide Salian. Apparatûs c. 9. num. 9. & Wolfg. Graven. de Triplici Statu, cap. 2. num. 34 ubi ſententiam, de* Superbia *Luciferi, apud Patres,*

Digitized by Google

Patres, Doctorésque, & S. Thomam, Suarez, Vaſquez, Zumel, &c. ait, receptiſſimam. (β) *Iſaiæ 14. v. 12.* (γ) *Iſaiæ 14 v. 13. & 14.* (δ) *Ità S. Ambroſ. epiſtol. 33. & S. Gregor. Magn. lib. 34. moralium, cap. 1. de eo loquuntur.* (ε) *Vide, quantum ſpectat ad ultimum pronuntiatum, Wolfg. Gravenegg, pag. 70. in fin. libri, de Triplici Statu.* (ζ) *Exercitio 1. puncto. 1.* (η) *Vide S. Thom. 1. part. q. 63. art. 2. & Suarez, ibid.* (θ) *Lege Becanum, Cap. 1. de Angelis, quæſt. 14.* (ι) *Quam Ezechiel accuſat, c. 28. v. 16.* (κ) *Gravenegg, in Triplici Statu, cap. 2. num. 36.* Michaëlem, *docet, & Ducem fuiſſe belli Angelici, adversùs Apoſtatas Angelos, & nomen ſuum indè hauſiſſe: quòd Angelorum principi, Divinam Similitudinem appetenti, reſiſtendo dixiſſet;* Quis, ut Deus? *Ad illud idem* nomen, *& dictum alludere videtur & S. David, Pſalm. 17. v. 32.* Quoniam, quis, præter Dominum? aut, quis Deus, præter Deum noſtrum? (λ) *Non erat ſenſus; Luciferum* Deo Æqualem *eſſe, vel fore, ſecundùm naturam & eſſentiam Divinitatis, æqualitate gloriæ & majeſtatis illius: ſed tantùm ſecundùm* proportionem *quandam &* analogiam; *ſic, ut appeteret ille Creatum quidem aliquid, modô tamen quodam, excedente naturã propriam, ac terminos,*

Ruina Luciferi.

à Dei voluntate ſibi præfixos. Quod ipſum tamen, adhuc impietatis & Superbiæ ſupremæ fuit. (μ) *Lucæ* 10. *v.* 18. Videbam Sathanam, ſicut fulgur, de cœlo cadentem. (ν) *2 Petri* 2. *verſ.* 4. (ξ) *Apocalypſ.* 12. *v.* 8. (ο) *Pſal.* 109. *v.* 6. (π) *Ex Jobi cap.* 26. *v.* 11. *Quo alludit & Thom. Kempenſis, lib. de Interna Conſolatione, cap.* 14. *num.* 1. *per totum.* (ρ) *Jerem.* 10. *v.* 7. (σ) *Eccleſiaſtæ* 9. *v.* 18. Qui in uno peccaverit, multa bona perdet. (τ) *C.* quando, &, qui quar. pars debetur. *quaſi per totum. l.* 10. (υ) *Origines, tractatu* 9. *in Matthæum.* (φ) *Ex Ezechiele, cap.* 28. *v.* 18. (χ) *S. Chryſoſtomus, homil. de Adamo, & Eva.* (ψ) *Iſaiæ* 27. *v.* 1. (ω) *Apud Strabonem, Pauſaniam, Delrium, in diſquiſitt.*

(αα) *Pſalmo* 95. *v.* 5. (ββ) *Salianus, in Apparatu, cap.* 10. *n.* 2. (γγ) *Quia ipſorum Intellectus adhuc compluribus eſt falſitatibus expoſitus, ait S Thom. in* 1. *p. q.* 58. *art.* 5. *tametſi interim plurimas adhuc Veritates cognoſcant, de rebus* Supernaturalibus. *Contingit verò potiſſimùm eos errare, in objectis illis: quæ, cùm ſint* futura Contingentia, *aut, alioquin abſtruſa myſteria; per conjecturas tantùm ab iis cognoſci poſſunt: ſi illi interim de iis abſolutâ pronuntiatione judicent. Vide Graven: de Triplici Statu,*

num.

Ruina Luciferi.

n. 53. (δδ) *Eundem vide, num. 55. ex S. Thom. 22 q. 5. art. 2. ad 2. & quomodo explicandum ſit illud S. Jacobi, in Epiſt. Catholica, cap. 2. v. 19.* Dæmones CREDVNT, & contremiſcunt? (εε) *Univerſim omni Scientia* Supernaturali *privati ſunt, quoad* modum Supernaturalitatis. *Idem Graven: num. 57. & ſic intelligendus eſt Anaſtaſius Sinaita, lib. 4 Hexaëmeron: cùm ait;* Dæmonas, in abyſſum miſſos, expertes eſſe cœleſtis, & luminis, & illuminationis. *Quo loco, non negat; Eos, etiam in hoc ſtatu, plurimas adhuc retinere veritates, ſed non, quà* Supernaturales, *&* Supernaturali *ſciendi* modo. Fidem *autem (de qua ex S. Jacob. cit. cap. potiſſimùm controverti poteſt) habent Dæmones, in ratione quadam generica Fidei: quæ ratio generica, eſt*, quilibet Aſſenſus Rei, non Viſæ; fundatus, aliquâ ratione, in teſtimonio Dei. *non eſt tamen, in Dæmonibus, Aſſenſus ille Supernaturalis, qui ad Fidem verè Theologicam, ac Divinam, requiritur.* (ζζ) *Cognitionem* Supernaturalem, *eà tenus, eis valde imminutam eſſe, eo modo, quo expono: docet etiam Salian. Apparat. c. 10. num. 2. ex S. Dionyſio Areopagita, cap. 4. de Divinis nominibus, & S. Thom. part. 1. quæſt. 64. art. 1. Idem, & Gravenegg. in Triplici, num. 58. Omnis porrò Cognitio-*

gnitionum Supernaturalium *illa Privatio, refertur à Doctoribus, in ſubtractionem divini influxûs in Intellectum Angelicum.* (*nn*) *Apud S. Athanaſium Alexandrin. lib. de communi eſſentia Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti.* (ϑϑ) *S. Fulgentius Ruſpenſis, lib. de Fide, ad Petrum, Cap. 3. tom. 3. operum S. Auguſtini. & Ludovicus Molina, in primam part. S. Thom. quæſt. 64. art. 2. diſputat. 1. Vide & Salian. Apparat. cap. 10. num. 4. & Gravenegg, num. 64. & 65. in Triplici ſtatu.* (ιι) *S. Joann. Damaſcen. lib. 2. de fide Orthodoxa, cap. 4.* (κκ) *Matth. 18. v. 10.* (λλ) *Salianus recenſet hoc, apparat. cap. 10. num. 5.* (μμ) *in Epiſtol. ſua Catholica, v. 6.* (νν) *De* Gratiæ Statu *vocem* Principatûs *exponit Salianus, Apparat. c. 8. n. 3.* (ξξ) *Ezechielis c. 28. num.* 16. (οο) *Suprà cit. c. 9. Eccleſiaſtæ, v.* 18. (ππ) *cap. 4. de divinis nominibus, Parte 4.* (ρρ) *S. Iſidorus Hiſpalenſ. l. 1. Sententiar. cap.* 10. (σσ) *S. Dionyſ. c. 4. de divinis nominibus, part. 4.* (ττ) *Sic oppidum Schiltachenſe, avorum noſtrorum memoriâ, deuſtum, nullo auctore humano. Vide Delrium l. 2. Diſquiſition. apud quem ſparſim, eodem maximè libro, & horum nonnulla reperies, quæ adduxi hoc capite; & eorum, quæ mox ſubjungo. Infinitum enim eſſet, diſpersè poſita, totidem citationibus*

Digitized by Google

tionibus ſigillatim exſequi. (υυ) *Judæ Thaddæi Cathol. epiſt. verſ. 6.* (φφ) *Lucæ 16. v. 26.* (χχ) *Hoc adponitur, partim, propter* damnatorum hominum *Spiritus, ſiqui ſubinde mortalibus appareant: quod, fieri non ſolere, nondum argumentis invictis Increduli, vel hæretici, demonſtrârunt: etſi ſanè credam; ſæpe, Animarū loco, Diabolos, illarum formam repræſentantes, ſe conſpiciendos offerre. Partim verò ob id, quòd ſcriptum ſit Apocalypſ. 20. v. 7.* Et cùm conſummati fuerint mille anni, ſolvetur Sathanas, de carcere ſuo: & exibit, & ſeducet gentes (*ſed, ad breve tempus; uti mox indicatur verbis, ac verſibus, ſubſequentibus.*) (ψψ) *Apud Paſchaſium, S.R.E. Diaconum, Anachoreta quidam: cujus nomen non apponitur, reperitur tamen eadem ſententia, l. 7. vitæ SS. Patrum. cap. 44.* (ωω) Inferni *deſcriptionem Hugo habet, de S. Victore, lib. 4. de Anima. De* die *autem Inferni conditi, variant, Cornel. in c. 1. Geneſ. & Salianus, in annum Mundi, 1. aliiq;. Id certum:* Ignem æternum paratum eſſe, Diabolo, & Angelis ejus, *ex primaria veluti Dei intentione. Matth. 25. verſ. 41.*

(ααα) *Ex Chriſtoph. Clavio Cornel. in c. 1. Geneſ. & c. 16. Lucæ, v. 26. ſuper verba,* Chaos magnum firmatum eſt, *&c.* (ϐϐϐ) *Matthæi 7. v. 27.*

v.27. (γγγ) Gravenegg, in Triplici, numero 70. ex S. Thoma, in 1. p. q. 64. art. 4. cum Doctoribus compluribus. Idem & modum *tradit, quomodo, etiam extra Gehennam, Gehennæ Ignem ſentire, dici poſſint. Sed is, quibusdam clementior fortaſſe, nec immeritò, videtur. Abſolutiùs igitur Delrius, de* Modo, *tacet: de* Pœna, *affirmat. (δδδ) Martinus Delrius id præſupponit, tanquā certum. lib. 2. diſquiſit. quæſt. 27. ſect. 2. §.* Primum quidem genus Dæmonum, &c. *(εεε) Petrus Sanchez, de regno Dei, Part. 1. circ. c. 4. ex S. Thoma, paullò ſuprà citato. (ζζζ) cap. 2. Epiſtol. ad Epheſ. v. 2. (ηηη) Leontius, Neapoleos Cypri Epiſcopus, in vita S. Joannis Eleemoſynarii, c. 4. quod ſuadeo, pie lector, volvas l. 1. Vitæ SS. Patrum. (θθθ) Delrius l. 2. diſquiſitt. q. 27. Sect. 2. §.* paullô antè citato. Qui *ibidem* Sphæram Ignis *in dubitationem vocat. (ιιι) Vt in Sepulcro duorum magorum Ægypti, Jannis, & Mambræ. de quibus & alibi narratio recurret, inferiùs, in* Ruina Pharaonis *(κκκ) Martinum, Elchingenſem Abbatem, vide, in libello, de vita, ac Miraculis, S. Magni Abbatis: ubi & de* Campano *habet* ære *cœnobii* Fieſſenſis; *quod, ad initia tempeſtatum pulſari ſuetum, Dæmones, in Alpibus proximis tonitruacientes,* Magni-Canem, *appellabant,*

Digitized by Google

bant, latrantem, *ac nubila diſſipantem.* (λλλ) *Martinus Zeillerus, in Theatri Tragici poſterioribus editionibus, earúmque Notis.* (μμμ) *Petrus Gregorius Toloſanus, l. 12. de republica. cap. 20.* (ννν) *Pſal. 58. v. 7. & 15.* (ξξξ) εὐρύς *enim latum laxúmve,* νόμος *legem, ſignificant.* (οοο) *Vide Sanchez, de regno Dei, parte 1. cap. 4.* (πππ) *Martinus Zeillerus, in Tragici Theatri Notis, de Wirtenbergici Ducis aulicis, die Paraſceves ſancto venantibus, & Sacco léporem includentibus. Hic lepus, in reditu venatorum, vocatus ab alio lepore, è medio ſylvæ humanâ voce; reſpondit alteri, pari vocis imitatione, ſéq; Diabolum, & Diaboli ſocium, prodidit. Cujus prodigii terrore venatores, paulò pòſt, extincti ſunt.* (ρρρ) *quod Matth. 15. v. 14. & c. 23. v. 24. Chriſtus de Phariſæis & ſcribis dixit.* (σσσ) *In capitibus duobus præcedentibus, cùm, ad ſingulos pæne verſus, laudandi auctores, & adducendi, fuiſſent; Delrius inprimis, Wierus, Thyræus, Petrus Cluniacenſis, Thomas Cantipratanus, Joan. Cæſarius Haiſterbacenſis, Petrus Sanchez. Laurentius Surius, Roſvveidúsque, in SS. Vitis, Joan. Major, Torquemáda, Zeiller. &c. putavi ſemel eos in cumulum nominandos; ne, tot citationibus implendo librum de Lucifero, manticam (quod ajunt) toto corpore longiorem face-*

facerem. (τττ) *Quæſito 5. Quid tamen, de eorum præſentia in Sphæra Ignis, judicandum ſit; jam ſuprà judicatum eſt.* (υυυ) *Vide Graven. in Tripl. &c. num. 70. de Pœna Dæmonum, extra Infernum adhuc agentium. De* Gaudio Phantaſtico, *habet S. Thom. in 4. diſtinct. 45. q. 1. ad 4.* (φφφ) *Vide Salian. Apparatûs cap. 10. num. 9. & fuſiùs Graveneggium, in* Triplici, *numero 71.* (χχχ) *Suarezius, libro 8. de Angel. c. 14. num.* 41. *Albertinus, Malonius, Alexander Peſantius, aliique plerique, apud Graven: in teſtimoniis numeri 75.* (ψψψ) *Ex S. Auguſtin. Salianus, & Graven:* (ωωω) *Jobi capite 10 verſu 21. & verſu 22.*

(αααα) *S. Cyprianus, lib. de Jejunio, & tentation. S. Iſidorus lib.* 1. *Sentt. cap.* 10. *Sentent. 7. S. Auguſtin. aut, quiſquis Auctor eſt, Mirabilium S. Scripturæ, cap. 12. Operum Divi Auguſtini, tomo 3.* (ββββ) *Die mundi 3. num. 5.* (γγγγ) *In caput* 1. *Geneſ. die mundi. 1. verſ. 4.* Cùm Angeli (*inquit*) celerrimi ſint, & Inſtantaneos habeant actus: omnino veriſimile eſt, Eos primo die, non diu poſt creationem ſuam, peccâſſe: ideóque ſtatim è Cœlo truſos eſſe in Infernum. (δδδδ) *Tractatu, de Sacramentis, parte 1. cap.* 10. (εεεε) *diſputat. 6. c. 7. & 8.* (ζζζζ) *epiſtol.* 1. *cap. 3. verſ. 8.* (ηηηη) *In eun-*

Ruina Luciferi.

Digitized by Google

In eundem ſenſum loquitur & Baldus Jureconſultus, in l. adoptionem, *ff. de adoptio. in prima* lectura. Nobiles, pro majori parte, hodie Superbi, &c. & nihil aliud ſciunt, quàm, comedere, bibere, & Superbire. (ϑϑϑϑ) *Crudè, in ſpeciem, Hoſtienſis, in c. Venerabilis, de præb. niſi explicetur ad ſenſum Scripturæ ſacræ, eodem verbo utentis* 1. *Machab.* 2. *v.* 61. (Gloria ejus Stercus, & vermis eſt) Nobilitas (*inquit*) Stercus eſt, niſi habeat virtutis concomitantiam. *Et in c.* de tua, *de Conſan. & aff. col.* 2. Qui Superbit de nobilitate, aut nobiliori Sanguine; de nobiliore ſtercore intumeſcit. (ιιιι) *Pſalm.* 112. *v.* 7. (κκκκ) *Judith.* 9. *v.* 16. (λλλλ) *Jobi cap. XI. v.* 12. (μμμμ) *Delrium vide, de* Virgine Gandenſi, *Libro* 4. *diſquiſitt. magicar. Cap.* 1. *q.* 3. *ſect.* 5. *circa medium.* (νννν) 2. *Machabæor. c.* 9. *v.* 12. (ξξξξ) *S. Bernard. Serm.* 1. *de Adventu, de Lucifero loquens.* Nihil (*inquit*) ille fecit; nihil operatus eſt. Tantùm cogitavit Superbiam; & in momento, in ictu oculi, irreparabiliter præcipitatus eſt. (οοοο) *Non quidem* Unitate Numericâ, *ſed* Specificâ; *&* Unitate finis, *ſeu*, Intentionis. *Omnes enim Luciferi actus ſpectabant* Excellenciam propriam, *per illegitima* media *comparandam. Et ſic*, Unitatem Finis, *qui erat*, Superbia,

Ruina Luciferi.

perbia, *habebant.* *Vnde rectè adhuc S. Ignatius Lojola, Exercitio 1. punct. 1.* Ob Unicum *uit*, Crimen, *Angelos* addictos Inferno. (ππππ, *Jobi capite 4. v. 18. & 19.* (pppp) *Hanc* Speculationem *habet, cum Doctoribus aliis, auctor libri, de Tripl. ſtatu Angeli mali. cap. 2. num. 45*

RUINA II.

Quæ fuit,

GENERIS HUMANI.

BREVIARIUM CAPITUM.

I. *Cur, de Luciferi caſu, prolixiorem oportuerit eſſe narrationem, quàm, de Lapſu Generis Humani ſit futura; explicatur.*

II. *Quot, ab anno, quo hæc ſcribimus, anni fluxerint, ad mundi primam originem, indicatur: errore Chaldæorum exploſo. Refertur deinde; Quænam res, &, quo quæque dierum ordine, fuerint à Deo productæ. Cauſſa additur; cur productionem Deus, in Sex dies, ſit partitus, quam abſolvere momentô potuiſſet.*

III. *Progreditur Deus, ad Hominis quoq; productionem, loco omnium ultimo. Expenditur bre-*

Digitized by Google

breviter, Cur eum non fecerit, aut merum Corpus, aut merum Spiritum. Additur, de modo, quo formatus eſt, &, de materia; ex qua fictus. Subduntur deinde Dignitatis humanæ magnificæ laudes.

IV. *Homo primus, in Paradiſum deductus; ex adductis ad ſe animalium cunctorum ſingulis paribus, intelligit; Sibi quoque opus eſſe ſociâ, ad poſteritatem hominis extendendam. Eam, paullò pòſt ſopitus, accipit, è coſta productam lateris: & evigilans, ut conjugem, ſalutat, & alloquitur.*

V. *Hominibus à ſe modò productis, ſubjicit Deus omnia terræ, maris, & aëris, animalia. Subminiſtrat quoque alimentum liberaliſſimè.*

VI. *Exponuntur Hominis Primi, Conjugíſque* Evæ, tria bonorum capita: *in* Animo *videlicet*, & Corpore, & Loco, *quem incolebant. Hoc* Sexto Capite, *Bona* Animi *explicantur.* Animam *non fuiſſe jam multis antè Sæculis, in Origenis, aut Platonicorum, Pſychicâ Republicâ; ſed recèns ſemper creari.* Animæ *præſtantia* Naturalis; *&, ad imaginem, ac Similitudinem* Dei, *quatenus veriſſimè dicatur producta; explicatur. Ejusdem quoque* Animæ *Bona* Supernaturalia *ſummatim proponuntur.*

VII. *Primorum Parentum Bona* Corporis,

I *& ejus-*

& ejusdem Habilitas, *ac dotes, donô DEI, & beneficiô Statûs* Innocentiæ originalis. *Is* ſtatu Innocentiæ *diverſo modo ad Adamum, & Evam, pertinebat. Illius magna vis fuit, & in Anima, & in Corpore; ſed alligata Conditioni: cui homo debebat immanere; cùm præſertim nec iniqua foret, nec adeò difficilis.*

VIII. *Primorum hominum* Bona Loci, *qui* Paradiſus *erat, proferuntur.* Paradiſus, *ubi terrarũ fuerit ſitus, variæ afferuntur, & quædam paradoxæ valde, Sententiæ: quæ repudiantur.*

IX. *Paradiſus ubinam probabiliſſimè fuerit, accuratè notatur, & adſtruitur. Ejus diffuſa, diligénsque, deſcriptio. Quatuor illius flumina. Arbores, Vitæ, & Scientiæ. Cujus generis videatur fuiſſe Arbor Scientiæ, judicium auctoris ponitur.*

X. *In quantâ tunc rerum omnium abundantiâ, felicitatéque, verſatus ſit Adamus, cum Eva; oſtenditur. Quàm æquum fuerit interim, Ejus felicitatis libertatem, aliquâ poſitâ præcepti conditione, onerari, & coërceri; De Arbore prohibitâ non tangendâ, ad eſum: demonſtratur. Sed Homo, ſuismet luminibus obſtruxit; Diaboli impulſu.*

XI. *Humanæ fecilitati Sathan Invidens, Serpentis corpus ingreditur: &, incautè vagantem aggreſ-*

aggreſſus Evam; oratione, lenociniorum, impietatíſque & mendaciorum, plenâ, pertrahit in dubitationem primò de mandato DEI reverendo: mox in ſuperbum ejuſdem contemptum. Hæc arboris interdictæ fructum carpit, edit, ac Viro quoque veſcendum porrigit. In quo plurimùm Eva Generi nocuit Humano; non nocitura, ſi comediſſet Sola. Exprimitur Adami lucta ſecum, dum tergiverſatur, an comedat, an potiùs abſtineat: donec, muliebriter animus ejus expugnatus, culpæ ſuccubuit: exemplô, quod mulieroſi poſtea mariti multi ſunt imitati.

XII. Devorato pomo, continuò de nuditate parentes primi erubeſcunt. Abſcondentes ſe, Deus, Paradiſum obambulans, in apertum, ac ſceleris confeſſionem, pertrahit. Convictos damnat, mulctat, irridet, ejicit; in locum, è Paradiſi regione ſitum: ubi diu vitam trahunt ærumnoſam. Paradiſus, homine incolâ vacuus ad extremum ipſe quoq; formam veterem amittit.

XIII. Quàm ingentia mala, privatim pro ſeipſis, Adamus, & Eva, incurrerint: docetur. Monentur viri; ut, Adami territi calamitate, uxoriis cupiditatibus, & importunitati, frænum injiciant. Fœminarum inſignes tituli, per congeriem, producuntur, ex tabulario Veritatis.

XIV. Ipſum autem Genus Humanum omne,

tum éadem illa ferè mala, quæ parentes primos, oppreſſerunt; tum calamitates & hujus, & alterius vitæ multiplices, ſolâ Originis *culpâ, quæ tamen mala, immanè quantùm creſcunt, ſi* propriæ *inſuper his accedant culpæ lethiferæ. Status, tam infantilis, quàm adultæ ætatis, poſt hanc vitam, quis ſit; indicatur. Quàm varia præterea, ex hoc fonte* culpæ Originalis, *in mundum univerſum, delicta ſint invecta, pœnis æternis plectenda, oſtenditur compendiò; & deploratur.*

XV. *Ruina Generis Humani in re nullâ magìs elucet, quàm, in Multitudine, ad Gehennam condemnatorum: &, Gehennæ Æternitate. Multitudo porrò Damnatorum, tum ob Idololatriam, tum ob infanda peccata alia, quibus Idololatria ſcatet, & adhæret; oſtenditur hoc decimo quinto capite: prolatîs in medium quatuor Mundi partibus, &, in iis, hominum immensâ colluvie; quorum aliud nihil erat, niſi, prava religio, ſceleſtáque Vita: Fructus Adamæi lapsûs.*

XVI. *Suppliciorum autem Æternitatis, apud Inferos, quæ & ipſa Ruinæ Generis humani luctuoſiſſima pars eſt, infinita Diuturnitas, adſtruitur, ex Inductione fluminum, marium, ac montium, Orbis totius celeberrimorum. Horrenda dicuntur hoc loco, de Æternitatis longitudine; ſed veriſſimis veriora.*

RUI-

Digitized by Google

RUINA GENERIS HUMANI.

I.

LUCIFERI, ſociorúmque lapſus, tanquam Alpium ſcopuloſarum *ruina*, ſubjectas ſibi ſylvas; ità GENERIS HUMANI truſit, impulítque, Lapſum. De quo Lapſu, minùs mihi multa videor tradere debere, quàm de Luciferiano: quòd ille, velut *Hominum*, Hominibus nobis meritô compertior eſt, quàm *Angelorum* Interitus: cujus, utì penitiſſimæ cauſſæ ſunt adhuc apud multos in controverſo; ſic nonnulla prorſus in obſcuro. Non enim tam clarè nobis, de ſingulis illius *Angelici* Casûs arcanis, divinæ ſunt litteræ prolocutæ; quò minùs etiam nunc quædam ignorentur à quàm pluri-mis. ideóque copioſiùs erant ponenda ſub aſpectum. At *primorum mortalium* tragœdia, quàm expreſsè ſacris eſt voluminibus explicata? quàm nulli non decantata Judæo, Chriſtianóve, vati? vel oratorio trita pulpito? Prorſus, ut, adoleſcentibus nobis, in adagium

hæc iret Sententiola; *NVLLA Concio ſine Protoplaſtis.* Ac certè non erat; cujus non, aut exordium, aut perorationem, aut denique corpus, *Adamus* intraret. Quare, ne nós quoque labamur idem in vitium; ut, calcata toties, inculcemus: notiſſimis quibusque, diffuſiſſimísque, prætermiſſis; ad narrationis potiora feſtinet ſtylus. Lectores verò, plura requiſituros, aut ad Moſen remittamus; aut, ad Moſis explanatores, Baſilium, Ambroſium, Chryſoſtomum, ac Theodoretum. Hi namque, præter alios, SEX DIERUM Opus, operibus, immortalitate dignis, exactiùs, inter veteres, ſunt exſecuti. (*A*)

II. Jam DEUS mundi molem hanc ingentem, in qua degimus, exórſus erat; & diem, Annúmque mundi, primum. Is Annus Chaldæis abhinc, eorúmque fabuloſis Faſtis, quadringenties ſeptuagies, & bis, inſuper, milleſimus (*b*) retrorſum effluxit. Nobis autem; quos ad veriorem calculum divina ſacræ paginæ ducit manus; ad hunc uſque diem, non, niſi quinquies mille, ſeptingenti ſex, ab illo primo rerum ortu, numerantur. (*c*) Illius igitur, quem aſſignavi nunc, *Anni principiô*; poſtquam opifex ſupremus Empyrium cœlum, Angelicos ſpiritus, terræ molem, & Aquæ

quæ globum, terræ quaquaverſum circumfuum, eſſe juſſit, cum Tempore: mox, ſeclusâ ſpiſsâ caligine, quæ terrarum undarúmque ſphæram obvolverat; amabilem Lucis ſplendorem produxit. Ille *Dierum primus* fuit, qui *Dominicus* poſtea Chriſtianis dici cœpit: (*d*) eò, quòd is, *Domini*, Servatoríſque noſtri, *redivivi* beneficiô, mundo, tam naſcenti, quàm renaſcenti, dederit ortu ſuo principium. Poſt Lucem, ac dierum principem, ad alia deinceps aliorum dierum opera, divinum ſe convertit imperium: diéque *ſecundo*, qui *Lunæ* nunc eſt, diremptis hinc & hinc aquis, quæ propiores, quæque remotiores erant ab Empyrio cœlo: globos omnes cœleſtes, eóſque mobiles, undarum in medio, mediis ex undis, eduxit: ſed aſtrorum adhuc nudos. Quibus, eodem die, productionem etiam Ignis, & aëris elementorum, adjunxit. Horum productionem eſt inſecuta, die *tertio*, qui nunc eſt *Martis*, aquarum, (quæ tegebant adhuc terram) in unam Oceani grandem voraginem, & in brachia ſinúſque, collectio; divino mandato. Quo momento, diverſas occupantibus ſedes, aquis, & humo; Terra, ſiccam nacta faciem, herbis, gramine, nemoribus, & arbuſtis, eſt exornata: præcipuè verò,

magnitudinis immenſæ *Pomario*; cuj Chaldææ radicis propinquitas (*e*) *Paradiſi* vocabulum adaptavit. Iis productis, Dies *quartus*, qui M*ercurii* nobis eſt, in cœleſtibus globis, Solem, Lunam, ſtelláſque fixas, ac vagas, aſpexit: *quintus* dies, qui *Jovis* hodie nominatur, natas ex aquis aves, atque piſces; *ſextus*, idémque Veneris dictus, è terris eductas quadrupedes, tam feras, quàm domeſticas; &, quidquid per humum repit, ac ſerpit. (*f*) Hæc ſingula Divinum Numen, ſine labore fatigante, ſolo ſuæ voluntatis omnipotentis imperio, prodire juſſit; momento temporis, atque puncto. (*g*) Quæ cùm eádem facilitate poſſet omnia ſimùl, ad ictum oculi, primoſtatim die, nutúque, condere: diverſos, ac plures, in dies, partiri rerum effectarum ſeriem *ideò voluit, quia ſic maluit. In omnibus* enim, *quæ facit* D E U S, *tota facti ratio, facientis eſt voluntas: quæ rerum ac negotiorum eſt æquiſſima menſura.*

III. Cùm autem in hunc, quem dixi, modum, jam ſtaret, hæc rerum univerſitas: operæ pretium erat, ſcire; Cujnam, præter eum, *qui nullius indigebat*, illa ſtaret? Et hic continuò repertus eſt. Nam, ecce, cujus perſpicaciſſimus Oculus, ab omni retrorſum Æternitate,

tate, præviderat; *Angelorum* igentem multitudinem degeneraturam: idem, ſupplendis vacantibus cœli ſtationibus, apud animum ſuum conſtituerat; *rerum* aliquod *genus novum*, & *ex diſcordiſſimis artificiosè concors*, progignere. Nolebat, *totum* eſſe *Corporeum*, & materiâ revinctum. nam ejuſcemodi præſtò jam erant innumera. Refugiebat & *puriſſimi Spiritûs* alicujus fabricam: ne, ſi minor is futurus eſſet *Angelô*, videri poſſet opificis exhauſta, vel imminuta, Potentia. Si verò præſtantior Lucifero; ne fortè multò ſuperbius hic idem, quàm ille prior, ſuam admiraretur nobilitatem: & elatus inſolentiore longè faſtu, rueret profundiore, quàm primi rebelles illi, præcipitiô. Decrevit igitur, tale quidpiam Operis in apertum dare; quale neque meritò deberet deſpici, *nobilitate* commendatum: neque per tumorem inflari, nonnullâ ſui *vilitate* perpensâ. *Carnem*, de *Limo* factam, voluit, adnecti *Spiritui* cœleſtis Originis, & cognationis: ut res, ex utroque compoſita, conſideratis hinc ſuæ *ſubtilitatis* elementis, non haberet, unde ſe dejiceret, immerſa terrenis: & indè, *conditionis ſuæ craſſis initiîs*, in memoriam revocatis, haberet, unde ruborem duceret: nequando ſuperbiret. Ac præter hæc ta-

perbia, *habebant.* *Vnde rectè adhuc S. Ignatius Lojola, Exercitio 1. punct. 1.* Ob UNICUM, *ait*, Crimen, *Angelos* addictos Inferno. *(ππππ) Jobi capite 4. v. 18. & 19.* (ρρρρ) *Hanc* Speculationem *habet, cum Doctoribus aliis, auctor libri, de Tripl. ſtatu Angeli mali. cap. 2. num. 45.*

RUINA II.

Quæ fuit,

GENERIS HUMANI.

BREVIARIUM CAPITUM.

I. *Cur, de Luciferi caſu, prolixiorem oportuerit eſſe narrationem, quàm, de Lapſu Generis Humani ſit futura; explicatur.*

II. *Quot, ab anno, quo hæc ſcribimus, anni fluxerint, ad mundi primam originem, indicatur: errore Chaldæorum exploſo. Refertur deinde; Quænam res, &, quo quæque dierum ordine, fuerint à Deo productæ. Cauſſa additur; cur productionem Deus, in Sex dies, ſit partitus, quam abſolvere momentô potuiſſet.*

III. *Progreditur Deus, ad Hominis quoque productionem, loco omnium ultimo. Expenditur bre-*

Digitized by Google

breviter, Cur eum non fecerit, aut merum Corpus, aut merum Spiritum. Additur, de modo, quo formatus eſt, & , de materia; ex qua ſictus. Subduntur deinde Dignitatis humanæ magnificæ laudes.

IV. *Homo primus, in Paradiſum deductus; ex adductis ad ſe animalium cunctorum ſingulis paribus, intelligit; Sibi quoque opus eſſe ſociâ, ad poſteritatem hominis extendendam. Eam, paullò pòſt ſopitus, accipit, è coſta productam lateris: & evigilans, ut conjugem, ſalutat, & alloquitur.*

V. *Hominibus à ſe modò productis; ſubjicit Deus omnia terræ, maris, & aëris, animalia. Subminiſtrat quoque alimentum liberaliſſimè.*

VI. *Exponuntur Hominis Primi, Conjugíſque* Evæ, tria bonorum capita: *in* Animo *videlicet*, & Corpore, & Loco, *quem incolebant. Hoc* Sexto Capite, *Bona* Animi *explicantur.* Animam *non fuiſſe jam multis antè Sæculis, in Origenis, aut Platonicorum, Pſychicâ Republicâ; ſed recèns ſemper creari.* Animæ *præſtantia* Naturalis; *&, ad imaginem, ac Similitudinem* Dei, *quatenus veriſſimè dicatur producta; explicatur. Ejusdem quoque* Animæ *Bona* Supernaturalia *ſummatim proponuntur.*

VII. *Primorum Parentum Bona* Corporis,

& ejusdem Habilitas, *ac dotes, donô DEI, & beneficiô Statûs* Innocentiæ originalis. *Is* ſtatus Innocentiæ *diverſo modo ad Adamum, & Evam, pertinebat. Illius magna vis fuit, & in Anima, & in Corpore; ſed alligata Conditioni: cui homo debebat immanere; cùm præſertim nec iniqua foret, nec adeò difficilis.*

VIII. *Primorum hominum* Bona Loci, *qui* Paradiſus *erat, proferuntur.* Paradiſus, *ubi terrarũ fuerit ſitus, variæ afferuntur, & quædam paradoxæ valde, Sententiæ: quæ repudiantur.*

IX. *Paradiſus ubinam probabiliſſimè fuerit, accuratè notatur, & adſtruitur. Ejus diffuſa, diligénsque, deſcriptio. Quatuor illius flumina. Arbores, Vitæ, & Scientiæ. Cujus generis videatur fuiſſe Arbor Scientiæ, judicium auctoris ponitur.*

X. *In quantâ tunc rerum omnium abundantiâ, felicitatéque, verſatus ſit Adamus, cum Eva; oſtenditur. Quàm æquum fuerit interim, Ejus felicitatis libertatem, aliquâ poſitâ præcepti conditione, onerari, & coërceri; De Arbore prohibitâ non tangendâ, ad eſum: demonſtratur. Sed Homo, ſuismet luminibus obſtruxit; Diaboli impulſu.*

XI. *Humanæ fecilitati Sathan Invidens, Serpentis corpus ingreditur: &, incautè vagantem aggreſ-*

Digitized by Google

aggreſſus Evam; oratione, lenociniorum, impietatísque & mendaciorum, plenâ, pertrahit in dubitationem primò de mandato DEI reverendo: mox in ſuperbum ejuſdem contemptum. Hæc arboris interdictæ fructum carpit, edit, ac Viro quoque veſcendum porrigit. In quo plurimùm Eva Generi nocuit Humano; non nocitura, ſi comediſſet Sola. Exprimitur Adami lucta ſecum, dum tergiverſatur, an comedat, an potiùs abſtineat: donec, muliebriter animus ejus expugnatus, culpæ ſuccubuit: exemplô, quod mulieroſi poſtea mariti multi ſunt imitati.

XII. *Devorato pomo, continuò de nuditate parentes primi erubeſcunt. Abſcondentes ſe, Deus, Paradiſum obambulans, in apertum, ac ſceleris confeſſionem, pertrahit. Convictos damnat, mulctat, irridet, ejicit; in locum, è Paradiſi regione ſitum: ubi diu vitam trahunt ærumnoſam. Paradiſus, homine incolâ vacuus ad extremum ipſe quoq; formam veterem amittit.*

XIII. *Quàm ingentia mala, privatim pro ſeipſis, Adamus, & Eva, incurrerint: docetur. Monentur viri; ut, Adami territi calamitate, uxoriis cupiditatibus, & importunitati, frænum injiciant. Fœminarum inſignes tituli, per congeriem, producuntur, ex tabulario Veritatis.*

XIV. *Ipſum autem Genus Humanum omne,*

tum éadem illa ferè mala, quæ parentes primos, oppreſſerunt; tum calamitates & hujus, & alterius vitæ multiplices, ſolâ Originis *culpâ, quæ tamen mala, immanè quantùm creſcunt, ſi* propriæ *inſuper his accedant culpæ lethiferæ. Status, tam infantilis, quàm adultæ ætatis, poſt hanc vitam, quis ſit; indicatur. Quàm varia præterea, ex hoc fonte* culpæ Originalis, *in mundum univerſum, delicta ſint invecta, pœnis æternis plectenda, oſtenditur compendiò; & deploratur.*

XV. *Ruina Generis Humani in re nullâ magìs elucet, quàm, in Multitudine, ad Gehennam condemnatorum: &, Gehennæ Æternitate. Multitudo porrò Damnatorum, tum ob Idololatriam, tum ob infanda peccata alia, quibus Idololatria ſcatet, & adhæret; oſtenditur hoc decimo quinto capite: prolatîs in medium quatuor Mundi partibus, &, in iis, hominum immensâ colluvie; quorum aliud nihil erat, niſi, prava religio, ſceleſtáque Vita: Fructus Adamæi lapsûs.*

XVI. *Suppliciorum autem Æternitatis, apud Inferos, quæ & ipſa Ruinæ Generis humani luctuoſiſſima pars eſt, infinita Diuturnitas, adſtruitur, ex Inductione fluminum, marium, ac montium, Orbis totius celeberrimorum. Horrenda dicuntur hoc loco, de Æternitatis longitudine; ſed veriſſimis veriora.*

RUI-

Ruina Generis Humani.

RUINA GENERIS HUMANI.

I.

LUCIFERI, ſociorúmque lapſus, tanquam Alpium ſcopuloſarum *ruina*, ſubjectas ſibi ſylvas; ità GENERIS HUMANI truſit, impulítque, Lapſum. De quo Lapſu, minùs mihi multa videor tradere debere, quàm de Luciferiano: quòd ille, velut *Hominum*, Hominibus nobis meritô compertior eſt, quàm *Angelorum* Interitus: cujus, utì penitiſſimæ cauſſæ ſunt adhuc apud multos in controverſo; ſic nonnulla prorſus in obſcuro. Non enim tam clarè nobis, de ſingulis illius *Angelici* Casûs arcanis, divinæ ſunt litteræ prolocutæ; quò minùs etiam nunc quædam ignorentur à quàm plurimis. ideóque copioſiùs erant ponenda ſub aſpectum. At *primorum mortalium* tragœdia, quàm expreſsè ſacris eſt voluminibus explicata? quàm nulli non decantata Judæo, Chriſtianóve, vati? vel oratorio trita pulpito? Prorſus, ut, adoleſcentibus nobis, in adagium hæc

hæc iret Sententiola; *NVLLA Concio ſine Protoplaſtis.* Ac certè non erat; cujus non, aut exordium, aut perorationem, aut denique corpus, *Adamus* intraret. Quare, ne nos quoque labamur idem in vitium; ut, calcata toties, inculcemus: notiſſimis quibusque, diffuſiſſimíſque, prætermiſſis; ad narrationis potiora feſtinet ſtylus. Lectores verò, plura requiſituros, aut ad Moſen remittamus; aut, ad Moſis explanatores, Baſilium, Ambroſium, Chryſoſtomum, ac Theodoretum. Hi namque, præter alios, SEX DIERUM Opus, operibus, immortalitate dignis, exactiùs, inter veteres, ſunt exſecuti. (*A*)

II. Jam DEUS mundi molem hanc ingentem, in qua degimus, exorſus erat; & diem, Annúmque mundi, primum. Is Annus Chaldæis abhinc, eorúmque fabuloſis Faſtis, quadringenties ſeptuagies, & bis, inſuper, milleſimus (*b*) retrorſum effluxit. Nobis autem; quos ad veriorem calculum divina ſacræ paginæ ducit manus; ad hunc uſque diem, non, niſi quinquies mille, ſeptingenti ſex, ab illo primo rerum ortu, numerantur. (*c*) Illius igitur, quem aſſignavi nunc, *Anni principiô*; poſtquam opifex ſupremus Empyrium cœlum, Angelicos ſpiritus, terræ molem, & A-

quæ

quæ globum, terræ quaquaverſum circumfuſum, eſſe juſſit, cum Tempore: mox, ſecluſâ ſpiſsâ caligine, quæ terrarum undarúmque Sphæram obvolverat; amabilem Lucis ſplendorem produxit. Ille *Dierum primus* fuit, qui *Dominicus* poſtea Chriſtianis dici cœpit: (*d*) eò, quòd is, *Domini*, Servatoríſque noſtri, *redivivi* beneficiô, mundo, tam naſcenti, quàm renaſcenti, dederit ortu ſuo principium. Poſt Lucem, ac dierum principem, ad alia deinceps aliorum dierum opera, divinum ſe convertit imperium: diéque *ſecundo*, qui *Lunæ* nunc eſt, diremptis hinc & hinc aquis, quæ propiores, quæque remotiores erant ab Empyrio cœlo: globos omnes cœleſtes, eóſque mobiles, undarum in medio, mediis ex undis, eduxit: ſed aſtrorum adhuc nudos. Quibus, eodem die, productionem etiam Ignis, & aëris elementorum, adjunxit. Horum productionem eſt inſecuta, die *tertio*, qui nunc eſt *Martis*, aquarum, (quæ tegebant adhuc terram) in unam Oceani grandem voraginem, & in brachia ſinúſque, collectio; divino mandato. Quo momento, diverſas occupantibus ſedes, aquis, & humo; Terra, ſiccam nacta faciem, herbis, gramine, nemoribus, & arbuſtis, eſt exornata: præcipuè verò,

magnitudinis immenſæ *Pomario*; cuj Chaldææ radicis propinquitas (*e*) *Paradiſi* vocabulum adaptavit. Iis productis, Dies *quartus*, qui M*ercurii* nobis eſt, in cœleſtibus globis, Solem, Lunam, ſtelláſque fixas, ac vagas, aſpexit: *quintus* dies, qui *Jovis* hodie nominatur, natas ex aquis aves, atque piſces; *ſextus*, idémque Veneris dictus, è terris eductas quadrupedes, tam feras, quàm domeſticas; &, quidquid per humum repit, ac ſerpit. (*f*) Hæc ſingula Divinum Numen, ſine labore fatigante, ſolo ſuæ voluntatis omnipotentis imperio, prodire juſſit; momento temporis, atque puncto. (*g*) Quæ cùm eádem facilitate poſſet omnia ſimùl, ad ictum oculi, primoſtatim die, nutúque, condere: diverſos, ac plures, in dies, partiri rerum effectarum ſeriem *ideò voluit, quia ſic maluit. In omnibus* enim, *quæ facit* DEUS, *tota facti ratio, facientis eſt voluntas: quæ rerum ac negotiorum eſt æquiſſima menſura.*

III. Cùm autem in hunc, quem dixi, modum, jam ſtaret, hæc rerum univerſitas: operæ pretium erat, ſcire; Cujnam, præter eum, *qui nullius indigebat*, illa ſtaret? Et hic continuò repertus eſt. Nam, ecce, cujus perſpicaciſſimus Oculus, ab omni retrorſum Æternitate,

Ruina Generis Humani.

tate, præviderat; *Angelorum* igentem multitudinem degeneraturam: idem, ſupplendis vacantibus cœli ſtationibus, apud animum ſuum conſtituerat; *rerum* aliquod *genus novum*, & *ex diſcordiſſimis artificiosè concors*, progignere. Nolebat, *totum* eſſe *Corporeum*, & materiâ revinctum. nam ejuſcemodi præſtò jam erant innumera. Refugiebat & *puriſſimi Spiritûs* alicujus fabricam: ne, ſi minor is futurus eſſet *Angelô*; videri poſſet opificis exhauſta, vel imminuta, Potentia. Si verò præſtantior Lucifero; ne fortè multò ſuperbius hic idem, quàm ille prior, ſuam admiraretur nobilitatem: & elatus inſolentiore longè faſtu, rueret profundiore, quàm primi rebelles illi, præcipitiô. Decrevit igitur, tale quidpiam Operis in apertum dare; quale neque meritò deberet deſpici, *nobilitate* commendatum: neque per tumorem inflari, nonnullâ ſui *vilitate* perpensâ. *Carnem*, de *Limo* factam, voluit, adnecti *Spiritui* cœleſtis Originis, & cognationis: ut res, ex utroque compoſita, conſideratis hinc ſuæ *ſubtilitatis* elementis, non haberet, unde ſe dejiceret, immerſa terrenis: & indè, *conditionis ſuæ craſſis initiîs*, in memoriam revocatis, haberet, unde ruborem duceret: nequando ſuperbiret. Ac præter hæc tamen;

men; extare voluit in eo, *ſpectabile* quidquam, & *ſenſibus objectum*; cujus cauſâ cætera cuncta, quæ condidiſſet hucuſque, de nihilo ſui perveniſſent ad naturam ſuam. In eo, decreverat *Divinitatis ſuæ ſimulacrum aliquod*, & *Imaginis exemplar* luculentum, debere reſplendere. Quapropter, eodem hôc Decreto, quod ab æternítate conceperat, novâ poſtea concluſione repetitô, firmatóque (*h*); manum denique *Sacroſancta Trias* adjecit operi: quod operibus cæteris omnibus, ſub Luna productis, imperiô præſideret. Quocirca, *terræ ruffæ* minutiſſimum collectum pulverem, aquâ ſublutum, redegit in limum: mox limum, in Statuam, carne, venis, nervis, oſſibus, pelle, membríſque congruis, compactam. Hanc, ſimùl abſolutam, erectámque; ſimùl item impletam animâ vivente, ſentiente, ratiocinantéque. fecit Hominem; & hunc, à *terræ ruffæ* primordiis, nominavit *Adamum*. (*i*) Virilis hic Sexus erat: *Sextæ* lucis & ipſe, non Opus ſolùm, ſed corónis; & operum antecedentium omnium quoddam breviarium: ipſius *Dei*, non *Angelorum*, manibus effictum: præterea, (*k*) membrorum, & ætatis robore tali, quali foret idoneum, ad ſimilem ſibi generatione ſubrogandum. (*l*) *Animal*, quod

aureus

aureus Chriſtianæ religionis *Orator* (*m*) dixit, *inter omnia, quæ ſub oculos cadunt, dignitate præcipuum: cujus cauſſâ cætera ſunt omnia producta, Cœlum, terra, mare, Sol, Luna, ſtellæ, reptilia, jumenta, brutáque cætera*, ſeu pratorum, ſeu ſylvarum. *Animal*, ut Magnus Baſilius (*n*) pronunciavit, *Imperio natum*: ut alii depinxerunt, *mundi princeps, ac rex; orbis univerſi miraculum; rerum cæterarum compendium; divinorum operum finis, & ſumma manus; Angelorum frater, ac ſocius; Divinæ majeſtatis quædam effigies*, & *pulchritudinis illius lineamentum.* (*o*)

IV. In hos titulos, atque décora, formatus *HOMO primus*, Deo, qui formârat, eódem etiam manu ducente, rapientéve; transfertur in *Hortum*, hortorum omnium amœniſſimum: cujus, paulò pòſt, neceſſaria recurret deſcriptio. Locus is, triduo jam integro præparatus antè, ſtabat; incolam exſpectans, & colonum. Introductus eſt igitur, ac datus, ne cultore careret, frondator, & cuſtos, Homo: ſed *Unus*, & *Unicus*. Implendo, poſt tot *Angelos* extruſos, *cœlo*, cujus imago *Paradiſus* erat; apparebat ipſi quoque Deo, non ſuffecturum *ſexum* unum, ac *Solitarium*. Deliberatur igitur, de producendâ propagationis ſociâ, Deducun-

ducuntur, ad illius intelligendam tunc neceſſitudinem, ad Adamum, Angelorum miniſterio, brutorum pleræque potiſſimæque formæ; cum ſui quæque ſexûs compare. Jubetur, conſideratis ſingulorum naturis, ac propenſionibus, & agendi vi, ſuis animalia quæque nominibus inſignire; quæ belluam à bellua, volucrem à volucri, naturámque diſtingueret ab natura. Quod Adamus dum agit; brutáque, tam pennigera, quàm, alîs carentia, bina quæque, diſcretáque membris originis, ad Cenſuram ſuam videt accedere: nullo negotio deprehendit, ex omnibus vitâ ſentiente prædıtis, ſe ſolum viduam acturum, ac ſterilem, ætatem: niſi propaginis communem, utì cætera, reperiret operam. Eam Deus illi, morâ vix interpoſitâ, ſubminiſtravit. Nam, altiſſimè ſopito, raptu mentis, quem *Ecſtaſin* Theologia Græca nominat; è latere *coſtam* (dictu mirandum!) eripuit, nullo ſensûs cruciatu. Cúmque, quod ſubtraxerat, oſſi, carnis ſolidioris tantumdem ſuffeciſſet: coſtam virilis corporis, tanquam materiem faber, aut lutum figulus, manu tractans; exſtruxit in muliebris corporis venuſtatem. Neque diſtulit, etiam iſtud, ſicut paullò priùs maſculum corpus, animare. Jámque ſtabat, & vivebat,

Ruina Generis Humani.

Digitized by Google

vebat, *Heroinarum prima*: quam, Deo deductore, ſuo lateri mox applicitam, Adamus experrectus, & vitæ communis contubernalem, & futuræ poſteritatis, ex ſe, parentem, agnovit: &, ut talem, ſalutavit; *Os ex oſſibus ſuis, Carnémq; de Carne ſuâ.* Simúlq; *Viraginem* appellans. Evæque ſub nomine, *Matrem* jam tum *cunctorum Viventium*, prædicans: vitæ thoríq; legitimam conſortem eam declaravit; Deo nuptiis illis, non ſubcribente ſolùm, ſed etiam bene precante. Jam igitur *par*, & *jugum* primum, erat *Hominum*. Erántq;, licèt *Vir* alter, altera *mulier*; ex æquo tamen uterque *perfectus homo*. Quódque Baſilius Magnus (*p*) acutè vidit; *Nihilo minus mulier habebat, quàm vir, humani: videlicet, Ad Imaginis Divinæ ſpecimen & ipſa facta. Nihilo diſpar, ſed æquus utrique naturæ generis honor: æquæ virtutes; par, in ſtadio virtutis decurrentibus, propoſitū præmium: ſimilis utrique peccanti decreta damnatio.* Jam & in duobus illis ſtabat univerſa tot ſæculorum *Humanitas*: & ingens tot myriadum hominum univerſitas; non tam illorum incluſa ſexu, quàm Dei, qui fauſtis eos ominibus proſequebatur, concepta verbis; *Ut creſcerent, ac multiplicarentur!* Hæc enim Dei dicta, non tam præcepti (*q*) vim, quàm fœcunditatis donum,

Ruina Generis Humani.

donum, ac præſagium, ſecum vehentia; virtute quadam occultâ, terrarum erant orbem hominibus impletura. (*r*)

V. Cæterùm, in hunc, quem retuli, modum, productis hominum principibus; Numen eis inprimis regimen commiſit cæterorum viventium omnium: ne ferociſſimis quidem *belluarum* ſylveſtrium exceptis; quæ ſub nullius hodie jugum eunt, niſi catenis ac malô coactæ. nec *Avium* quidem exempto vago genere, quod vel potiſſimùm libertati ſe natum putat: nec *piſcibus* denique, ſive fluvialibus & lacuſtribus, ſive, per ingentia marium ſpacia licenter vagantibus. Unde *pavent* hodiéque ferarum pleræque *faciem humanam*; in ea, *regium* quiddam, & adversùs ſe *dominicum*, utcunque recognoſcentes. Volucrum autem pleræque, quantumvis refugæ, tum capiuntur facilè; retia, laqueos, & viſcum, tanquam imperium, ſentientes: tum verò manſuefiunt à nidis, ac domeſticis in caveis; negotiô, non ità multùm operoſo. Piſcium quoque pars pleraque, vel naſſam intrat, vel ſagenam; tanquam ad hominis nutum: pars alia, quantumvis vaſtâ balænarum mole terribilis, ad funem unco ferreo follibúſque coriaceis, deligatis, capta deceptáque, (*ſ*) pérque

marium

marium vaſta regna circumducta, pertrahuntur in littus tandem. Pars reliqua denique, quantumcunque laſciviens, & per Ponti profunda diſpalata (velut Delphines) hominis conſpecto vultu, tanquam cenſorio dictatorióve, reverenter abſiſtit: & ad nota ſibi loca quietè ſe recipit. (t) QVID *prodeſt autem, Imperium eſuriens? & principatus jejunus? Si domineris quidem omnibus: omnium autem & indigeas?* Id difficultatis ne ſuſtineret Homo, recèns conditus: *nuditatem* ei quidem primò reliquit Deus; quippe, virgineis utriuſque corporibus, nondum erubeſcendam: ac præter hoc, ingenuæ *ſimplicitatis* luce, candoréque conveſtitam. In alimenta verò, *menſam* eis propoſuit, Terrarum omnium latum, & frugiferum, *Orbem:* annonámque, ſive ſurgentem humo, ſive pendentem è ramis, quorum omnium tunc fructus, & vis, *primævi vigoris* erant; & *ideò, vitalioris.* Sed hæc erant exigua, ſi cum potioribus, quibus hominum primi fruebantur, conferres. Ea, ſtrictim percenſere, fuerit laboris pretium: ut conſtet tantò liquidiùs; quàm nihil illis deeſſe munificus procreator ſit paſſus, niſi ſibi metipſis illi, plus nimiò felices, improvidè defuiſſent.

VI. In-

Ruina Generis Humani.

VI. Inter *Felicitatis* autem capita, loco primo numeranda veniunt illa, quæ conditionem *Animæ*; deinde, quæ *Corporis ſtatum*, ac dotes: poſtremò, quæ *Regionem*, in qua degebant *homines duo primi*, ſpectabant. Et *Anima* quidem, non ex illa, quam Origenis ſectatores fingebant, *Pſychica*, neſcio qua, *Natione*, Réquepublicâ, devocata fuerat, ac deſcendere juſſa divinitus, in artus humanos: tanquam, multîs jam antè ſæculis producta, dudum domicilium ſuum exſpectâſſet. Abſint, à *Veritatis Ara, quam his libris poſteritati ſtruimus*, hæ Platonicorum quorundam næniæ; Sectarúmque ſomniantium fabuloſæ nugæ! *Spiritus* enim quidem *ſunt Animæ*; *corporeæq́; craſſitudinis prorſus expertes*; *intactiles, inſenſibiles, intelligentes* (*u*): ſed *Dei*, *creantis* ex nihilo, glorioſum molimen; nec, obſoletum vetuſtate; ſed *recens*, & tunc corpori *Protoplaſtorum* coævum, *Opus*. Talem autem Deus illorum utrique largitus eſt *Animam*; *quali* (quæ verba ſunt Hipponenſis Præſulis) *Homo, per Rationem, & intelligentiam, omnibus eſſet præſtantior animalibus terreſtribus, & natantibus, & volatilibus; quæ mentem hujuſmodi non haberent.* (*vv*) Animam ejuſmodi donavit illis, ſecundùm quam id forent, quòd *Homines* eſſent,

Digitized by Google

eſſent, ac dicerentur. Is, *Incluſus eſt*, & *Arcanus Homo*, Baſilio teſte: *ſecundùm quem. (quod vulgò fertur) id, quod ſumus*, INTVS SUMVS. (*x*) *Animam* illis indidit, cujus ſolius, non alterius cujuſdem, gratiâ dignitatéque, prædicaretur *Homo*, conditus *ad Numinis Imaginem, atque Similitudinem. Imaginis* & *Exemplaris* ratio conſiſtit in iſtis ferè; quòd *intelligat* Homo, cùm intelligat & DEVS: quòd præſideat ac *dominetur* Homo, cùm dominetur & Deus: quòd *materiâ careat* Animus hominis; cùm eádem careat & Deus: quòd *comprehendi non poſſit* Animus Humanus; cùm idem nequeat & Deus: quòd *in toto* corpore *totus*, & *totus in qualibet parte* coporis, ſit Hominis Animus; cùm eodem modo ſit in rebus, & Deus: quòd *Immortalis* ſit Animus Hominis; cùm Immortalis ſit & Deus: *Liber* in actibus ſuis Animus hominis; liberrimus & Deus: Sapiens, ac *providus* agendorum, animus Hominis; ſed, ipſa Sapientia, Providentiáque, ſit DEVS: quòd denique *cognoſcere*, quòd *amare*, quòd *poſſidere* poſſit Deum Animus Hominis; cùm ſeipſum penitiſſimè cognoſcat, amet, ac poſſideat, etiam DEVS. (*y*) Quibus omnibus addit Nyſſenus: *Quòd in bonorum omnium ſocietatem à DEO vocata ſit humana*

K *natura:*

Ruina Generis Humani.

natura: quòd, ſuis in virtutibus, expreſſam gerat nonnullam virtutum divinarum effigiem: quòd inſuper in ſe mens, & animus hominis, ſpeciem, haud obſcuram, contineat impreſſam, Diviniſſimæ *Perſonarum Triadis*: (*z*) Ob hæc quoque rectè dictum eſſe, *Factum Hominem, ad Imaginem ac Similitudinem DEI.* Verùm hæc tamen omnia, (ſi demas unicum) Hominis *Animo* conveniunt; ſi *naturam* illius, etiam *nudam*, contemplemur. At Dei munificus favor, inſtruxit, eundem inſuper, *rerum naturalium* omnis generis *Scientiâ*, cognitionéque: quam nos, Adami poſteritas, tantis nunc univerſæ vitæ laboribus, vix ad particulam illius aliquam, ac ne vix quidem, emolimur. At illos, non modò non ea, quæ *mundus* continet *inferior*, ſed nec *Sidera*, longè poſita, latebant: (*Aa*) ne, qui priores ævô fuerant ac dignitate, poſteriores eſſent, luce mentis, rege Salomone: *qui diſputavit à Libani cedris, ad hyſſopum uſque, de pariete procedentem*; (*bb*) ad populorum omnium miraculum, Salomonis Sapientiam ſuſpicientium. SED quantò jam erant potiora *naturalibus* his, quæ memoravimus, *Animi bonis*, ornamentorum illa genera, quæ DEI Liberalitas in eundem Animum congeſſit,

Ruina Generis Humani.

ſit, *ſupra Naturæ* conditionem? Quale fuit; Voluntatem primorum parentum, *Gratiâ*, ſimùl ab ortu ſuo, donatam fuiſſe; quâ Deo *grati, familiares, amici, filii, Juſti, Sanctíque*, conſtituerentur: accedente Virtutum inſuper omnium, quas *Infuſas* vocant, aſſueto comitatu; *diviníque Spiritûs* pretioſis *Donis*. Cujus generis fuit etiam, eorum *Intelligentem Animæ facultatem*, inſtructam fuiſſe *Lumine*; *quo, divinitus percepta, firmiſſimo mentis aſſenſu crederent*: ut puta, Deum, ceu *Supremum*, ſuprà naturam omnem, *Bonum*: eundem, ut Unum Divinitate, tergeminum *Perſonis*: eundem, ut Operum hominis heroicorum *remuneratorem*. Angelorum item productionem; diverſámque, pro meritorum diverſitate, Conditionem illorum, ac ſtatum. Præterea, futurum: ut corpus & naturam *Humanam*, quam cunque tandem ob cauſſam, indueret aliquando *Verbum Æternum*; Deíque filium ſine-matre, fore partum mulieris, ſine Patre. Solum illud in aperto nondum erat illi; cujúsnam culpâ, tantum in terras prodigii deſcenſurum eſſet: donec & iſtud homo ſcire tandem, vitiô ſuo, compelleretur; & *ad tam arcanæ prænotionis Sapientiam, ſtultitiâ ſuâ pervenire*. Quæ dicta ſunt; hactenus ad *Animi* Bona ſpectabant.

VII. Sed ſua, ne *Corpus* quidem bona deſiderabat. Illud, in utroque *parentum primorum*, vividum, robuſtum, ſanum: ſucco vitali vegetum; membrorum omnium compage conſummatiſſimum; colore, candorem inter ac purpuram, temperato; pulchritudine, ſexui congruâ, floridum; odoris halitu gratioſo redolens; oculorum, ac totius oris, amabili fulgore reſplendens. Tum, præterea, ſolum animantium omnium, Humanum corpus, erecto Situ; compotéque Sermonum linguâ, per vocem, articulatè profluentem, facundiam, adſtabat. Ad ſummam! In utroque, renidebat venuſtas, tantò ſtatuis omnibus abſolutior; quantò majoris artificis Opus erat utrumque *Corpus* illud: ſi vel *vita* defuiſſet. Hanc autem ipſam (*Vitam*, inquam) licèt alioquin, naturæ legibus, ex inteſtinâ quatuor elementorum inter ſe pugnâ, neceſſariò tandem diſſolvendam: præſtitura fuerat, interitûs omnis immunem, *dos Immortalitatis*. Vulnerum autem, ac dolorum, & ægritudinum, inſciam, eandem vitam erat redditura, miranda quædam Dei, ſollicitáque, *Providentia*. Nec id adeò, quoniam *mori* doleréve non poſſent: ſed, quia, ſi modò vellent ipſi, poſſent non-ægrotare, non-vulnerari, non-interire. *Mortales*

Ruina Generis Humani.

tales enim erant Protoplaſti (quod Auguſtinus ait) *conditione corporis animalis: Immortales autem, beneficio Conditoris.* (cc) Beneficium autem hoc erat, ſtatus *Innocentiæ primogeniæ; Juſtitiáque*, quam appellamus, *ORIGINIS*. Hæc, in ipſo ſtatim exortu, non EVÆ minùs, quàm ADAMO, Dei mirifico munere, conceſſa, vel, veriùs, inſita; *corpus* ſimùl pervadebat, & *animum*, Impariter tamen afficiebat, & partes, & poſſeſſores, hæc liberalitas: utpote, quæ magis ad *Animum* pertineret, quàm ad *corpus*; & ad EVAM, ut privatum, ad ADAMUM autem inſuper, ceu Publicum, *Caput*. Et, ut *privati* quidem, ac per ſe ſingulatim ſpectati; *Juſtitiam* hanc *Originis* ſic acceperant uterque primorum hominum: ut hæc Hominem totum, & omnes illius facultates, perficeret: Spiritúſque *Liber* quidem ſemper, & *arbitrii ſui*, permaneret; *Caro* tamen *Spiritui* ſic obtemperaret in omnibus, ut hæc, eo renuente, moveri non poſſet; niſi *Spiritus* inſurgeret prior adversùs Deum. Unde fiebat: ut, in tanta licèt, & quidem *inſitâ*, diſcordiâ facultatis utriuſque, *Rationis*, inquam, & *Senſibilis appetitûs*; concordia tamen admiranda concineret: ac, velut, gemmato quodam inſecto capiſtro, bellua; ſic, *Innocentiæ primævæ* frænô,

Ruina Generis Humani.

frænô, pars hominis *Inferior* parti *Superiori* ſe præberet obſequentem: *Superior* autem, quamdiu vellet, DEO. Super hæc autem, & *corporum* magnô bonô, nec Adamus laborioſè ſudaturus, nec EVA ſe viri duris erat imperiis invitam ſubjectura. Complexûs quoque jugalis obſcœnâ turpitudine cariturus erat uterque Conjugum: Eva, non conceptura, niſi, Cœlo deſtinatos; non paritura, niſi ſine cruciatu, ſummáque cum facilitate. Videlicet, naturæ duras leges omnes, correctura fuerat comitas *Immunitatis primævæ*. Poſteaquam autem, in tali vitæ ſocialis tranquillitate, felicium annorum quàm plurima ſæcula decurriſſent; & , ſeneſcere ſenſim cœptam ætatem, pomô *vitali*, (de quo pòſt paullò dicam) aliquoties integrâſſent: in *Cælum*, ſine *funere*, tranſlati, deinceps inter *Angelos* ævum exegiſſent. Hæc, *Innocentiæ ſtatûs* beneficiô, futura fuerant *utrique communia*. Verùm ad ADAMVM, ut humanæ gentis *caput Myſticum*, & princeps, ac *publicum*, ſuper hæc, etiam iſta pertinebat, aut dignitas, ſi vellet; aut, ſi nollet, moles. Hæc erat autem ad hoc deducta pactum, decreto Numinis: ut, quidquid tandem ageret, omitterétve, *prima mater*, aut quivis poſterorum; *Pater primus*, quidquid tunc obtinebat natu-

ræ, *Gratiæ*, Juſtitiæque, dotium: id non ſibi ſoli, ſed poſteris omnibus, obtineret, ex ſe, congreſsûs maritalis viâ, deſcenſuris; ſi tamen is maneret in obſequio Dei. Sin, è diverſo, rumperet imperata; tam ſibi, quàm univerſæ poſterorum ſucceſſioni, quidquid bonorum ac dotium habuerat, amitteret: ſéque, cum omnibus, è ſe progenitis, in veterem moriendi neceſſitudinem, exiliúmque Cœli, præcipitem deturbaret. Quo fiebat: ut, Numinis irrevocabili decretô, *Voluntas Adami, voluntas deinceps cenſeretur & poſterorum*; & éadem utrorumque, ſive fælicitas eſſet, ſive calamitas: ac, quamcunque cudiſſet eis fortunam *primus genitor*, eam ſecundam adverſámve, *genus* exciperet *Humanum* univerſum. Sententia ſanè pactióque Dei, ſtupenda, profundáque! ſed, nec iniqua, nec, in præcepto tam facili, prærigida; nec *Acceptatori* ſuo non perſpicua. Fuiſſet, utinam, illa Dei ſententia, quàm Adamo tunc clara; tam & conſtanter formidata! Nec in metu nunc nos; nec in tenebris, ac pœnis, eſſemus. (*dd*) Sed hæc, ante narrationis ſuæ tempus, ac ſeriem, deploramus. Sit ſatìs; oſtendiſſe *primorum* mortalium, *Animi. Corporis*, ac *Statûs* fortunati, *Bona*. Quæ tamen omnia, tanquam auctarium, cumula-

Ruina Generis Humani.

vit inſuper, & Locvs illius primi ſtatûs; utinam non, apud ingratos, minùs bene collocatus!

VIII. Paradisvs hic erat: de quo, quamnam is terrarum partem occupârit, aut etiam nunc occupet; in diverſiſſimas regiones diverſorum abjêre ſententiæ. Fuerunt enim, qui mediam in *Americam* illum, quà vix ulla ſentitur dierum ac temporum inæqualitas, transferrent: ſecuti Cœli temperiem, (*ee*) & auræ ſaluberrimæ conſtantiam, qua gaudebat *Paradiſus*. Aliis placuit, in *Tapróbana*, quæ *Cejlanum* nunc dicitur, inſulâ; ſub ipſa quidem *Zona Torrida*, verùm cœli temperatiſſimi, ſaluberrimíque, Locum illum conſtituere: (*ff*) quos, eam in ſuſpicionem, quin & fidem, impulit, non modò regionis incredibilis felicitas, & opulentia: ſed etiam mons quidam illius Inſulæ, cæteris omnibus Indiæ montibus editior; quem, ab *Adami* nomine dictum hodiéque (*gg*), tradunt, in ſummo ſui vertice, *primi parentis* pedum impreſſa veſtigia monſtrare; bipalmem longitudinem excedentia. Tum & *ſpecum*, ajunt, ibidem offerri, ſeceſſui cumprimis idoneum: in quo culpam ſuam *Adamus* lacrymis diuturnis expiârit. Nec ab hac credulitate, Mahometanorum, Indorúmque gentis illius, facilè quenquam abſtraxe-

traxeris. Sed immeritò. Quaſi verò non & alibi montes ſit reperire, quibus & incîdi veſtigia pedum, qualia velis, poſſint: & *Adami* nomen, ac latibulum, figmentis opportunum, applicari. Vel, tanquam difficiliùs hæc talia negentur ab uno quovis, quàm probentur à ſexcentis: quando præſertim manifeſtè ſacrorum voluminum in diverſa tendit auctoritas. Longiùs etiam ad fabuloſa deflexit Joannes Montevillanus, eques Anglus, qui primò, neſcio quem *Paradiſum* Gacalanóchæ, trans Penthéxoren urbem, in Inſula, cuj *Milchoráchæ* nomen, aut refert, aut comminiſcitur (*hh*). Dein, ultra *Pretejannis* regna, Solem Orientem versùs, Regionem memorat adiri; quam, *Tenebroſam*, ait, ab accolis nominari: cujus, altiſſimis undique montibus cincta, latera diem ac lucem excludant, propter prædenſam Alpium opacitatem. Cæterùm, ex Alpibus iisdem unam eminere quandam, eouſque ſublimitatis; ut credatur Lunæ radere viciniam. Verticibus autem illius, verum illum, ac terræ natalibus æqualem, *Paradiſum* ſtare ſuperimpoſitum: & ad eum unicam patére mortalibus, per flammas, & incendia continentia, ſemitam. Eóſque ſolos Ignes, ſicut & *Paradiſi* Nemus, *diluvio* terrarum communi, nec

Ruina Generis Humani.

deleri quiviſſe; propter incredibilem altitudinem: nec extingui, propter flammarum inſuperabilem potentiam. Illud verò, magis, & pluſquam, ridiculum: quòd Alpis illius, cui *Paradiſus* inſideat, ambitum, muro cinctum eſſe, Montevillanus affirmet; operis, & materiæ, mortalibus incompertæ: ſed ideò potiſſimùm inexploratæ, quòd, humanis ab oculis, atque contactibus; ea vindicet denſiſſimus, quo mœnia veſtiantur, *muſcus*, & *hederæ* ſpiſſus nexus. (*ii*) Hanc equidem *Hederam*, poëtâ digniorem, ac fabulatore, quàm Hiſtorico, duxerim. Ideóq;, ſuis Inſulis, Alpibus, flammis, & muſco, *Montevillanum* totum relinquo. (*kk*) *Propiùs* aliquantò, ſed tamen, abiit adhuc, à vero; qui, ſcriptum reliquit; poſt Arabiæ Petrææ ſolitudines, in Orientem excurrentes, *Paradiſum* eſſe ſitum (*ll*): inviis montium jugis vallatum, ac dierum *pluſquam ſexaginta duûm*, quos exigeret eques celerrimus, immenſo ſpatio diſſeptum. Adhuc propinquiùs *Paradiſi* ſitum acceſſiſſe mihi viſus eſt, alius quidam; *gentis Helveticæ*, ſed *Sectarius*, alumnus (*mm*): qui, conjecturis ductus haud abſurdis, ſibi perſuaſit; circa *Damaſcum* Syriæ famoſam urbem, *Paradiſi* ſtetiſſe ſedem. Sed, is ſcriptor, Horti *tam ingentis*, qui *Genus* erat *Huma-*

Humanum incluſurus, nimis arcta voluit eſſe ſpatia; quæ regiunculæ Damaſcenæ tam contractis finibus arctarentur. Quod idem in vitium, parùm abeſt, aut nihil, quin & Jacobus Capellus inciderit, *Acatholicus* & ipſe: cuj (*nn*) *Paradiſus, ſeu* (quæ verba ſunt ipſius) *hortus Edénis provinciæ, videtur fuiſſe ſitus, infrà Confluentem Tigridis, in Euphratem incidentis: ut, qua parte labebantur, unum in alveum coëuntes, amnes hi duo, Paradiſum irrigarent: pòſt autem, horto digreſſi, quatuor in alveos finderentur. Addit; eorum duos*, etiam nunc, *Euphratis, & Chiddékelis, ſive Tigridis, nomina retinere. Duos autem cæteros, à paludibus* vicinis *abſorptos, vel nuſquam jam comparére; vel nobis eſſe ſaltem incognitos.* Ingenioſum utcunque (fateor) mentis ſpeculatricis inventum hoc eſſet: niſi tum cætera *Paradiſi* difficultatum diſſimulanter prætervolaret; tum verò, *capacitatem* illius, haud multò minùs, quàm proximè prior Sententia, redigeret in anguſtias. Cùm enim, paullò ſupra Memnium urbem, & Babylona, Tigris Euphratésque concurrant; & infra Babylonis campos inſulámque, non multò pòſt, in *Sinum* ſe *Perſicum* effundant: *Paradiſi* fortaſſis *particula quædam*, loco tam anguſto tribueretur; *Paradiſus* ipſe, non concederetur. IX.

Ruina Generis Humani.

natura: quòd, ſuis in virtutibus, expreſſam gerat nonnullam virtutum divinarum effigiem: quòd inſuper in ſe mens, & animus hominis, ſpeciem, haud obſcuram, contineat impreſſam, Diviniſſimæ *Perſonarum Triadis*: (*z*) Ob hæc quoque rectè dictum eſſe, *Factum Hominem, ad Imaginem ac Similitudinem DEI.* Verùm hæc tamen omnia, (ſi demas unicum) Hominis *Animo* conveniunt; ſi *naturam* illius, etiam *nudam*, contemplemur. At Dei munificus favor, inſtruxit, eundem inſuper, *rerum naturalium* omnis generis *Scientiâ*, cognitionéque: quam nos, Adami poſteritas, tantis nunc univerſæ vitæ laboribus, vix ad particulam illius aliquam, ac ne vix quidem, emolimur. At illos, non modò non ea, quæ *mundus* continet *inferior*, ſed nec *Sidera*, longè poſita, latebant: (*Aa*) ne, qui priores ævô fuerant ac dignitate, poſteriores eſſent, luce mentis, rege Salomone: *qui diſputavit à Libani cedris, ad hyſſopum uſque, de pariete procedentem*; (*bb*) ad populorum omnium miraculum, Salomonis Sapientiam ſuſpicientium. SED quantò jam erant potiora *naturalibus* his, quæ memoravimus, *Animi bonis*, ornamentorum illa genera, quæ DEI Liberalitas in eundem Animum congeſſit,

Ruina Generis Humani.

ſit, *ſupra Naturæ* conditionem? Quale fuit; Voluntatem primorum parentum, *Gratiâ*, ſimùl ab ortu ſuo, donatam fuiſſe; quâ Deo *grati, familiares, amici, filii, Juſti, Sanctíque*, conſtituerentur: accedente Virtutum inſuper omnium, quas *Infuſas* vocant, aſſueto comitatu; *divinique Spiritûs* pretioſis *Donis*. Cujus generis fuit etiam, eorum *Intelligentem Animæ facultatem*, inſtructam fuiſſe *Lumine*; *quo, divinitus percepta, firmiſſimo mentis aſſenſu crederent*: ut puta, Deum, ceu *Supremum*, ſuprà naturam omnem, *Bonum*: eundem, ut Unum Divinitate, tergeminum *Perſonis*: eundem, ut Operum hominis heroicorum *remuneratorem*. Angelorum item productionem; diverſámque, pro meritorum diverſitate, Conditionem illorum, ac ſtatum. Prætérea, futurum: ut corpus & naturam *Humanam*, quam cunque tandem ob cauſſam, indueret aliquando *Verbum Æternum*; Deíque filium ſine-matre, fore partum mulieris, ſine Patre. Solum illud in aperto nondum erat illi; cujúsnam culpâ, tantum in terras prodigii deſcenſurum eſſet: donec & iſtud homo ſcire tandem, vitiô ſuo, compelleretur; & *ad tam arcanæ prænotionis Sapientiam, ſtultitiâ ſuâ pervenire*. Quæ dicta ſunt; hactenus ad *Animi* Bona ſpectabant.

VII. Sed ſua, ne *Corpus* quidem bona deſiderabat. Illud, in utroque *parentum primorum*, vividum, robuſtum, ſanum: ſucco vitali vegetum; membrorum omnium compage conſummatiſſimum; colore, candorem inter ac purpuram, temperato; pulchritudine, ſexui congruâ, floridum; odoris halitu gratioſo redolens; oculorum, ac totius oris, amabili fulgore reſplendens. Tum, præterea, ſolum animantium omnium, Humanum corpus, erecto Situ; compotéque Sermonum linguâ, per vocem, articulatè profluentem, facundiam, adſtabat. Ad ſummam! In utroque, renidebat venuſtas, tantò ſtatuis omnibus abſolutior; quantò majoris artificis Opus erat utrumque *Corpus* illud: ſi vel *vita* defuiſſet. Hanc autem ipſam (*Vitam*, inquam) licèt alioquin, naturæ legibus, ex inteſtinâ quatuor elementorum inter ſe pugnâ, neceſſariò tandem diſſolvendam: præſtitura fuerat, interitûs omnis immunem, *dos Immortalitatis*. Vulnerum autem, ac dolorum, & ægritudinum, inſciam, eandem vitam erat redditura, miranda quædam Dei, ſollicitáque, *Providentia*. Nec id adeò, quoniam *mori* doleréve non poſſent: ſed, quia, ſi modò vellent ipſi, poſſent non-ægrotare, non-vulnerari, non-interire. *Mortales*

tales enim erant Protoplaſti (quod Auguſtinus ait) *conditione corporis animalis: Immortales autem, beneficio Conditoris.* (*cc*) Beneficium autem hoc erat, ſtatus *Innocentiæ primogeniæ*; *Juſtitiáque*, quam appellamus, *ORIGINIS*. Hæc, in ipſo ſtatim exortu, non EVÆ minùs, quàm ADAMO, Dei mirifico munere, conceſſa, vel, veriùs, inſita; *corpus* ſimùl pervadebat, & *animum*, Impariter tamen afficiebat, & partes, & poſſeſſores, hæc liberalitas: utpote, quæ magìs ad *Animum* pertineret, quàm ad *corpus*; & ad EVAM, ut privatum, ad ADAMVM autem inſuper, ceu Publicum, *Caput*. Et, ut *privati* quidem, ac per ſe ſingulatim ſpectati; *Juſtitiam* hanc *Originis* ſic acceperant uterque primorum hominum: ut hæc Hominem totum, & omnes illius facultates, perficeret: Spiritúsque *Liber* quidem ſemper, & *arbitrii ſui*, permaneret; *Caro* tamen *Spiritui* ſic obtemperaret in omnibus, ut hæc, eo renuente, moveri non poſſet; niſi *Spiritus* inſurgeret prior adversùs Deum. Unde fiebat: ut, in tanta licèt, & quidem *inſitâ*, diſcordiâ facultatis utriuſque, *Rationis*, inquam, & *Senſibilis appetitûs*; concordia tamen admiranda concineret: ac, velut, gemmato quodam inſecto capiſtro, bellua; ſic, *Innocentiæ primævæ*

Ruina Generis Humani.

frænô, pars hominis *Inferior* parti *Superiori* ſe præberet obſequentem: *Superior* autem, quamdiu vellet, Deo. Super hæc autem, & *corporum* magnô bonô, nec Adamus laborioſè ſudaturus, nec Eva ſe viri duris erat imperiis invitam ſubjectura. Complexûs quoque jugalis obſcœnâ turpitudine cariturus erat uterque Conjugum: Eva, non conceptura, niſi, Cœlo deſtinatos; non paritura, niſi ſine cruciatu, ſummáque cum facilitate. Videlicet, naturæ duras leges omnes, correctura fuerat comitas *Immunitatis primævæ*. Poſteaquam autem, in tali vitæ ſocialis tranquillitate, felicium annorum quàm plurima ſæcula decurriſſent; &, ſeneſcere ſenſim cœptam ætatem, pomô *vitali*, (de quo pòſt paullò dicam) aliquoties integrâſſent: in *Cælum*, ſine *funere*, tranſlati, deinceps inter *Angelos* ævum exegiſſent. Hæc, *Innocentiæ ſtatûs* beneficiô, futura fuerant *utrique communia*. Verùm ad ADAMVM, ut humanæ gentis *caput Myſticum*, & princeps, ac *publicum*, ſuper hæc, etiam iſta pertinebat, aut dignitas, ſi vellet; aut, ſi nollet, moles. Hæc erat autem ad hoc deducta pactum, decreto Numinis: ut, quidquid tandem ageret, omitterétve, *prima mater*, aut quivis poſterorum; *Pater primus*, quidquid tunc obtinebat naturæ,

ræ, *Gratiæ*, Juſtitiæque, dotium: id non ſibi ſoli, ſed poſteris omnibus, obtineret, ex ſe, congreſsûs maritalis viâ, deſcenſuris; ſi tamen is maneret in obſequio Dei. Sin, è diverſo, rumperet imperata; tam ſibi, quàm univerſæ poſterorum ſucceſſioni, quidquid bonorum ac dotium habuerat, amitteret: ſéque, cum omnibus, è ſe progenitis, in veterem moriendi neceſſitudinem, exiliúmque Cœli, præcipitem deturbaret. Quo fiebat: ut, Numinis irrevocabili decretô, *Voluntas Adami, voluntas deinceps cenſeretur & poſterorum*; & éadem utrorumque, ſive fælicitas eſſet, ſive calamitas: ac, quamcunque cudiſſet eis fortunam *primus genitor*, eam ſecundam adverſámve, *genus* exciperet *Humanum* univerſum. Sententia ſanè pactióque Dei, ſtupenda, profundáque! ſed, nec iniqua, nec, in præcepto tam facili, prærigida; nec *Acceptatori* ſuo non perſpicua. Fuiſſet, utinam, illa Dei ſententia, quàm Adamo tunc clara; tam & conſtanter formidata! Nec in metu nunc nos; nec in tenebris, ac pœnis, eſſemus. (*dd*) Sed hæc, ante narrationis ſuæ tempus, ac ſeriem, deploramus. Sit ſatìs; oſtendiſſe *primorum* mortalium, *Animi*. *Corporis*, ac *Statûs* fortunati, *Bona*. Quæ tamen omnia, tanquam auctarium, cumula-

Ruina Generis Humani.

Digitized by Google

vit inſuper, & Locvs illius primi ſtatûs; utinam non, apud ingratos, minùs bene collocatus!

VIII. Paradisvs hic erat: de quo, quamnam is terrarum partem occupârit, aut etiam nunc occupet; in diverſiſſimas regiones diverſorum abjêre ſententiæ. Fuerunt enim, qui mediam in *Americam* illum, quà vix ulla ſentitur dierum ac temporum inæqualitas, transferrent: ſecuti Cœli temperiem, (*ee*) & auræ ſaluberrimæ conſtantiam, qua gaudebat *Paradiſus*. Aliis placuit, in *Tapróbana*, quæ *Cejlanum* nunc dicitur, inſulâ; ſub ipſa quidem *Zona Torrida*, verùm cœli temperatiſſimi, ſaluberrimíque, Locum illum conſtituere: (*ff*) quos, eam in ſuſpicionem, quin & fidem, impulit, non modò regionis incredibilis felicitas, & opulentia: ſed etiam mons quidam illius Inſulæ, cæteris omnibus Indiæ montibus editior; quem, ab *Adami* nomine dictum hodiéque (*gg*), tradunt, in ſummo ſui vertice, *primi parentis* pedum impreſſa veſtigia monſtrare; bipalmem longitudinem excedentia. Tum & *ſpecum*, ajunt, ibidem offerri, ſeceſſui cumprimis idoneum: in quo culpam ſuam *Adamus* lacrymis diuturnis expiârit. Nec ab hac credulitate, Mahometanorum, Indorúmque gentis illius, facilè quenquam abſtraxe-

Ruina Generis Humani.

traxeris. Sed immeritò. Quaſi verò non & alibi montes ſit reperire, quibus & incîdi veſtigia pedum, qualia velis, poſſint: & *Adami* nomen, ac latibulum, figmentis opportunum, applicari. Vel, tanquam difficiliùs hæc talia negentur ab uno quovis, quàm probentur à ſexcentis: quando præſertim manifeſtè ſacrorum voluminum in diverſa tendit auctoritas. Longiùs etiam ad fabuloſa deflexit Joannes Montevillanus, eques Anglus, qui primò, neſcio quem *Paradiſum* Gacalanóchæ, trans Penthéxoren urbem, in Inſula, cuj *Milchoráchæ* nomen, aut refert, aut comminiſcitur (*hh*). Dein, ultra *Pretejannis* regna, Solem Orientem versùs, Regionem memorat adiri; quam, *Tenebroſam*, ait, ab accolis nominari: cujus, altiſſimis undique montibus cincta, latera diem ac lucem excludant, propter prædenſam Alpium opacitatem. Cæterùm, ex Alpibus iisdem unam eminere quandam, eouſque ſublimitatis; ut credatur Lunæ radere viciniam. Verticibus autem illius, verum illum, ac terræ natalibus æqualem, *Paradiſum* ſtare ſuperimpoſitum: & ad eum unicam patére mortalibus, per flammas, & incendia continentia, ſemitam. Eóſque ſolos Ignes, ſicut & *Paradiſi* Nemus, *diluvio* terrarum communi, nec

Digitized by Google

deleri quiviſſe; propter incredibilem altitudinem: nec extingui, propter flammarum inſuperabilem potentiam. Illud verò, magìs, & pluſquam, ridiculum: quòd Alpis illius, cui *Paradiſus* inſideat, ambitum, muro cinctum eſſe, Montevillanus affirmet; operis, & materiæ, mortalibus incompertæ: ſed ideò potiſſimùm inexploratæ, quòd, humanis ab oculis, atque contactibus; ea vindicet denſiſſimus, quo mœnia veſtiantur, *muſcus*, & *hederæ* ſpiſſus nexus. (*ii*) Hanc equidem *Hederam*, poëtâ digniorem, ac fabulatore, quàm Hiſtorico, duxerim. Ideóq;, ſuis Inſulis, Alpibus, flammis, & muſco, *Montevillanum* totum relinquo. (*kk*) *Propiùs* aliquantò, ſed tamen, abiit adhuc, à vero; qui, ſcriptum reliquit; poſt Arabiæ Petrææ ſolitudines, in Orientem excurrentes, *Paradiſum* eſſe ſitum (*ll*): inviis montium jugis vallatum, ac dierum *pluſquam ſexaginta duûm*, quos exigeret eques celerrimus, immenſo ſpatio diſſeptum. Adhuc propinquiùs *Paradiſi* ſitum acceſſiſſe mihi viſus eſt, alius quidam; *gentis Helveticæ*, ſed *Sectarius*, alumnus (*mm*): qui, conjecturis ductus haud abſurdis, ſibi perſuaſit; circa *Damaſcum* Syriæ famoſam urbem, *Paradiſi* ſtetiſſe ſedem. Sed, is ſcriptor, Horti *tam ingentis*, qui *Genus* erat *Huma-*

Digitized by Google

Humanum incluſurus, nimis arcta voluit eſſe ſpatia; quæ regiunculæ Damaſcenæ tam contractis finibus arctarentur. Quod idem in vitium, parùm abeſt, aut nihil, quin & Jacobus Capellus inciderit, *Acatholicus* & ipſe: cuj (*nn*) *Paradiſus*, *ſeu* (quæ verba ſunt ipſius) *hortus Edénis provinciæ, videtur fuiſſe ſitus, infrà Confluentem Tigridis, in Euphratem incidentis: ut, qua parte labebantur, unum in alveum coëuntes, amnes hi duo, Paradiſum irrigarent: pòſt autem, horto digreſſi, quatuor in alveos finderentur. Addit; eorum duos*, etiam nunc, *Euphratis, & Chiddékelis, ſive Tigridis, nomina retinere. Duos autem cæteros, à paludibus* vicinis *abſorptos, vel nuſquam jam comparére; vel nobis eſſe ſaltem incognitos.* Ingenioſum utcunque (fateor) mentis ſpeculatricis inventum hoc eſſet: niſi tum cætera *Paradiſi* difficultatum diſſimulanter prætervolaret; tum verò, *capacitatem* illius, haud multò minùs, quàm proximè prior Sententia, redigeret in anguſtias. Cùm enim, paullò ſupra Memnium urbem, & Babylona, Tigris Euphratésque concurrant; & infra Babylonis campos inſulámque, non multò pòſt, in *Sinum* ſe *Perſicum* effundant: *Paradiſi* fortaſſis *particula quædam*, loco tam anguſto tribueretur; *Paradiſus* ipſe, non concederetur.

IX.

Ruina Generis Humani.

IX. Spatioſiùs igitur indulgendum illi: ſaltémque tantum eſt terrarum largiendum, quantum Meſopotamia, Chaldæáque, cum Aſſyriæ parte, claudunt, ab Armeniæ Majoris finibus, ad *Perſicum* uſque *Sinum*. (*oo*) Nec multùm equidem pugnarem illi, qui vel hoc ipſum ſpatii, meridiem verſùs, laxaret: propter *Phisónem*, & *Gehónem*, fluvios; qui ſanè, vel illic invenientur, vel nuſquam terrarum. Degebant igitur primi generis noſtri Parentes, in *Terra*, terrarum tunc omnium feliciſſimâ: cujus viciniam, etiam poſt eorum ejectionem, & illi deinceps, & antiquiſſimus quiſque ſucceſſorum generis, incoluerunt. In *Terra* vivebant, quæ bonitatis, ac cœli ſui, ne tunc quidem oblivíſci plenè potuit: quando, deleta deturpatáque Diluvii gurgitibus, & irâ Dei; permanſit nihiloſecius, *uberi pinguíque* (quod Q. Curtius tradit) *ſolô*: graminis tantam in altitudinem, ut eâ, tanquam immerſa, neque conſpecta, *repelli* pecora perhibeantur; ne paſtûs ea ſatietas dirumpat. Cauſſam fertilitatis, ajunt, *humorem* eſſe; qui manat, hinc quidem ab Euphratis, illinc autem, à Tigridis, *ſubeunte ripas, ſucco: totâ ferè* regionis ejus glebâ, quæ fluvios illos interjacet, *propter venas aquarum, reſudante*. (*pp*) Redegerat

Digitized by Google

gerat igitur, univerſum hoc regionum intervallum, DEVS in HORTI formam; *omnis* honeſtæ *Voluptatis*, ac deliciarum, *Vivarium.* Illic arborum, plantarum, fructuum, florum; illic, ſpectaculorum naturæ, palati guſtûs, ordoris narium, omne genus, atque pabulum. Ibi, digeſtarum in quincunces pomorum, in areolas herbarum, in ordines ſuos germinum, diſtributio ſpeciéſque pulcherrima; fundi margines, virgultorum ſepes, ambulacra ſpatioſa, virides porticus, apricantium herbida ſolaria, meridiantium platanónes, & umbracula; laborantium, ſub opaco, reſpiratus; reſpirantium, ſub dio, nova negotia. Stabant, artificioſis diſpoſitæ ſpatiis, ſylvæ, ſaltus, nemora, plantaria, vireta, pomaria: *tot in hortos, diviſus hortus unus*; ac tot ſylvæ, tanquam nemus unicum: unáque venuſtiſſima voluptas, in mille ſparſa concolóres voluptates,. Nemo nobis *Achilles Tatius*, Sidonium hortum (*qq*); non *Euſtathius* ullus, Aulicomidis urbis viridarium (*rr*), vel ad umbram hujus depingat *horti.* Clauſæ terrarum Orbis opes erant, in unius hortenſis amphitheatri (ſic loqui liceat!) orbe. Cœli, mirabilis clementia: cœleſtis auræ, placidiſſima temperies: Siderum æternus, quantum per homi-

Digitized by Google

homines licuiſſet, favor. Humus, ſemper vigore læta; nec tamen aut Auctumnis ſuis, aut meſſium fertilitate, caſſa. Ver, perpetuum futurum: &, *ut Florum omne tempus, ſic temporis omnis flores.* Arbores, aut in ſpem ſe fructûs induentes; aut in ſpei fructum exonerantes. Non illinc Aſſyria mala, non Medica, Punicáve; non poma Nerantia, citria, ficus, uvæ, palmarúmve, vel aromatum, fœtus aberant. Super hæc, in ſylvis campíſque, ferarum quadrupedum omne genus, & cicur, & manſuefactum. In arborum ramis, ac per aërem, volucrum canoræ pictæque mille formæ. Quibus cantus deerat, garritu feſtivæ; ſicut pſittaci; vel pennarum picturâ floridæ, ſicut pavones, aſſiduò geſtiebant. Ac, præter hæc, ne vel iſtæ ſitirent; vel pecora belluæque marcerent; vel areſcerent homines; vel ſiccitate ſqualeret terræ fœcunditas: è *paradiſi* medio, *Fons ingens*;, par maximis quibuſque fluviis, prorumpebat: ex inteſtino terræ matris gurgite, tanquam *lactea quadam mammâ*, proſiliens.. Hic fons, ſolum omne, nullis ſuppletus imbribus, irrigabat. Ex illo ſugebat, quidquid ſitiebat: &, ut *Paradiſi* biberet omne ſpatium; fons idem, fluviúsve genitivus, in alios ſe *quatuor* exonerabat *amnes*. Eorum

Ruina Generis Humani.

rum duo notiſſimi, *Tigris Euphratésque*: duo, non perinde cogniti; quippe, qui nominibus ſuis; quàm fluxûs regione, compertiores plerisque ſint. Nunc tamen, ſatìs conſtat; nec Phiſonem eſſe *Gangem*, ut à quibuſdam olim credebatur: nec Gehonem. *Nilum*; utpote, quorum *Fontes*, vel incomperti ſint adhuc, vel in immenſum diſtantes: ut proinde, quomodo *Caput* ſcaturiginis *unum* habere queant, ne ſomniari quidem poſſit. At, è Meſopotamia profectus *Phyſon*, auriferæ plagas Arabiæ, Deſertíque Pharanæi fines, circumire negotio nullo potuit: quibus in locis, *Auri* metallorúmque, ſpecus etiam hac tempeſtate, deprehenduntur; ex *Officinarum* ærariarum reliquiis. (*ſſ*) Hæc igitur eſt *Hevilathaa*, quam Moſes in *Phiſone* fluvio notavit, terra. *Gehónem* autem fluvium, quem *Nilum* quidam (uti ſuprà dictum eſt) interpretabantur, ſatìs eſt; *Æthiopiam* obiſſe *Madianitidem*, Arabico Sinui vicinam, regionem: neque neceſſe, *Niloticos* ad *Æthiopas* uſque, Supra Syenem, Meroënque, relegari. (*tt*) Cæterùm, hæc quidem *Fontium* erat, ac fluviorum, delicata voluptas; ad aurium, oculorum, gutturísque nata delectationem: Ad Terræ verò fertiliorem partum. Sed his non contenta Divina

Ruina Generis Humani.

vina Liberalitas; *geminam* adjecerat *Arborem*: alteram, *vitæ* fomentum; alteram, *virtutis*, *ac meritorum*, exercitamentum. Et earum quidem *priorem*, Deus in ipſo defixerat *Paradiſi* meditullio; quò, cunctis è partibus, æquale ſingulis pateret acceſsûs ſpatium, ac facultas. Hæc *Vitæ* dicebatur, & erat, *Arbor*; cujus naturæ vis medica veſcentibus ejus fructu, non quidem *Immortalitatem*; longiſſimam tamen ſimpliciter, ut aliâs memoravi, ſuppeditabat vivendi facultatem. (*uu*) *Altera* verò, diversô ſita loco, ſed egregiâ ſtirpis, & foliorum, ac frondium, pomorúmque, formâ; *Scientiæ Boni Malíque* nomenclaturam, ex *eventu* magìs futuro, quàm, ex indita *Sapientiæ* vi, ſortita fuerat. Eam, ab cæteris diſtinctam omnibus, erubeſco credere, cùm quibuſdam; aut *Malum* vulgarem, aut pyrum, aut prunum, ceraſum, ficum, fuiſſe. Jam enim olim eorum adamavi ſententiam, quibus perſuaſum eſt; Non alium fuiſſe *Scientificam* Pomum illam, quàm, cujus generis hodiéque Memphi gignitur, & Alexandriæ: Miraculum nunc *Ægypti*, quod *Paradiſi* quondam erat. Hujus folia, *quindenûm*, & *ampliùs*, *pedum longitudine ſunt*; *binorũ*, ut plurimùm, *latitudine*. Fructus profert, pomorum quidem

dem aſſimiles; ſed, botrorum in morem, ſenos, denos, aut interdum & vicenos: connexos, ac pendentes. Cucumerum illis Venetorum figura; nec admodum dipar cortex eſt: nomen, *Muſſa.* Dulcedo verò ſaporis, ſupra ficum omnem. Diſſectu porrò facillima, non tantùm *Morsûs* (quod nonnulli tradiderunt), in cortice ſuo, clarum veſtigium præſeferunt; ſed &, præter hæc, prodigium majus aliud, intus clauſum. Quotquot enim illius Pomi ſegmenta buccellásque cultro deſecueris; totidem deprehendes, ſuis ſignatas *Crucibus*, &, in Crucem compacti, *Servatoris* effigies. Quo fit, ut *Adamiana* paſſim mala, Chriſtianis æquè Saraceníſque, dicantur: ut, in quibus *Protoplaſti* tam *dens* vulnificus; quàm *vulneris medicina*, clariſſimè ſit expreſſa. (*vv.vv.*)

X. Tali præditus igitur *Animo*, *Corpore*, *ſtatúque*: tali, qualem nunc deſcripſimus, ditatus ac depoſitus, *Loco*, cum conjuge ſua, *Primus Homo*; terreſtres inter, ac Cœleſtes, incedebat delicias: puras, innoxias, ſerenas. Cum beatis mentibus Incorporeis, *Angelus* ipſe *Corporeus*, verſabatur, ut frater: cum Deo, Deíque filio, corporibus in aſſumptis ei ſe conſpicuos dantibus, agebat frequenter, ac

Ruina Generis Humani.

familiariter; *Effigies* ipſe *D E I.* Non æſtuabat, non algebat, non ſudabat, non fatigabatur: *Paradiſi* quidem colonus eſſe juſſus, ſed, quaſi per animi magìs remiſſionem, quàm, per laborioſæ manûs occupationem. Cuſtos *Paradiſi* deſignatus erat; præfecturâ, minimè difficili: dummodò nemus iſtud, vel obiter, ſervaret intactum à beſtiis; *& à nemine magìs, quàm à ſeipſo*, ſuáque minùs temperante dextrâ. Nam hanc ſimulac ad vetitum extendiſſet; *& Hortum* erat perditurus, & *ſeipſum.* Quippe, ne Totius *Oneris* eſſet expers *Emolumentum*; ſed, ut vinculum haberet ſuum aliga Libertas, ac, ſuperiorem sê Dominum aliquem recognoſceret, animalium rector: ut item cœleſtem, ad quam aſpirare debebat, Immortalitatem, Homo *meritis* emeret, tam ſibi, quàm poſteris ſuis: ut denique, tam ingentis & horti poſſeſſor, & regni, *fiduciariam* ſervitutem ſuam, vel exigui *tributi* penſione, teſtaretur; mandatum accepit, ab *unico* ſe continendi, cuj cætera donabantur *Omnia.* Ne guſtu, *Scientiæ boni Malíque* tangeret *Arborem*: niſi perdere Jus Immortalitatis, ac Cœli, ſibique, poſteritatíque ſui generis, vellet. *Non erat arduum, Omnibus abundanti, ſuſtinere penuriam Unius: nec eſſe moleſtum debuit, affluenti*

enti ſummis, carere minimô. Finge tamen, arduum; finge, moleſtum fuiſſe (*quid* enim *non grave ſibi facit, Animus Invitus?*) pateretur nihilominus; eſſet in obſequio; *ſuperarétque ſeipſum, qui cuncta ſuperabat cætera:* nec interrogaret; *Si bona*, quæ vetatur, *eſt arbor: cur eâ prohibeor? ſi mala: qnid facit*, aut cur ſtat, *in Paradiſo?* ſed potiùs, *ſive bona, ſive mala foret*; ab ea ſibi temperaret; *ut Pateſtati Supremæ morem gereret:* & non unum ſub gulæ caſum *Genus Humanum* omne daret. Meminiſſet; in *Unius* detrectatione mandati, non ſe *Soli ſibi*, ſed *Omnibus*, eſſe malo. Sed nimirum, & *Diabolo* moleſta fuit Humana Felicitas; & Homini venerunt in Odium ſuamet Bona. Non poterat portare diu ſeipſam, nimis gravida tot opum, poſſeſſio. Nec tamen Primus Homo, *ſapientiæ templum*, tam ſtolidus fuit; ut *Ruinam* inciperet à Scipſo. *Sathanam* debebat Impulſorem; & *Feminam* habere Suadam, ſine quibus duobus nulla facilè magna clades inchoatur. Qui *ſponte* non fuerat *iturus*; in exitium *trahendus* erat. Id in hunc denique modum evénit.

XI, Cùm enim jam dudum Sathanam *invidia* torqueret, tantæ *protoplaſtorum* felicitatis, in terra; longéque majoris, olim in Cœ-

Ruina Generis Humani.

lo futuræ, cujus ipſe poſſeſſione deturbatus eſſet: *ſerpentem*, animal inprimis aſtutum & ſagax, ingreſſus; eum, artibus ſibi notis, fecit vocalem: magìs ipſe tamen ex ejus gutture locuturus; quàm, eloqnentem facturus anguem. Apparet autem; & magnitudine formáque corporis, & interlitis aurô maculis, inſignem, præ cæteris ſui generis, fuiſſe colubrum illum, quem Sathanas ſibi delegerat inſidendum. Criſtatóne præterea capite, vel etiam in mulieris pulcræ formam diffiꝺto vultu, ſe ſpectandum præbuerit; quò tantò minùs alloquium ejus fœmina reformidaret: id enim verò, *poëtas* inter, ac *pictores*, potiùs, quàm inter hiſtoricos, litigium eſſe debet. Divini Libri, nec affirmant hoc loco quidquam, neque negant, aut refutant. Cæterùm, hunc indutus habitum, quiſquis is fuit è *Diabolorum* primoribus: *die* quodam (nec enim, *Anno*, dicam; quem quidam audaciſſimè prodidit, fuiſſe *triceſimum*, ab homine condito) plenis inſidiarum oculîs, occaſionem venatur; Innocentiæ primorum hominum ſubvertendæ. Fortè ſic evénit, ut *incomitata viro*) quod *uxoribus non ſemper laudi fuit, aut ſaluti*) ſolitario per *Paradiſum* inceſſu vagaretur Eva: conſiſterétque, ſicut eam animi lubido per-

Ruina Generis Humani.

perpulerat, ad *arborem*, *Scientiæ boni malíque genitricem*. Ibi, figentem eam, in hanc modo ſtirpem, mox in aliam, mirabundos oculos, nactus verſipellis anguis: ſive circumvolutus arboris ramis, ac trunco; ſive, ſubter eam, in caudam, aut pedes, erectus; tanquam hominem homo, ſororémve ſoror, affatur. Et *Eva*, fari *Serpentem*, penſi nihil habet: nec otii ſibi tantum ſumit; ut, conſideratione ſeriâ, ſub *Serpente* latére *Diabolum* ſuſpicetur. Præſopierat enim callidus veterator mulieris vigilem animi vim, allocutionis Exordiô *blanditiis* ac *laudibus* plenô; quibus *haud tardiùs fœminæ, quàm aves laqueo, viſcóve, capiuntur*. Cœpit enim eam, *Ter, & ampliùs beatam*, tum viri bonis, tum multò magìs ſuíſmet à dotibus, prædicare. *Formoſam, procéram, gratioſam, amabilem, incolumem, ſanámque corpore; valentem viribus; eloquio diſertam; ſermone flexanimam; copiis præſentibus opulentam; futuris ditiorem; nobilitate, rebus conditis omnibus excellentiorem; dignitate præfecturæ, ſuperiorem; virô denique, præter hæc, aliorum omnium, ſuper terram, dominô-fortunatam. Cùm, inter hæc, & Vir æſtimare felicitatem ſuã ex eo debeat, quòd Conjuge fruatur, omnium Reginâ rerum; omnium deinceps hominum Matre*

vari vides. Sed eſt aliud, longè majus; quod, in hac Scientiæ boni malíque ſtirpe, vobis interdicendâ, ſpectavit Productoris Invidia. Quod enim ipſi, ſi ſapere vultis, etiam nullo monente, deprehendere poteſtis; Homines vos produxit, intelligentiâ cæteris omnibus, quæ quidem corpore continentur, eminentiores. Ut ſuper hæc eſſetis & DI: præſtituræ vobis hæc arbor fuerat, illiúsque fructus; etiam ſemel duntaxat in cibum adhibitus. Illius vobis guſtus, illius uſus (mihi credite) mirùm quantùm oculos aperiret mentis; ad plurima nunc adhuc cæcutientes, & obſtructos. Hoc tantum boni, vobis malevolâ clauditur illius interdictione: qui, cùm omnia videat, id quoque prævidit; omnia viſuros & vos, ſi veſceremini: Deósque cum Deo futuros. Id ego vos, pro meo, quo vos ac veritatem complector, benevolo candore, celatos nolui, boni mortales. Quæ cùm dixiſſet *mendacii pater*, Numinísque ter optimi maximi ter-ſacrilegus calumniator; quàm lubricis antea verbis irrepſerat incautæ mulieri; tam mollibus poſtea corporis *ſerpentini* voluminibus, relapſus in antrum ſuum; in corde deceptæ fœminæ virus reliquit *mortiferæ vanitatis*. EVA namque primùm omnium (ut *ambitioſum* hodiéq; mulier eſt animal) excellentiæ propriæ,

Ruina Generis Humani.

ſupra faſtigium humanum, peſtiferâ cupiditate capta; ſimùl & coquere, ſuo cum animo, dulcedinem cœpit *Libertatis pleniſſimæ*, nulláque penitùs lege circumſeptæ. Tum, *nequid inexpertum*, vel palato, vel ſenſibus cæteris, & intelligenti facultati, ſineret: *aut mori*, conſtituit; *aut prohibiti pomi*, Scientiæque, *fructu non carere*. Quare, tales inter cupiditates, quæ mortiferè jam ceciderat, peccati conſenſu; profundiorem in culpam ulteriùs prolapſura, propiùs arborem accedit. Ibi, tanquam in dubium meritò vocans, Deúsne *veriora locutus eſſet*, *an*, *Hoſtis DEI*? meditabunda, pauliſper ſtat; explorat oculis, manu, cogitationibus: ſenſímque, *nihil dubitans*, *quin vera dixiſſet mendacium*; *& falſa protuliſſet veritas*; in botrum dependentium pomorum manibus avidis involat, defringit ramuſculum; ac tandem (ô, *Numinis oblivionem, in ipſa Numinis affectatione!*) dentibus invadit, & gulâ. Sapit guſtanti, pomum: Dei præceptum, contemptrici deſipit. *Beatos* putat *nullos*; *niſi*, *qui faciant, quodcunque volunt; & id ſolum nolint, quod ab lege permittitur*. denique, *Dulciora* cæterîs omnibus arbitratur ea: *quæ præ cæteris* diligentiùs *interdicta* ſint. In hunc Eva modum, dum *ſapere* ſupra naturam affectat, & eſſe

Ruina Generis Humani.

& eſſe *Dea* quærit: infrà quamvis aliam, ſuæ ſortis, ac ſexûs, profundiùs deliravit: ac, *de Stultis mulieribus*, non ſolùm UNA, ſed & PRIMA, fuit. (*xx*) Et utinam, delirâſſet hactenus; nec, ultrà progreſſa, *ruinam ſocialem* quæsîſſet. Nam, *Auguſtino* magno judice; *Si ſola mulier cibum ediſſet illicitum, Sola mortis utiq; plecteretur ſupplicio* (*yy*). Quin &, doctiſſimo quoque ſic ſentiente; *Si poſterorum poſterarúmque quivis, quocunque* deinceps *ſcelere*, Dei *legem violâſſet: non fuerat id futurum fraudi, natis ex illo: ſed is ſibi ſoli cecidiſſet, qui tunc deliquiſſet.* (*zz*) *Per Unum* enim, eúmque Primum, *hominem peccatum erat intraturum in mundum: &, per peccatum, mors* Originis: *& ſic in omnes homines mortis* calamitas *tranſitura*; non autem aliter, neque per alios. (*Aaa*) *In Adamo* nos *omnes* eramus *morituri* (*bbb*); non in *Eva*, neque poſterorum aliquo. *Per unius Adami detrectationem imperii multi conſtituendi rei*, certóq; quodam modò nocentes, erant (*ccc*): non per *aliorum quodvis aliud* delictum; ſive *Libidinis* id eſſet, ſive *læſæ Juſtitiæ*. Debuerat igitur EVA, malè ſana, ſi noluerat ab *arbore*, ſaltem à *viro*, ſe continere: ne pelliceret eum in ſtultitiæ ſuæ ſocietatem. At illa, ſicut ſuopte malo, ſic &

Digitized by Google

viri, totiúsque Generis noſtri, calamitatibus; feſtinavit eſſe *Caput*: ut jam in eam, haud injuriâ, corruptionis humanæ fons, & origo, conferatur, à codicibus divinis, (*ddd*) & Decretis Sacris. (*eee*) Confeſtim igitur ad maritum advolat; in alia tunc *Paradiſi* regione, nec ità procùl, ſub opaco nemoris inambulantem: racemúmque pomorum, quæ vorare jam ipſa cœperat, manu geſtans; tanquam re præclarè geſtâ, ridens, Adamo quoque vorandum offert. Vim, pomis illis inſitam, & *dulcedinis*, & promiſſæ *Scientiæ*, verbîs, quà ſuis, quà *ſerpentis*, in cœlum extollit. Dubitantem primò, tergiverſantémque, metu mortis intentatæ, virum; jubet eſſe ſine cura. *Minas* illas fuiſſe Dei, non, *animum puniendi*. Si quid autem adhuc formidaret: *ſeipſam adſpiceret, epulatam jam; & tamen adhuc vivam, vegetam, ſanam, florentem. Imbellis, ac nimùm mollis, fore mentis; poſt iſta prætentata, nolle figere pedem, ac veſtigium: & in quo conatu periculum Fœmina feciſſet, in eo non audere ſequi Virum. Quid, quòd, etiam ſiquid eſſet indè capiendum incommodi; bene tamen, clade non magnâ, maximum emeretur Bonum*, id eſt, Divinitas? ut, quod *eſſet in Cœlo, rerum Conditor; id in terris eſſent Ipſi, Scientes bonum & ma-*

Ruina Generis Humani.

& malum omne: ſcientiaq́; fructibus, animum oblectantes. Eámque tunc demum ſolidam fore conditionis ſuæ gloriam; cùm nihil ipſos, ne Divinorum quidem, latere cœpiſſet poſſe. Tunc verè fortunatos fore; poſteaquam hominibus nec Deus quidem ſe poſſet ſubducere; conſiliorū ſuorum arcano ſuppreſſô. Quæ cùm loqueretur garrula; maritúmque, moras adhuc nectentem, ac timidè manum ad porrectos fructus extendentem, adverteret: miſtis ſubductiori fronti blanditiis, ſignificare cœpit; *Niſi mentium & operum uterq; conſenſu mutuo convenirent; diu vitæ ſocietatē inter ſe duos ſtare non poſſe.* Quapropter, propoſitum animi *virilis*, jam antea quati cœptum, in ruinam *fœmina* tandem impulit; ac poſtremò quoque ſtravit. Pellexerant enim titubantem *mariti* conſtantiam, ſtantis ante *viriles* oculos *fœminæ*, forma, ſexus, ſuaviloquentia; quæque cæteris erant omnibus ad emolliendum potentiora, corpus ſocium, animus impulſor; *oculúſq;, minaciter blandus, ac blandè minax.* Quid multis? Videbat *Adamus*, ac ſentiebat; in Pomo, ſerpentis grandem inſidiarum aſtum; in uſu Pomi, Deum infenſum, & *Humani Generis* cladem, latére: *Præcepto* ſe prohiberi; ſed, conjugis *illecebrâ* trahi; Séque ſine dubitatio-

ne,

Ruina Generis Humani.

ne, *Viventem videntémque periturum*; niſi fortè Numen minas, ac legem ſuam relaxâſſet. Ac nihiloſecius, priùs, quàm *inimicam* caperet eam, quam tenerrimè, vir uxorius, *amabat*: neu' diutius eam, aut triſtem aſpiceret, aut triſti proximam; fecit in *Eva* ſuâ male ſanus, quod in Dalila poſtmodum ſua, Samſon; in uxoribus ſuis, Salomon; in Jezabele, venum-datus Achábus; in Herodiade, rex Antipas; in Eudoxia, Cæſar Arcadius; in Juſtina Valen-tinianus; in Agrippina quondam, Claudius; in Bolenia, Britanniæ rex, Henricus Octavus; in aliis innumeris, alii, ſine numero. Talem in modum *Adamus*, contrà, quàm animus ei ratióque dictabat, prætérque fas, æquum, ac rectum; *Uxori ne diſpliceret, placere Deo deſiit*: extendit manum, rapuit pomum; infixit dentem, inchoavit morſum: abſumpſit in cibo *vitam*, invexit audaciâ ſuâ *mortem*; perdidit ſeipſum vivum, occîdit animas nunquam morituras: infelices conſtituit, nondum natos; felices fecit, nunquam naſcituros; infecit *Originis contaminatione*, quotquot vel è puro concubitu vitam eſſent, ac ſpiritum hauſturi. Tam grandis *vulneris*, ab hominis creatione cœpti, ſed ante mundi finem non finiendi; quantus fuerit *Gladius*, atque vis impetûs

Digitized by Google

petûs: æſtimari poteſt, ex longitudine doloris, atq; ſenſûs. In ſummam! *Contra vetitum*, comedit ADAMVS: &, ſicut in nomine (*fff*) ſuo, ſic etiam in crimine, *quatuor concluſas* traxit *mundi plagas*: & obligavit. Eodem autem articulo temporis, *aperiri* cœpti ſunt *amborum oculi*: quique priùs tamdiu non viderent *nuditatem* ſuam; tunc ſpolia mirati ſunt *Innocentiæ* ſuæ: corporibus juxtà, mentibúſque, detracta.

XII. Statim enim, irrequietâ legis membrorum rebellione, *Corpus*, amborum cœpit in *Spiritum* caput attollere: *Spiritúſque*, cum difficultate ſummâ, coërcere ſeditioſum *corpus*. Præ cæteris autem omnibus furor eos aggreſſus eſt erubeſcendæ libidinis: cujus ipſi turbulento ſenſu (quippe, qui nullum jam ſanæ *Rationis* audiret imperium) agitari cœpti; paribus *erubeſcere* luminum ſuorum dejectibus & vultuum confuſione, ſunt coacti. Nam & hic ipſe *pudoris* motus, ſicut alii complures, prævertere dictamen mentis, aut indulgentiam *voluntatis*, eſt auſus. In arbuſtum igitur denſius, intermiſto *ficeto* conſitum, ambo concedunt: verecundiæ ſuæ lucem, lucíque verecundiam ſuam, ſubducturi. Sed cùm *nec inter opaca, ſatìs membrorum* ſævientem *tyran-*

tyrannidem occultare poſſent; *ſubligaria* ſibi, tumultuario *pudoris* ingeniô, conſûere ſunt orſi; frondeam ſibi, de connexis *ficuum* vicinarum foliis, veſtem comminiſcentes. Tantum erat, *nudæ paupertatis acumen*, & conſilium! Ità latebant; propatulo quidem ſeipſos ſuffurati, ſed ſibimetipſis adhuc nimis aperti: Deíque potiſſimùm oculis manifeſtiſſimi. QVID enim *fallere poſſet* illum, qui *nondum facta* etiam, *tanquam præſentia, pervidebat?* quantò magìs ergo, *Præterita*: quæ Deo ſemper *ſunt*, etiam tunc, cùm nobis *eſſe deſierunt*? DEVS quidem certè, pomeridianam ad auram, eodem ipſo die, ſicut ſæpius aſſuêrat, inambulans; ſtrepitu pedum aſſumptorum ſonoro, præſentiam indicavit ſuam. Interrogationibus indè protracti; *quæſtionibúſque*, ſed placidis, & intrà verba duntaxat conſiſtentibus, ſubjecti: *Nuditatis*, & imperii rupti, pomíque vetiti deglutiti, crimen ac temeritatem, fateri quidem compelluntur. Sed eam vir in uxorem, uxor in Serpentem, trajicit: & *fit eorum ſceleris damnatio, quæ futura ſperabatur erroris excuſatio.* Citò Deus tribunal abſolvit; dum, Sententiâ præcisâ, virum, mulierem, anguem, ſuis quemque ſuppliciis addicit: & Adamum, terræ ſterilitate; conjugem, uteri triſti

triſtifœcunditate; Serpentem, pulveris pabulô, mulieriſque mutuis odiis, ſeverè multat. Deinde, pellibus indutos, excoriatarum ab Angelis ovium (*ggg*), amarùm, ut meriti fuerant, irridet; & *novos hos Deos, novis amictos* mortalitatis *inſignibus*, in *hominum* veterem, innatámque, *moriendi neceſſitudinem*; in labores, ſollicitudines, metus, dolores, morbos, atque calamitates, extrudit: *Paradiſo* proſcriptos. *Paradiſi* verò *Portas*, & aditum, Angelô *Cherubino*, per gladium bifidum, flammámque, deterrente, perpetuas in ætates obſepit. Illi, beatis vitæ primævæ deliciis expulſi: nongentorum alter, & triginta; totidem annorum altera, decémque ſuper hos, acerbam vitam degunt, in regione, *Paradiſo* propinquâ. Placuit illa ſedes, memoriâ præteritæ felicitatis aliquamdiu deguſtatæ: diſplicuit, aſpectu quotidiano beatitatis amiſſæ; terræque, quam tunc exercebant, infinitâ diſſimilitudine. Sed durabant tamen, ipsíque, poſterique, multa deinceps ad ſæcula: quodam etiam ad hoc eos adigente metu; ne fortè deteriores alibi terrarum in plagas, & in glebam intractabiliorem, inciderent. Nemo tamen eorum omnium, quantumvis *Paradiſi* vicinus accola, *Paradiſum* poſtliminiò recuperavit: quamdiu,

lege

lege mortalium ordinariâ, vixit inter mortales: Quænam verò deinceps brutorum (quæ nos, cum homine fuiſſe pulſa, nuſquam legimus) Reſpublica; quiſve beatiſſimorum nemorum illorum, ac *Tempe*, ſtatus fuerit: nulli nobis *Annales* loquuntur. DEVS, & *Angeli*, nôrunt; qui, per omne tempus illud, quod, inter *Conditum* mundum, & diluvio *deletum*, interceſſit, ſoli ſpatioſiſſimum illum rexerunt *Hortum*. Regere verò, curis extraordinariis, deſierunt; ex quo tempore *Paradiſus* ipſe deſiit eſſe, quod fuerat: aquis, quæ poſtea mundum merſerunt, cum reliquis mundi regionibus, etiam *Hortum* illum vaſtantibus; &, relictâ duntaxat regione ſoli, formam ac pulchritudinem *hortenſem*, priſtinámque fertilitatem, obliterantibus. (*hhh*) Verùm iſta poſteriùs acciderunt. Nobis autem nunc incumbit; *Primorum hominum*, & in iis, *Humani Generis* totius, non autem unius ſolius *Horti*, *Ruinam* exſequi.

XIII. QVÆ multiplex utique, cumprimíſque luctuoſa, fuit. Protoplaſtorum quidem *privatim*, in caput incubuit, *Juſtitiæ*, quam vocamus *Originis*, ejúſque dotium, interitus. Unà deinde, *Divinæ Gratiæ*, propter Dei conculcatum imperium, propterque Divinæ ſimili-

Ruina Generis Humani.

Digitized by Google

militudinis ſuperbam ambitionem, jactura: quam & alia quædam cumulârunt delicta; Serpentis commercium, pomíque vetiti guſtum, & obtruſionem, comitata. *Cæleſtis* quoque *felicitatis*, niſi ſeriò diúque culpam expungerent, ac pœnitentibus lacrimis maculam eluerent, irreparabile diſpendium. Adhæc, animi mœror aſſiduus; amiſſúmque, quod è DEI familiaritate quondam hausêre, ſolatium; alienatum Angelorum contubernium; belluarum & brutorum ruptum obſequium; vitæ longiſſimæ triſtes, ac præduri, labores; terráque, laboribus eorum contumax. His adde: generandæ prolis, ut manifeſtam tunc neceſſitatem, ità conjunctam operi, qualemqualem, turpitudinem; qua tamen Innocentiæ Status fuerat cariturus. Adde, frequentes, & nauſeâ pleniſſimas, *Evæ* prægnationes: difficiles, ac cruciatu refertas, parturitiones: liberorum moleſtiſſimas educationes; & educationum, incertiſſimos ſucceſſus. Adde, pro melle, pro lacte, pro botris, ficubus, ac delicatiſſimis *Paradiſi* fructibus, panem poſtea triticeum, ſiligineúmve; vix, tardas ac difficiles poſt meſſes, emoliendum. Adde, moriendi tandem, poſt innumera Senectæ tolerata mala, metum: & funeris, reipſa poſtremùm

Ruina Generis Humani.

adeundi, miſeram quidem, ſed tamen inexorabilem, neceſſitatem: ac, niſi ſine ſcelere quovis *mortifero* deceſſiſſent, præparatam in alia vita *mortem*, *nunquam morientem*: & *ignem* Gehennæ, *nunquam extinguendum*. Hæc, & his plura, *pro ſe ſolis*; Adamus & Eva, genera malorum inciderant; mulieris importunitate ſtolidâ, viri dementiore mulieroſitate: quæ perpetuum meritò documentum erunt maritis omnibus; ut, quantùm in poteſtate, tantùm in fræno, ſuas habeant uxores: earúmque cupiditatibus, virilis conſtantiæ decretis, obviàm eant. Meminerint; eas, quantumcunque ſibi charas, & addictas, *Primæ* tamen *matris* omnes eſſe *Filias*: & adhuc indolis illius non paucas vivacia retinere ſemina; naturâ, vitióve, leves, facillimè mobiles, curioſas; arrogantes, vanas, & callidas. Intelligant (id quod cæteris omnibus eſt damnoſius) eaſdem ut plurimùm eſſe parùm conſultas: ac frequenter, non *errantes* tantùm, *ſed & in errorem trahentes*. Perſuadeant ſibi denique, perraram eſſe fœminam *tam Bonam*, *quæ non fieri ſummum viri malum poſſit*: *ſi non & virtus, illam; & vir, illius virtutem, ratione regat*. (*iii*)

XIV. At *Publica* Generis Humani *vulnera*, quæ *Pomi vetiti* morſus inflixit nobis; quis pro

pro dignitate Demoſthenes, Tullius, aut Chryſoſtomus, enarret? Nam & nobis, *Originis* eſt erepta *Juſtitia*, felicitáſque ſtatûs *Innocentis*; antequam dari poſſet. In Iram Numinis; in maculam & nævum mentis; in contumeliam ſtirpis; in nuditatem gratiæ cœleſtis, ac donorum illius; in cæcitatem rationis; in pravitatem voluntatis, in penuriam, morbos, dolores, calamitates, & in animæ corporíſque cruciatus: quódque miſeriæ caput eſt; *In mortem*, naſcimur; *& naſcentes, incipimus mori.* Quid dicam? Occiſi jam ſumus, antequam vitam inchoëmus: & hoc, in parte noſtri præſtantiſſimâ; quáque proximè Deum contingimus; *In Anima*, dico: non quidem, quà pars eſt Hominis, ſed, quà corpori ſociatur, conſueto propagationis ordine; niſi, ſiquem, (ut *Deiparam*) labis iſtius immunem, intactúmque, favor Divinus voluerit. (*kkk*) Cæterorum, nemo non *Deo mortuus eſt, antè, quàm ſibi vivat:* tranſeunte, genitam in prolem, non poſteri genitoris ullo delicto, quantumvis alioquin ſcelerati; ſed, *Deo non obſequentis Adami* ſolâ culpâ, totam naturæ maſſam inquinante. Nec deſunt huic culpæ, ſuæ *pœnæ*. *Fomes* quidem, quem appellant, & *incitamentum* peccati; quod, etiam deleto jam *Originis*

Ruina Generis Humani.

delicto; manet tamen in expiatis: ignavis quidem, *ruinæ* plerumque cauſſa, vel impulſus; generoſioribus autem animis, *palæſtra* certaminis, difficultate magnâ non carentis. Sequuntur, ſupplicia *Mortis ſempiternæ*: quæ, niſi Filii Dei *morte* præredempta, nec infantia moriens: nec adulta decedens ætas, evitat. Et *Infantes* quidem, cum *Originis culpâ* vitam hanc claudentes, in loca deportantur infera; carentia quidem flammis (*lll*): plena tamen inamœnæ ſolitudinis, horrida tenebris, & illætabili *Regioni mortis* propinqua, quibus in locis cùm æterna ſedeat perpetuæ felicitatis exauctoratio; Deîque, boni Supremi, contuendi deſperatio: *quale, quæſo, gaudium*, aut nunc, aut olim, finito mundô, *contingere queat, ſeſſitantibus in opaco; cælique dulce Lumen nunquam aſpecturis?* (*mmm*). At graviora longè, *provectam* manent *ætatem* mala: quibus, *parvulorum* comparata *miſeria*, videri *Felicitas* ſanè poſſit. Cùm enim, rupto ſemel, per primi parentis temeritatem, obice; torrens ſcelerum, in omne nefas, apud poſteritatem procurrerit: exundante mortalium improbitate, quæ non, & quanta, *facinorum maria* terras occupârunt? Veri Numinis contemptus; falſorum Deûm ſacrilegus cultus; ſuper-

Digitized by Google

ſuperſtitiones, auguria; divinationes, veneficia. tum præterea; rapinæ, furta, circumſcriptiones, libidines, adulteria, naturæque contaminationes: ac denique, quod divinus Sirácides adnotavit, *cædes*, *ſanguis*, *rhomphæa*, *contentio*; tenuiorum, à ditioribus, *oppreſſiones*, ac tyrannides (*nnn*). Quòd ſi jam, flagitiorum talium unicuique, poſt auctoris exceſſum, *flammarum* debetur *Æternitas* (ut, Deo teſte, ſanè debetur) (*ooo*): totâ pæne mortalium univerſitate quondam his vitiis immersâ; quis, pro rei magnitudine, plagæ *Generis Humani* latitudinem exſequatur? Ea verò conſiſtit in *duobus* maximè; quam, finiendæ denique *Ruinæ* præſenti, ſalubre cum prîmis, ac neceſſarium, fuerit, intueri. Sunt autem: *Multitudo*, Gehennam ſubeuntium; &, *Gehennæ ſuppliciorum Diuturnitas*: uterque (prô dolor!) *Adamæi Pomi*; ſed, heu, pauciſſimis ſatìs expenſus, Fructus.

XV. Ac *Multitudinem* quidem utriuſque ſexûs *Adultorum*, ignibus æternis addictorum; ſi vel, ad Chriſti duntaxat ortum, inſpiciamus, per annos quater mille, duos, & quinquaginta: demamúſque, quidquid ab Abrahamo deſcendit hominum; quàm nos immenſum inveniemus, etiam ſolorum *Idololatrarum*, ut ſic dicam, *Oceanum*? *Idololatras* autem

tem omnes, ex æquo, divina Sententia relegat, *in ſtagnum, igne ſulphuréque flagrans: quod eſt mors ſecunda.* (*ppp*) Circumagamus igitur oculos, per univerſum Orbis ampliſſimi ſpatium. In eo, *quatuor Mundi* deprehendemus *Partes*, latiſſimas, longiſſimáſque: mortalium populoſiſſimâ ſemper frequentiâ cultas; ex quo primùm tempore diffundi cœptum eſt *Genus Humanum*, omnes in terras, & Inſulas. Ex his *quatuor*, quas nemo non ſcit, ac nominat, Orbis Partibus, *Aſia*, ſtirpis humanæ prima ſedes, *Aſiam* intra ſe continet *Minorem*; quam *Natoliam* hodie nominant: & *Majorem* alteram, quæ, Taurum inter, & mare, quod *Archipelagus* dicitur, Orientis omnia regna, mariáque, complectitur. In *Aſia Minore*, quæ Tauro tenus, Occidentem versùs, ad Helleſpontum uſque procedit; Phryges ſunt, majores minoréſque; Bithyni, Lydi, Cares, Lycii, Paphlágones, Gallogræci, Lycáones, Iſauri, Piſidæ, Pamphylii, Cilices, Pontii, Cappadoces; Colchíque, cum Trapezuntiis, ad mare Caucaſeum. In *Aſia Majori*; Major ac Minor, Armeniæ: Syria, Palæſtina Philiſthæorum, Idumæa, triplex Arabia, Meſopotamia; regio Babylonis, & Chaldæorum: Aſſyria, Media, Suſitana, Perſis, Hyrcania, Bactriana, Sogdiana,

Ruina Generis Humani.

diana, Parthiéne, Carmania, Drangiána, Gedroſia. Super has, ulteriùs ad Solis ortum, Dahárum, Sacárum, Bubacenórum, Paropamiſidarum, Arachoſiorum, Mallorum, Oxydracárum, Indorum, intrà Gangem, & ultra; Tapróbanes item, Malacæ, Sómatræ, Philippinarum, Chinenſium, Japonum, Moluccenſium, cæterorúmque, nationes; *populis*, *quàm libris olim*, *celebratiores*. In *Africa*, quæ *pars Orbis* eſt *Altera*, primùm omnium *Ægyptus* occurrit, cum tot *Nomis*, & *præfecturis*. mox, regio Thebaidis; Æthiopiáque, ſpatiis & Imperio diffuſiſſima: Tum, Libya gemina, Marmárica, Cyrenaica; Carthaginis, ac Pœnorum, regnum; Mauruſia, Numidia, Getulia, duplex Mauritania, Maſſyli: quos, dubium eſt, ægriúſne, propter vocum barbariem, efferas: an, propter copiam, ſub numerum compellas? At *Orbis tertia pars*, Europa, quam, ab Ortu Solis, Helleſpontus, ab Occaſu, littus Atlantici finit Oceani; Græciam ſinu ſuo comprehendit, cum quinquaginta tribus, & ampliùs, Inſulis; cum Peloponneſo, Macedoniâ, Thraciâ, Myſiâ geminâ, Chaoniâ, Theſprotiis, Epiro, Dalmatis, Illyride, Pannoniis duabus, Daciâ, Scythiáque cis-Tanaim; Cimbris item, Sarmatiâ, Scandiâ, cum Britannici maris In-

ſulis. Deinde Germanicæ, tot gentes ac terras amplexæ, provinciæ; Galliam, Italiam, Hiſpaniam, ultra ſe vident. *Quartæ* poſthæc *Terrarum Partis* occurrunt *Inſulæ*: quas, partim *Fortunatas*, ac *Felices*, antiquitas; partim *Atlantidas*, nominavit: quæ Canariæ nunc ſunt. Barloventæ dein, & Flandricæ, Capitíſque Viridis, & *Orbis novi*, viſuntur Inſulæ. Tum Hiſpaniola, Cuba, Jamáica, Margarita: cúmque Florida, tot alia *continentis* immenſa ſpatia; duplicis; ad Auſtrum, atque Septentrionem, *Americæ*. Tum, ſingularum ingentia, multáque, regna. Meridiem quidem versùs, trans *Æquatorem Circulum*, Peruvium, Chila, Chiqua, Paraquaria, Braſilia, Patagónes. Ad Septentriones autem, Mexicum, Hiſpania, Granata, Caſtella, Novæ: Nova Francia, Quivíra; cæteræque provinciarum, ac regnorum: nuper quidem admodum inventæ, ſed ab ſuis jam olim frequentatæ, terræ; ſemper tamen antehac in errorum tenebris, ac veri Numinis ignoratione, jacentes. (*qqq*) Et hæ quidem *Quatuor*, ſicut dixi, *Mundi* ſunt *habitati Partes*: Hæc, earum partium, & multò plura, ſunt Regna, provinciæ, regiones, Inſulæ, nationes, ac populi. Singulis autem illorum, ſuæ ſunt, præter plurimos vicos ac pagos, urbes,

Digitized by Google

urbes, ac civitatum multitudines, & frequentiæ. Quantum jam igitur in his ſingulis, ſeparatim, omnibúſque ſimul, inſpectis, fuiſſe mortalium, cenſeamus, utriuſque ſexûs impiorum, & *idololatrarum*: per quadraginta centurias annorum, & annos quinquaginta duos, ad Chriſtum uſque? *Ninive* quidem certè ſola, pergrandis quidem urbs, ſed nondum provincia, vel natio; quæque, diſperſis hàc illàc domiciliis, nequaquam, pro ſpatii magnitudine, populoſam jactare ſe poſſet: incolarum tamen, ſub extremum ſuum vicennium, aluit *pluſquam centum viginti millia*; non, *adultorum*, & in omni dudum genere ſceleris exercitatorum: ſed *parvulorum* duntaxat, & *adhuc ignorantium, quid dextram inter, & lævam, eſſet diſcriminis.* (rrr) Unde conjiciamus; ætatis confirmatæ civium, quantam oporteat fuiſſe multitudinem. Quantò numeroſior jam, omnis tunc fuerit Aſſyria? Prætereo nunc, Babylona, Carthaginem, Capuam, Syracuſas, Corinthum, Epheſum, præ cæteris amplas, ac pleniſſimas incolarum, & inquilinorum, urbes. *Romam* unicam, *urbium dominam*, adhuc profero. *Romam*, inquam; ſed nondum, in illa, Latium omne: nondum totam Italiam, urbibus frequentiſſimam; nondum,

dum, uno verbo, *Romanum Imperium*, Auguſto rerum potiente cenſum. Etiam ante Quirinium, & Auguſtum, *Romæ*, Scipionis Africani temporibus, cenſa ſunt, à Q. Metello, civium trecenta, viginti tria, millia, viginti tres, ſuper octingentos; ídque, præter pupillos & viduas, ſub cenſum non vocatas. Priùs item, Q. Pompejo Conſule, cenſa civium ſunt ejusdem urbis trecentorum, octo vigintíque, millium; & trecentorum inſuper, quadraginta duorum, capita. Poſtea verò, Porcio Catone Conſule, trecenta nonaginta quatuor millia, trecenta triginta ſex, numerata ſunt *Romanæ* civitatis libera capita. Plura (quis dubitet?) Auguſti ſæculo; quod, ob temporum felicitatem, *Aureum* & *Pacificum* dictum eſt, reperiamus, incolarum, tum ingenuorum, tum libertinorum. ſervorùmque, ſexûs utriuſque, millia numerata. Tot cultores cùm fuerint *unius* tunc *urbis*; quantum fuiſſe cenſebimus numerum *totius Orbis*? In aciem eduxit, adversùs Bactra, Ninus Aſſyrius, decies ſepties centena millia peditum; equitum ducenta; curruum, & aurigarum, centum millia. Græciam invaſurus Xerxes, rex Perſidis; navium, claſſiariis ac nautis refertiſſimarum, expedivit, roſtratarum, onerariarum, & omnis bellici

bellici generis aliarum, tria millia: *myriadas* hominum, in illis, tredecim; pedeſtris autem exercitûs, Centum, ſeptuaginta, myriadas: equitum verò, myriadas Octo. *Myrias* autem militum unica, decem millium eſt, non irridendus, exercitus. Et ex hoc tamen, tam ingenti myriadum numero, *centum poſt annos*, apud *Inferos* nemo non erat ſedem habiturus. Id, quod Xerxis etiam, totam, ex edito loco, militiam ſuam deſpectantis, vaticinatio deploravit magìs, quàm exactè credidit. Poſt tantas regum iſtorum expeditiones, ſupervacuum fuerit; Græcorum in Trojanos, & Trojanorum in Græcos, militem numerare: quod tamen inferiùs, aliâ *Ruina*, fiet. Nec admodum memorabilia videri queant, Tigranis, Armenorum Regis, in Lucullum ducta, ducenta quinquaginta millia: nec incomparabilia cenſenda ſunt, Romanorum, adversùs Pœnos oppoſita, ſepties centena peditum millia; turmarum autem Equeſtrium millia ſeptuaginta: cùm ductores eſſent, Lucius Æmylius, & Attilius, Conſules; Polybio narratore. Sed quis, rogo, fuit horum tandem omnium, & populorum, & exercituum, ac, cenſu deſcriptorum mortalium, finis? Mors, ac poſt eam, *Gehenna!* nam & recti virtutum trami-

Digitized by Google

tramitis, & Unici veriſſimíque *Numinis*, erant expertes. *Nolebant intelligere*; ne *bene* cogerentur *agere*. digni morte fuerant, quia naturæ, Deíque, legi *vitam* ſubdere detrectabant. *Deſcenderunt* igitur *in Profundum*, ſicut ſuperiùs *Luciferiani*; ſic illa *quadraginta* mortalium ætatum *Sæcula*: donec *Chriſtus*, & emendatio Sæculorum, intervenirent. *Illic* igitur jam ſedet, æternùm ſeſſurus, Benadadi, Syrorum Regis, deletus ab Achábo centum millium exercitus. Illic, Madianitarum Arabum, à Gedeone trucidata, centum & viginti millia; ſub noctem unam. Illic, Sennacheríbi, Ninivitæ Regis, unius Angeli mactata viribus, Aſſyriorum militum centum octoginta quinque millia; noctem item ſub unam. Illic, Cyri majoris, Perſarum regis, in Maſſágetas ducta, cæsáque, millia ducenta; totidémque Darii, gentium earundem Regis, occiſa millia, duce victoréque Miltiade, Marathoniis in campis. Illic, C. Cæſaris Dictatoris, partim manu, partim auſpiciis atque ductu, conciſa, bellis Gallicis ac Germanicis, undecies centena, nonaginta, millia: nec multò pauciora deleta civilibus deinceps, adversùs Pompejos, Scipionem, Labienum, Afranium, Petrejum, Domitium, caſtris. (ſſſ) Illic, in cumulum jacentes,

Ruina Generis Humani.

tes, degunt, *in noviſſima lacûs inferi regione*, cum ſuis quiſque legionibus, ac turmis, Orientis, & Ægypti, Reges; *Aſſur*, *& Ælam*, *& Moſoch*, *atque Tubal*, &, Pharaonum ultimus, *Aprie* (*ttt*). Reges item, ac *duces Idumæorum*; reges, ac *principes Aquilonis*: & omnes ditionum alienarum *Venatores*; ab Ezechiele vate *Leſſum* ſortiti. (*vvv*) Denique, ne longior ſim: illuc eodem deſcenderunt (ſi paucos excipiamus Iſraëliticæ Palæſtinæ populos, & Auſitidis terræ viros) major ac minor omnis *Aſia*: deſcendit omnis *Africa*: deſcenderunt, cum Americanis, Europæi, majores noſtri; ſimulacrorum adoratores, omni ſcelere contaminati; flagitiorum, & exercitatores, & magiſtri; pleni libidinum, & *avaritiæ*, ſordibus, *invidiâ*, *nequitiâ*, *dolo*, *malevolentiâ*, *cædibus*, *ac rapinis*: *inſipientes*, *incompoſiti*, *ſinè ſenſu*, *ſinè fœdere*, *ſinéq; miſericordia*. breviter! *digni morte*, judice divino Paulo (*vv.vv.vv.*) digniſſimíque flammis; quamvis ea flagitia, quæ recenſuimus, illis defuiſſent: ſi tamen interim ſolâ *veri Dei* notitiâ, quam etiam natura ratióque nobis ingenerat, caruiſſent. *Sine Deo* namque *quisquis vivit*, *dignus eſt*, *mori ſemper*: *&*, qui *Summum bonum* ne credulitate quidem attingere vult; meretur, In

Sum-

Digitized by Google

Summo malo nunquam non verſari. Procùl enim à mente, ſensúque noſtro, ſit; ut, cum impio Zvvinglio, perſuaſum, aut nobis, aut aliis, eſſe velimus: *Theſeum*, *Herculem*, *Socratem*, *Ariſtidem*, *Numam*, *Camillum*, *Catones*, *Scipiones*, *Senecam* (*xxx*), cælô receptos. Procùl, *Eraſmi Roterdami*, nugatoris eruditi, delirium faceſſat; *Ciceronem ſine FIDE*, cœleſtibus adſcriptum eſſe. (*yyy*) Nos autem, *Dei filio* docente, colluſtrati; quantùm M. Tullio Ciceroni *Divinam*, tantùm ipſius Saluti, Fidem *Humanam*, circa Spem æternæ felicitatis, abrogamus. In ſummam! *QVI non crediderit, jam eſt judicatus!* (*zzz*) *Incredulitatis* autem inquiſitum, judicatum, condemnatum; quæ pœna, niſi *Stagnum ignis* inferi, (*aaaa*) ſequi poteſt; Numinis irrevocabili decreto? Quis autem tunc, per annorum ferè quatuor millia, præter Sethi gentem, & Abrahami poſteros, ac Jobum, Melchiſedécum, ac pauciſſimos alios; quis, inquam, *Incredulus* non erat? Immò, quotusquisque non inſuper, præter *religionis veræ* neglectum, religiones *falſas* & impias, ac Deos exſecrabiles, amplectebatur? Ut eorum proinde *Salutis* ſpes, eſſe meritò debeat in depoſitis, & conclama-

tis.

tis. Videmus igitur, quod loco nobis *primo* propoſitum erat; eorum, qui, vitio *Juſtitiæ Primævæ perditæ*, ruerunt ad Inferos, *multitudinem* immanem. Ut jam non addam; Etiam poſt remedium, tantis his malis, *Chriſti* ſalutiferâ morte, comparatum; adhuc, per annos hos mille, ſexcentos, quinquaginta quatuor, plenis agminibus, ac maximis itineribus, eodem feſtinare, deincépsque feſtinaturas, ſuperſtitum Idololatrarum, contumacium Hebræorum, Eccleſiæ rebellium Chriſtianorum, & ſceleſtè viventium, etiam *Orthodoxorum*, innumerabiles phalangas, & exercitus. Ut jam adeò, peſtiferi *Pomi* lue, *Mundus univerſus*, non *in malo* tantùm (quod divus Joannes deploravit) ſed *in malo malorum*, Gehennâ, ſit conſtitutus. Sed utcunque tolerabilis adhuc videri poſſet, illius ipſius, vel *multitudo* pereuntis, vel *cruciatus*, populi: niſi pereuntium horribilem pœnam, acerrimum dolorem, inexplicabilem ardorem, immaniſſimam flammæ vim, ſemper, ut corpus umbra, ſic & comitaretur *Æternitas*. Quid eſt autem *Incendii*, cruciatûsque miſerorum, *Æternitas*; niſi, *Dolor ſupremus, ſine fine ſupremo ſemper in ſeipſum recurrens*: &, cùm *ſe conſumptum putaverit*, tunc novas in alias, immò, veteres

Digitized by Google

veteres in pœnas, ſibi renaſcens? Et quis hæc mala, vel annorum, vel ſæculorum, aut Ævi, quanticunque, *numerus* abſumet? Planè, *nullus!* Id paucis adhuc videamus: ac, *Ruinam hanc*, finiamus; non autem, *Ruinæ perennitatem.*

XVI. Ecce namque! *Fluviorum* in mundo, maximorum, & à condito jam olim orbe fluentium, per annorum quinque millia, ſeptingentóſque, plurimi ſunt: qui, curſu pleniſſimo, rapidiſſimóque, nec unquam intermiſſo, trudant fluctu fluctum; & mortalium ætatibus omnibus ſemper ſint ſuperſtites. In Hiſpania Tagus, Bætis, & Iberus: in Galliis, Rhodanus, Sequana, Mátrona, Garumna, Ligeris: in Germania, Danubius, Rhenus, Albis, Viſurgis, Oenus, Viſtula, Viadrus: in Italia, Padus, Athesis, Tiberis; in Sarmatis, ac Scythis, Tanais, & Boryſthenes: in Thracia, Strymon, & Hebrus: in Græcia, Cephíſus, Alphéus, Penéus. In Aſia minore, Cayſtrus, Hermus, Pactolus, Mæandrus, Sangarius, Granicus, Cydnus, Phaſis. In Aſia majore, Tigris, Euphrates, Hydaſpes, Choaſpes, Araxes, Lycus, Oxus; &, fluminum Orientis maximi, Ganges, Indus, Arbius. In Ægypto, Nilus: in Africa cæterâ, Cínyphus, Triton, Bágradas, Ampſa,

Ruina Generis Humani.

Digitized by Google

pſa, Rubricatus, Niger. In America, Flumen, cui nomen *Argenteo*; Maragnon, Paucarmayus, Condorillus, & alii. nam alveorum, paulò minorum, & hujus regionis, & aliarum, quoniam infinita ſunt, libens nomina, numerúmque, prætervehor. His autem ampliſſimis amnibus, cum ſtagnis ac Lacubus, qui maximi plurimíque ſunt, jam *Maria*, ſi lubet, addamus; vaſtiſſima, diffuſiſſimáque. Sunt autem; *Mare*, quod Africam inter, & Europam, Aſiæque partem, *medias* ſecat *terras*; cujus ſunt partes, Ægæum, Ionium, Adriaticum, Tyrrhenum, Ibericúmque, maria; cum freto Gadium. Deinde ſeorſum, Mare Britannicum, Balticum, Germanicum, Gallicanum, Glaciale, Scythicum, ſeu Tartaricum. Palus Mœotis, mari par: Mare Caſpium, mare Caucaſeum, & Hyperboreum. Sinus item, Arabicus, Perſicus, Gangeticus; & Erythræum mare, cum Indico. Tum mare Sinicum, Japonicum, Americanum, & *Archipelagus*. Quæ cuncta *maria*, quaſi *limbus* ingens, claudit *Oceanus*; quem appellamus *Atlanticum*: cujus qnaſi brachia ſunt, & partes, Oceanus; hinc quidem, *Aquitanicus*, & *Cantabricus*: illinc autem, Æthiopicus, ac, *terrarum* ad Auſtrum; quas *Incognitas* nominamus.

Digitized by Google

namus. *Mária* ſunt hæc. Adde, ſi placet, *aquis*, terrarum vertices & capita celebriora, *montes*. Videbis, in America montes Peruanos, pæne cœlum ferientes: In Europa, Pyrenæos; & Alpes Annibalis, & Apenninum Italorum: in Septentrionibus, Caucaſum, Riphæos montes, & Hyperboreos; & Ararátum Armenorum: In Thracia, Rhodopen, & Hæmum: In Græcia, Parnaſſum, Oſſam, Pelion, Athon, & Olympum, non unum: In Troade, montem Idam; & in Creta, cognominem illi, ſylvam montanam: In Cilicum finibus, Taurum, & Amanum. In Africa, Lunæ montes, in immenſum altos, ac diffuſos: In Syria, Libanum; in Arabia, Sinæas Alpes: In India, juga *Gatis*: & alibi, dorſa montium alia. Veniamus, agè, jam ad calculos *Æternitatis Inferorum*. Sit *Angelorum* quiſpiam, in calculis, ac ſcientiâ numerandi, tam acutus, & induſtrius; ut in ſummam, per annorum multa millia, tandem redigat, omnes omnium fluminum, quæ produxi, quæque præterii, *guttas*, à primo ſuo fluendi principio, noſtram ad ætatem; ſingulas unius piſi minimi magnitudine. Conjungat fluminum his *guttis*, marium omnium, & Oceanorum, ac Lacuum, ſtillas, ſive rores; eádem piſi magnitu-

gnitudine. Poſt iſta, ſe vertat ad laborem numerandi, fluvialium ac marinorum in fundo lapillorum; in ripis ac littoribus, arenarum; quarum ſingulæ tamen, vel *milii minimi* ſint figurâ; vel ſeminis lactucæ, raphaníve. Numeratis his, poſt aliquot ſæculorum millia; transferat occupationem ſuam, ad glareas, & lapillos omnes, ſingulósque, montium, quos nominavimus, & Alpium, computandos: quarum glarearum ſingulæ, cum lapillis, magnitudinem æquent *grani* pulveris nitrati. Quin immò: demus (ut ſanè facere Deus poſſet) elementorum omnem intercapedinem, à terris, ad cœlum uſque Lunæ, totam circumquaque refertam, & impletam, *arenæ* granis; adeò minutis, ut vel clepſydris, aut ſabuloſis horarum meatibus, congruere poſſent: & tamen diviſæ numerari. Numeret ergò, ſicut dictum eſt, poſt hæc omnia congeſta, peritiſſimus *Angelorum*, omnes illas, quas dixi, fluviorum, marium, ſtagnorum, & lacuum, guttas. Addat calculo, fluvialium alveorum lapillos, & littorum arenas. Addat, Montium, Alpiúmque cunctarum, glareas, ac ſabuli minutiſſimas *atomos*; mundum, à terris ad Cœlum uſque, replentes. Aſſignet autem porrò, guttarum, arenæ grano-

N 2 rum,

rum, ſabuli tenuiſſimorum punctorum, & lapillorum, oculos pæne fugientium, unicuj- que ſingillatim, *decies centena millia* ſæculo- rum, inferis in flammis tranſigenda: quibus, tam innumerabilibus, annorum ſæculis de- curſis, ſpem faciat, finiendi ſui, *Suppliciorum Circulus æternus.* Quis *Numerator*, aut hanc *Millionum* educet Summam; aut eductam con- ſignabit, & ore proloquetur? Et id, ſi præſta- re voluerit; poſt quantum denique tempo- rum intervallum præſtabit? Et tamen (ne du- bita) numerari *Milliones* hi poterunt; ſuámque ſub *Summam* tandem cogi. Quem laborem, ſi res conditæ detrectarent; expediret, negotio nullo, DEVS. Decurrant interim & illæ ſæ- culorum numeratæ myriades: & abſolvantur; ut abſolvi certè debebunt. Conſummatâ ni- hilominus omni, tam *numerationis* ſæculo- rum, quàm *tolerationis* pœnarum ad Inferos, diuturnitate: finientur, computantis *Calculus*, ac ſæcula: non finietur ardentium *Æterni- tas*: ſed, in ſeipſam aſſiduò revoluta, cùm, ab- ſolutam ſe, crediderit, tunc reviviſcet: in eun- dem itura ſemper tormentorum Orbem. En ergò, ſuppliciorum *annoſitatem*! Quis, *In- cendiis Gehennæ*, tantum nutrimentorum in promptu ſemper fore, ſuſpicari poſſet? SED, nequid

Ruina Generis Humani.

Digitized by Google

nequid dubitemus; ex Iſaiæ divinis Oraculis, Illic Ignis copioſus, Et Ligna Multa, (*bbbb*) ſunt. Materiam illis, ac cæduam, præbet *Arbor*, Protoplaſtis *interdicta*; *neque tamen evitata.*

AUCTORES

(A) *S. Baſilius Magnus, initiô, ſtatim Operum ſuorum, in Hexaëmeron. S. Ambroſius tom. 4 Operum ſuorum, in* Exameron (*ſic enim inſignitur*) *S. Chryſoſtom. tom. 1. Operum ſuorum, ubi in Geneſin Homilias, ſcripſit. B. Theodoretus, Cyri Epiſcopus, Tom. 1. operum ſuorum,* De obſcuris Quæſtionibus, in Geneſin. (b) *Vide Jacob. Salianum, tom. 1. Annal. Eccleſiaſt. veteris Teſtamenti, in Diem Mundi tertium, n. 36. Quibus Annos adde Chriſtianos,* M. DC. LIV. *quorum ultimo hæc conſcribimus. Adde præterea 400. ferè annos alios, ante Chriſtum; ex quo tempore hæc comminiſci Chaldæi cœperunt. reperies,* Annorum quadringenta ſeptuaginta duo millia. (c) *Saliano, à mundo Condito, uſque adChriſtum: anni ſunt 4052. Setho Calviſio, pauciores adhuc. & præſertim Græcis ut Joanni Zonaræ, Nicephoro Gregoræ, cæteríſque, haud paullò plures: qui nos annis plerumque* mille, *ex fundamento fallente, præ-*

Ruina Generis Humani.

currunt. Porrò à Chriſto hucusque Anni ſunt 1654. quos, ſi ſuperioribus illis, à mundo condito, annis conjunxeris, annos invenies, 5706. (d) *Apocalypſ. c. 1. v. 10.* Ego Joannes fui in Spiritu, in Dominica die. (e) Pardes *enim,* Hortum *ſignificat, Chaldæis.* (f) *Hoc loco, Jacobus* Cappellus, *ſectarius, in ſua* Creationis Serie, *die quinto, numero. 5. negat,* Aves ex Aquis *creatas eſſe, aitque,* tam Aves, quàm piſces, ex Nihilo juſſos emergere. *Id quod non ſolùm contra torrentem eſt veterum; quibus, poſt Cælum, terram, Aquam, nihil materialium agnoſcitur è* Nihilo *factum: ſed etiam, adverſùs Sententiam ipſorummet Anticatholicorum, haud paucorum. Inter quos, Calviſius Sethus, Chronologiæ ſuæ anno, ante Chriſtum, 3947;* Feriâ quintâ, *inquit,* piſces & aves, ex uno eodémque Elemento aquæ, formantur. *Immò, Contraria Cappelli, ſequaciúmque ſententia, etiam* Scripturæ *pugnat: ut, quæ clariſſimè dicat, Geneſis 1. verſ. 20.* Producant Aquæ reptile animæ viventis, & volatile ſuper terram. *Si igitur* Producere volatilia, &c. *juſſæ ſunt* Aquæ: *ergo* non ex Nihilo *ſunt factæ, vel* emerſerunt. *Sed ille, ut Sectarius, impudenti hæreticorum more,* Scripturæ *vim auſus afferre;* Deeſt, *inquit,* vocula, non tam Interpretis, quàm librarii

xii (*& cujus, quæſo, in tanto tot millium codicum conſenſu?*) vitio. *additque.* Legendum; Et volatile volet, ſuper terram. *Idem Capellus,* Omnes orbes Cœleſtes mobiles, *numerat,* Decem. *Ego*, in Luciferi Ruina, *Vndecim. In cujus ſententiæ robur, Philoſophos nominavi.* (g) *Agnoſcit etiam Capellus*, in Serie Creationis. *num. 4.* (h) *Geneſ. 1. v. 26.* Faciamus Hominem, ad Imaginem & Similitudinem noſtram. (i) Adama, *terra Ruffa eſt. Vide & Salian. die Mundi Sexto. num. 19. ad fin.* (k) *Tertullianus l. 2. contra Marcionem, cap. 4.* (l) *Salian. die Sexto mundi, num. 29.* (m) *S. Joan. Chryſoſtom. homil. 8. in Geneſ.* (n) *Homil. 10.* de Hominis primigenia Conſtitutione: *ante med.* (o) *lege, pro hoc loco, ſi vacat, ac libet, etiam Salianum, in diem mundi Sextum, num. 13. ubi plures reperies titulos.* (p) *In Hexaëmeron, homil. 10. ante fin.* (q) *Sicut nuptipetæ crepant hæretici temporum noſtrorum*; Continentiam, *in hoc* ſcripturæ *loco*, & Virginitatem, eſſe prohibitam, *garrientes.* (r) *Ità, in ſimili, de* Benedictione Dei, *filiis Noæ, poſt diluvium impertitâ, S. Salvianus Maſſilienſis loquitur, libro 1. de Gubernatione Dei circa med.* Igitur (*inquit*) cùm, poſt Diluvium, generationi hominum benedixiſſet Deus;

Ruina Generis Humani.

immenſámque hominum multitudinem Benedictio ipſa genuiſſet, &c. (ſ) *Modum capiendorum cete, ſeu balænarum, admirabilem, & jucundũ, lege apud S. Baſilium, in Hexaëmeron, homiliâ 10. ſæpius citatâ, ante med. ſuper verba*; Præſit piſcibus maris, &c. (t) *Idem, & de; Delphinis maximè hoc tradit Baſilius, loc. cit.* (u) *B. Theodoretus, libro, de obſcuris Quæſtionibus, in Geneſin, Quæſt. 23.* (vv) *S. Auguſtin. lib. 12. de Civit. Dei.* (x) *S. Baſilius, in Hexaëmeron, homil. 10. multò poſt initium.* (y) *Hæc, & alia plura, in quibus Homo rectè dicatur factus, ad imaginem, & Similitudinem Dei; invenias apud S. Ambroſium l. 6. Examer. cap. 8. ad init. S. Baſilium homil 10. in Hexaëmeron. S. Gregor. Nyſſenum, Divi Baſilii Germanum libro, de Opificio Hominis, cap. 4. S. Auguſtinum, lib. 12 de Civitat. & libro 6. de Geneſi ad litteram cap. 1. S. Joann. Chryſoſtom. homil. 8. in Geneſin.; & alios.* (z) *S. Gregor. Nyſſenus, Quæſtione*, de Imagine & Similitudine Dei.

(Aa) *Hugo, de S. Victore, lib. de Sacramentis, primo; parte 6. cap. 13.* (bb) *3. Regum, cap. 4. verſu 33.* (cc) *S. Auguſtinus, apud Benedictum Pererium, in expoſitione Operum Diei Sextæ.* (dd) *Lege, de hac lege, Adamo datâ, & pro-*

Digitized by Google

& promulgatâ, *tanquam* Capiti Generis noſtri, *S Auguſtinum, Enchiridii capite* 25. 26. *&* 27. *tomo* 3. *Operum illius. Et ſuper S. Thomæ primam ſecundæ, quæſtionibus* 81. 82. *&* 83. *Comitangulum, diſputatione XI. per Sectiones* 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. *&* 10. *S. Thomas porrò, conſtituit* Juſtitiam Originalem, *in* Aggregato *quodam, ex Gratia Sanctificante, Virtutibus, & Donis, ac Speciali divinâ Providentia erga Hominem: quæ omnia, Simùl ſumpta, ea cuncta, quæ erant in Homine, juſtiſſimè temperabant; & appetitū ſenſitivum perfectè ſubjiciebant Appetitui Rationali; Rationalem autem, Deo; unde jam intelligitur, cur dicatur* Deus hominem feciſſe Rectum, *Eccleſiaſtæ* 7. *verſ.* 30. *Quòd autem Adamus idem conſtitutus fuerit à Deo, jam indè ab initio, ſtatim,* Generis Humani Caput: *id non de* Phyſico *tantùm* Capite *accipias (quod Adamus quidem erat; in quantum propagaturus erat genus noſtrum) ſed, quatenus transfuſurus erat, ſive* Juſtitiam, *ſive* Juſtitiæ Privationem, *Originariam; multò magis* Caput *in eo* myſticum *agnoſcas, &* Morale, *generis Humani totius. Ità, cum Doctoribus, Comitangulus, diſputat. undecimâ, in* 1. 2. *S. Thomæ, ſectione,* 5. *Ubi & id docet; Adamo Decretum illud, ac Pactum Dei, ex* decenti, *innotuiſſe: cùm*

Ruina Generis Humani.

præſertim ei quædam alia fuerint revelata à Deo, quæ ad ipſum tantâ propinquitate non pertinebant, quantâ, notitia illius, quod dico, Pacti. (ee) *Vide Geographicam Orbis Novi deſcriptionem, Germanicè verſam, & Coloniæ impreſſam, apud Joan. Chriſtophorum, anno 1598. libro 2. cap. 13. & 14.* (ff) *In his eſt I. Hondius, in* Atlante minore, *cum aliis.* (gg) *vulgari linguâ dicitur*, Pico, de Adam: *Vide Ludovic. Romanum, Patricium, in ſua Navigatione.* Zonæ *porrò* Torridæ *Regiones eſſe ſaluberrimas, ac temperatiſſimas; eadem Geographica Novi orbis deſcriptio, ſuperiùs citata, docet eruditè, lib. 2. de Orbe novo, loco non uno.* (hh) *Libro 4. Hodæporici ſui, de* Pretejannis *regnis, ac terris, déque* Cœlo terreſtri, *fol, 428. pag. 2. Editionis Francofurtenſis, in folio, anno 1584.* (ii) *Parte 4. Itinerarii, fol. 430. pag. 2. à princip.* (kk) *Fertur hic in Orientem profectus, ante annos, pluſquam 300. Et liber illius, Latinè quondam, Gallicéque, ſcriptus, trajectus eſt in idioma Germanicum, ab Othone* de Demeringen, *Canonico Cathedralis Eccleſiæ Metenſis.* (ll) *Felix Fabri, in Itinere ſuo Sinæo, ad montem & Sepulcrum S. Catharinæ, die 12. & 16. Septembris. anni 1483. Cui opinioni etiam ſubſcribit Joannes, Comes Solmenſis, in deſcriptione itineris, per*

per deſertum Pharan, die 16 Septembris. (mm) *Daniel Ecklinus, Arovvenſis, Zvvinglii ſectator, in deſcriptione itineris Syriaci, & ad montem Libanum, die 18. Junii, anni 1552.* (nn) *In* Serie Creationis, *Hiſtoriæ Sacræ num. 6.* (oo) *Vide Salianum, Die mundi 3. num. 15.* (pp) *Q. Curtius Ruffus, l. 5. de rebus geſtis Alexandri, Macedonum regis. cap. 1.* (qq) *libr. 1. Leucippês, ante finem.* (rr) *libro 1. de Iſmenia, & Iſmene. & lib. 2. & alibi.* (ſſ) *Lege Felicem Fabri, in Itinerario Sinæo, menſe Decembri, anni 1483.* (tt) Madianiticam *regionem illam, è qua* Sephoram *ſuam duxit Moſes,* Æthiopiam *quoque, ſed, cum addito,* Arabicam, *nominari: patet, ex Numeror. libro, cap. 12. v. 1. quo loco Sephora, dicitur* Æthiopiſſa; *quæ* Madianitis *tamen erat. Porrò, circa Phiſonem & Gehonem, amnes, reperies, bonâ veniâ, diſſentientem nobis* Abrahamum *etiam* Ortelium, *in Geographiæ Sacræ Tabula. Vbi is Gehonem,* Nilum; *Phiſonem autem,* Hydaſpem (*non, ut alii,* Gangem) *facit fluvium, in Sinum Perſicum influentem. Qui ſanè, de* Phiſone *non admodum mihi diſpliceret; ſi probaret Ortelius:* Hydaſpis *terram,* Auri Optimi, & bdellii, lapidíſque onychini, *eſſe feracem. quod tamen ſacra* Scriptura, *de Phiſonis terra, tradit,*

Geneſis

Ruina Generis Humani.

Geneſis 2. v. 11. Arabiam *contrà, in qua Phiſonem nos conſtituimus, novimus.* Auri probatiſſimi *fertilem: nec carere gemmis ut alia taceamus* (uu). *Solianum vide, Die Mundi 13. num. 38* (vv. vv.) *Tradunt hoc, magno conſenſu, auctores, præſertim, qui duobus ſæculis abhinc proximis Ægyptum, & in ea, Alcayrum & Alexandriam, urbes, luſtrârunt. In quibus, præter* Illuſtriſſimum Ducem Razivilum, *eſt etiam* Joannes Tuchérus, Norimbergenſis, *in Itinere ſuo Ægyptiaco. 8. Novemb. anni 1480.* Joannes autem Helfricus, Lipſienſis, *in hodæporico ſuo Alexandrino, anno 1565. de* Cruce, *pomis illis impreſſâ inſitâve, ſubdolè diſſimulat. At ſanè, tam de* Cruce, *quàm de* Morſu, *quem* Adamiana *illa* mala *præſe ferunt, ac de cæteris omnibus quæ modò cum* Tuchero *retuli; diſertè fusèque, etiam Felix Fabri ſcribit, in Itinerario Sinattico, 7. Octobris. anni 1483 quē vide.* (xx) *Adluſum ad illud S. Job, cap. 2. v. 10* Quaſi una de ſtultis mulieribus, locuta es. (yy) *libro 12. de Trinit.* (zz) *Comitangulus, diſput. XI. in 1. 2. S. Thomæ, ſect. 5.*

(Aaa) *Ad Roman. cap. 5. à v. 12.* (bbb) *1. Corinth. 15. verſ. 22.* (ccc) *Roman. 5. v. 19.* (ddd) *Eccleſiaſtici 25. verſu 33.* A muliere Initium factum eſt Peccati: & Per illam, Omnes

mori.

morimur. *Eodem pertinet & illud S. Pauli 1. Timoth. 2. v. 14.* Mulier ſeducta, in prævaricatione fuit. (eee) *Alludit ad hæc*, Authentica, *Vt lice. ma. & avi. gl. ſi. ubi dicitur, de Eva & Maria*; Mulier Damnavit, & Salvavit (fff) *Jacob. Salianus, in Ann. mundi. 1. In Opere Sex. di. num. 19. In voce* Adam, *quatuor exprimuntur Cæli poſitiones, ac plagæ: quæ in homine, ceu Microcoſmo, reperiuntur. ut,* Ἀνατολή, *Oriens.* Δύσις, *Occidens.* Ἄρκτος, *Septentrio.* Μεσημβρία, *Meridies.* (ggg) *Vide eundem Salian. Die 6. mundi, n. 112.* (hhh) *Vide Cappellum, in* Serie Creationis. *num. 7. In ea tamen nimis hyperbolicum; quòd,* priſtinæ illius amœnitatis nec veſtigia quidem ſupereſſe, addat. *Lege enim, & excute, eos, etiam Acatholicos, qui, paullò ſupra memoriam noſtram, Aſſyriam ac Meſopotamiam adierunt. In quibus eſt* Leonardus Rauchvvolfius, *Auguſtanæ Reip.* medicus: *qui Parte 2. Itinerum Orientalium, cap. 6 & alibi, de* Euphratis *ripa lævâ aliquouſque fructibus lætiſſimâ, agit. Idem etiam capite 8. de regione,* Tigrim *fluvium adjacente, agens: ait; Ne Gelu quidem illis in locis, etiam brumoſis noctibus, acre eſſe: ob temperatiſſimam cumprimis auram, mitiſſimúmque Cælum. Cujus ſigna eſſe,* Narciſſi, hyacinthi, violarúmque vernarum, odori-

Ruina Generis Humani.

Digitized by Google

odoriferos flores, *quos ille medio illic Decembri viderit: haud ſecus, ac ſub idem tempus, ad ripam* Euphratis, *dactylos, pepones, colocynthidas, ad maturitatem jam perductas.* (iii) *Sunt ſanè* Juris, *præſertim* Civilis, *diverſa, nec ſemper falſa, in muliebrem ſexum, ſcommata. ut,* Mulieres ſunt falſæ, fragiles, & corruptibiles, *ff. de teſta. l. qui teſtamento. §. mulier. inſtit. de teſt. §. teſtis.* Mulieres Bonæ philoſophis hodiernis poſſunt comparari; qui Rari ſunt. *ut l. ſed & reprobari. ff. de excu. tut. Denique* (*cæteris dicteriis à me conſultò prætermiſſis*) *quis acriùs Sexum ſugillat iſtum, quàm Joann. Nevizanus, Jureconſultus, in* Sylva *ſua* nuptiali: *in qua* Septem *affert mulierum proprietates; quarum tamen nonnullas haud invitus prætermitto, pudoríſque causâ prætereo. Cæteras autem, dicit ille, has eſſe.* Sanctas in Eccleſia, Angelos in acceſſu (*ad Sacram, reor, Synaxin*) bubones in feneſtra, Picas in porta, Capras in horto. (kkk) *De hoc, vide Comitangulum, diſputat. XI. citat. ſectione. 8. ubi citat bullas Pontificum Sixti IV. Pii. 5. Pauli 5. Gregorii 15. & Concil. Trident. Seß. 5. Incurriſſe tamen* Debitum contrahendi culpam Originis *Deiparam* (*ſed, ab ipſa actuali contractione, præſervatam privilegiô*) *etiam ii confitentur, qui pro* Imma-

culatâ

Digitized by Google

culatâ *illius* Conceptione *piè meritóque ſtant. Chriſtus autem, eo ipſo, quòd*, Ordinariâ generationis viâ, ab Adamo non deſcenderit; *nec peccatumOriginale ipſum,nec illius contrahendi debitum, incurrit. Quæ non ſolùm S.Thom. Aquinatis,in 1.2.q.81.a.3. & omnium Catholicorum,eſt Sententia; ſed etiam*Fidei articulus. (lll) *Innocent. 3. Capit. Majores, de baptiſm. meritò diſtinguit, inter Pœnam inablutorū Infantium, quæ eſt* Damni : *& inter pœnam committentiū actualia peccata mortifera, & in iis morientium: quæ eſt* Senſûs,*& Flammæ. Patres autem nonnulli, qui etiam Parvulos ad*Gehennā *ablegant; deGehenna intelligendi ſunt*,latiùs ſumptâ; *quà tenus hæc etiam* Limbum Puerorum, *cum* Limbo Patrum *olim, & cum* Purgatorio, *ſub una* Inferni *generali appellatione, admittit.* (mmm) *Tobiæ 5. v. 12.* (nnn) *Eccleſiaſtici 40. v. 8.* (ooo) *Pſalmo 10. v. 7. & Pſal. 139. v. 11. & Apocalypſ. 21. v. 8. Matth. 13. v. 46. & ſexcentis locis aliis.* (ppp) *Apocal. 21. v. 8.* (qqq) *Geographica Americæ deſcriptio ex Acoſta,& aliis,contracta, rem hanc, de antiquitate Americanorū, examinat, lib. 1. capitibus, 16. 19 20. 22. & 25.* (rrr) *Jonæ cap. 4. fin.* (ſſſ) *Sabellicus, apud Raviſium, titul.* Bella, in quibus multum cruoris, &c. (ttt)

Adi

Adi Salianum, ex Herodoto; in annum mundi 3451. num. 3. (uuu) *Ezechielis cap. 32. v. 18. & ſeqq. uſque ad capitis finem; lectu digniſſimi.* (vv. vv. vv.) *Roman. 1. verſ. 32. Qui ibidem Gentilitatis paganæ mores, à verſ. 28. uſque ad v. 32 in compendio exagitat.* (xxx) *In Expoſitione Fidei Chriſtianæ, tom. 2. fol. 559. & de* Seneca, *idem Zuvinglius, tract. de Peccato Originali ad Vrbanum Regium, tom. 2. fol. 118. &, de Providentia Dei, tom. 1. fol. 370.* (yyy) *Commentariis, in Tuſculanas Quæſtiones.* (zzz) *Joann. cap. 3. verſ. 18.*

(Aaaa) *Apocalypſ. 21. cap. 8. ſæpius jam citato.* Timidis autem, *inquit*, & Incredulis, &c. pars illorum erit in ſtagno, ardente ſulphure, & Igne. (bbbb) *Iſaiæ cap. 30. v. 33. fin. ubi, ſub Tophethæ nomine*, profundæ, ac dilatatæ, *Gehennæ Tartareæ fit deſcriptio. Cujus ab Incendiis, & te, pie Lector, & me ſcriptorem horum, divina Clementia præſtare dignetur incontactos. Ad alium potiùs feſtinemus; quem mala ſua merita nobis illic ſubſtituant.*

RUINA

Ruina Generis Humani.

RUINA III.

Quæ fuit,

CAINI.

BREVIARIUM CAPITUM.

I. *CAINI parentes, & natale ſolum.* Ortûs *illius, veluti, tam ipſi, quàm parentibus ipſius, infortunati, deteſtatio. Vanus animi illius tumor; & agriculturæ ſtudium.*

II. *Hoc agriculturæ, in eo, ſtudium, & ſordida poſſidendi cupiditas, ampliùs deſcribitur. Ejusdem, in tenerioribus adhuc annis, indicia pravitatis multa: ex quibus, ad peſſima, fecit progreſſum.*

III. *Cainus, in* Odium *fratris ſenſim prolapſurus; irritamenta illius prima habet, diverſitatem ſtudiorum, & occupationem, utriusque: quæ deſcribuntur. Abelis paſtoritia vivendi ratio, &, à Caino ſeparata, habitatio.*

IV. *Abeli quàm placidum fuerit, & addictum Deo, ingenium: Caino contrà, quàm aſperi, malíque, mores; explicatur compendiô.*

V. *Diſparitas verò Animorum Abelis & Caini, præcipuè enituit, in Sacrificiis utriusq;, vel libe-*

liberaliter, vel reſtrictè ſordidéque, Deo offerendis. Quæ, & qualia, uterque ſacrificare conſuêſſet; exponitur.

VI. *Diverſa ſacrificia, diverſa excepit merces: quando ſuper Abelis victimam Ignis cælo deſcendit; non item ſuper Cainæam. De forma Leonis, in flamma, quid ſentiendum; indicatur: & quid, illius narrationis, verum, quid dubium adhuc, ſit. Caini prima mali labes, ex eo Sacrificii ſucceſſu: quem is fratri invidebat.*

VII. *Deus, Abelis capiti præparari exitium, à Caini invidia, prævidens; exulceratum Cainum alloqui dignatur, & à cogitato ſcelere, Invidiæq; tabo, abducere. Si pergat in cogitatione mali, pœnas minatur. Sin obſiſtat invidiæ dictamini; victoriam ægræ mentis pollicetur, ex Arbitrii liberi recto uſu.*

VIII. *Fruſtra monitus à Deo Cainus, pergit in propoſito: vivum ingeniorum contumacium exemplar. Callidè verò diſſimulato conſilio, cum Abele digreditur in agrum: &, Dei primùm perſtrictâ, ad extremum autem etiam exploſâ, Providentiâ; verſutè quærit occaſionem altercationis cum fratre: & ex altercatione, cauſſam cædis.*

IX. *Impiam Caini, adversùs Deum, orationem, Abel oratione, pietatis ardorísque plenâ, refu-*

refutat. Sed, ante Cauſſæ epilogum, à Caino interimitur. Et, quo cædis inſtrumento; indicatur.

X. *Abelis interfecti cadaveri, num continuò Adamus & Eva intervenerint; diſcutitur. Quòd ſi interveniſſent; quid eos loqui, conſpecto primo violento funere, conveniens fuerit; ex aliorum quorundam opinione, profertur.*

XI. *Cainum, homicidarum more, multa cum animo ſuo volventem, & à loco patratæ cædis haud multùm recedentem; malitia ſua tandem adversùs omnes obfirmat. Sed obambulantem, Deus opprimit interrogatione ſuâ: negantémque, de Abele quidquam ſe ſcire, coarguit acriter: & hujus vitæ pœnas ei indicit: terrâ, fugáque ejus, diris devotâ.*

XII. *Cainum, indomabilis Equi more, nihil iſtis Dei correctum increpationibus, atque minis; deſperatio veniæ transverſum agit, in novas, erga Dei clementiam, querelas. Is, id tantummodo ſollicitus, quomodo bellè hîc vivat; obviorum in ſe iras metuit: & metuendo, ſecuritatem obliquè ſibi exambit, in tot inſidiaturos. Nam, hominum, jam tunc, fuiſſe* multitudinem; *& hîc aſſeritur: & capite, proximè ſequenti, monſtratur.*

XIII. *Propter Numinis extraordinarium*

Ruina Caini.

favorem, Evam, & ætatum mundi primarum matres pleraſque omnes, mirè fœcundas extitiſſe, demonſtratur. Sethi quoque progeniem, poſt Abelem jam occiſum, fuiſſe populoſiſſimam, extra dubium eſt. Vnde Caini non uſquequaque fatuus fuit timor; formidantis, Ne, quisquis ipſum inveniſſet, trucidaret: *cùm revera* multi *jam eſſent. Additur fabulæ mentio; quæ, Adamum annis Centum vixiſſe cœlibi ſimilem, comminiſcitur: donec ab Angelo reduceretur, ad officium propagationis. Ea fabula, narratur tantùm; non creditur.*

XIV. *Caino Deus, promiſſô ſanctiſſimô, cavet; Ne, quisquis eum inveniret, occideret. Addit ei Signum: quod, cujusmodi fuerit, diſcutitur. Is, poſt hæc, in fugam ſe dat, varia obiens loca; nec homines tantùm, ſed & feras, timens. Vix ſerò tandem in Edeno tractu deponit feſſam fugam: cujus regiunculæ ſitus quæritur, ab auctore.*

XV. *Cainitas ab Adamianis & Sethæis ſegregat Cainus; genti gentem, & mores moribus, opponens. Paullatim deinde, ſecuritatis ſuæ cauſsâ, ſtruere urbem aggreditur: quam, certas ob cauſſas, à filio potiùs, quàm à ſeipſo, nominat, Henochiam. Ejus ſitum & oram comminiſcens Pſeudoberoſus, irridetur.*

XVI. *De*

XVI. *Deſcribitur Henochia, ſceleſtæ profligatæq́ Reipublicæ perfectum exemplar. Ejus urbis, bellæ (ſi ſuperis placet) leges, ac ſcita. Caini poſteritas, & familiæ principes, ipſo Caino non multò probiores.*

XVII. *Sæculo Mundi Quinto, deterrimi fieri homines cæperunt: latrociniis maximè, libidinéque, cuncta pervagantibus Cainitis. Eorum furor, ac flagitia, deſcribuntur, potiſſimùm è Methodio. Cædium, ob turpes cauſſas, licentia gigantéa.*

XVIII. *Cainus, ſuæ pravitatis exemplo, remotam præbens Cataclyſmo cauſſam: ante Mundum, quem per ſe ſuóſque corruperat, meritus eſt, puniri: nec à Juſtitia Divina diſſimulari.*

XIX. *Lamechus porrò inſcius, Juſtitiæ huic vindici manum ſuam commodat: dum, venatui intentus, & ab adoleſcentulo indice deceptus, ſagittâ Cainum, in arbuſtis, transfigit: quem, eſſe feram, crediderat. Adjicit ei cædi, mortem etiam adoleſcentis: &, de utraque hac morte, purgare fruſta ſe conatus; interfectori ſuo pœnas minatur, multò graviores.*

XX. *Caini, in vita altera, Salus, opinione publicâ, & meritò, conclamata. Ejus apud Inferos, quot jam annorum mora ſit. Demonentur mortales, ab illius ſectandis veſtigiis: utpote*

Ruina Caini.

pote, quem, haud injuriâ, boni omnes exſecrentur; & ſoli Cajani, Hæretici veteres, ament. Eorum hæreticorum, quàm improba fuerint, vita, libri, doctrina, quámque horrendæ blaſphemiæ; explanatur.

RUINA
CAINI.

I.

QUOUSQUE malitiæ, progredi ſuſtineret Homo, poſt amiſſum *Innocentiæ primævæ* bonum: citò palàm fecit ille, qui, PRIMUS omnium, *fraternum*, vegeto ſtantem paſſu, ſpiritum, adegit in caſum; &, quàm atrox malum eſſet, MORI, violentîs inflictis ictibus, experiri coëgit: quando, quod Parentum peccantium imprudens culpa nobis contraxit, ipſe, præmeditatiſſimâ carnificinâ, *funus* inchoavit. CAINUS eſt hic, patriâ, vel Syrus, vel Armenus; (*a*) ADAMO, gentis humanæ principe, genitus, & EVA, propagationis miniſtrâ. Cui matri, ſceleſtus iſte, mortalium primus generationis lege naturali ſatus, editúſque: Divinas, de Partuum difficultatibus, minas ac præſagia, modis multis repræſentavit. Infelix utero ſarcina! tametſi, concepta tantùm, lucem nunquam aſpe-

Digitized by Google

aſpexiſſet: infelicior autem multò, maternis oculis, labes; poſteaquam, hauſtâ luce, tot eis luctus, & funeſtas tenebras, offudit. Qui ſanè, rectiùs nunquam omnino Solem, quàm nuſquam fas & æquum, vidiſſet: mulieris, cunctorum VIVENTIUM MATRIS, FILIUS VERE LETHALIS. Hic, cum ipſa Mundi naſcentis (ut ſic dicam) infantiâ, pueritiáque, primus Infans & puer; adoleſcere paribus, cum rerum natura, progreſſibus, eſt orſus: & idipſum, quòd æqualis propemodum eſſet cunctorum origini, gloriæ jactantiæque ſuæ fecit: quod aliis videri potuiſſet, *Fortunæ*, *Caſúsque*, beneficium. Inflabat eum *Primò-Geniti*, *ſpecioſus*, *ſed*, *abſente virtute*, *futilis titulus*; & eouſque reddebat inſoſolentem: ut, quantum animi cupidinibus libuiſſet, tantum eis indulgeret. Ac tametſi nec paterna deeſſent ei, nec materna, monita; quibus, tanquam ſtimulis quotidianis, incitatus, ad meliora mentem applicare juberetur; ſurdum tamen, & contumacem, exhibebat ſe: pingue, cœleſtiúmque rerum inimicum, ingenium *Terræ* magìs, quàm *Sui*, culturæ totum accommodans. Humum enim, exemplo quidem Adami patris, ſed mentis bonitate diſſimili, ſuſceperat etiam ipſe percolendam: quam videlicet, ut à recenti rerum omnium ortu, nec invitam adeò,

Ruina Caini.

nec infidam proventibus, experiebatur; cùm eam præſertim nondum exſecrabili facinore feciſſet ipſe ſibi reluctantem, & intractabilem.

II. Voluptati fuit Caino, præ cæteris, agros intueri; proſciſſis glebis, jactatíſque ſeminibus, longè latéque ſegetibus vireſcentes: frugibus, adversùm apros, ac cætera malefici dentis animalia, ſepem circumponere: bis quotannis (ut, in plagis Orientis fertiliſſimis) admotâ falce, meſſem facere; factámque, mapalibus invectare: ſectis, in rivorum divortia, fontibus amnibúſque, prata, vel hortos, inrigare: ſuáque ſatas manu, teneriores arbuſculas, in ramos, & altitudinem, promovere: denique, nemorum felicium autumnis, & florum vere, frui. Cæterùm, inter hæc omnia cupidinis avari, tótque ſenſuum, oblectamenta; cùm is ad quævis crebriùs, quàm, ad *Divina perenniáque Bona*, reſpiceret: manus illius, ſtudiáque juxtà, terreſtribus occalluêre curis. Neque defuerunt, ne primis quidem illius annis, occultorum ſemina vitiorum; jam tum velut cacumen ſenſim, & herbam, oſtendentia, quæ cum annis olim, ac robore conſuetudinis, in perniciosam maturitatem erumperent. Hujuſmodi fuerunt; avariùs ſordidiúſque comparcere: tenaciùs avidiúſque congeſtis incubare: cuncta

Digitized by Google

ƈta ſibi, nihil cæteris, indulgere: non pluris *Numen*, quàm, *Imperium alienum, & coactum*, facere: fraudes in pectore componere; compoſitáſque, verbîs, malè cohærentibus, in ore contorquere: ſtudere ventri, palatíque voluptatibus; inter ſacra profanáque, propter æternorum incuriam, nihil diſtinguere. Denique, quod *Apoſtolorum* dilectiſſimus, ſuper eo, pronuntiavit: deprehenſus jam tum erat, *Ex MALIGNO Totus eſſe compoſitus.* (*b*) Sed, pravorum illi morum caput, & ad interitum præcipuus callis erat, Odium in Abelem; eodem progenitum utero, quo fuerat ipſe; non eodem tamen partu: quippe, natu minorem. Illius feralis, &, *inter homines, omnium primæ, ſimultatis*, & Inimicitiæ, cauſſas occaſionéſque, quàm potero, compendioſiſſimè ſub aſpectum dabo; nequis, Repente, nullóque graduum ordine, prolapſas in tam enormem immanitatem fuiſſe, putet, *Homicidarum* omnium *anteſignani* manus.

III. Ac primùm omnium, diverſum fuit utrique, vitæ negotiorúmque ſtudium: diſtincta parandorum quæſtuum, ac ſocietatis humanæ, ratio. Nam Cainum (ſicuti memoravi) telluris, vel manu, vel bobus, exercendæ, labor ad ſe trahere; per operis aſſiduitatem par-

tæ facultates, & in horrea repoſitæ fruges, oble- ctare: cupiditatis, poſt multa poſſeſſa, plura poſſidendi, dulcedo glutinoſa captivum tenere. Talis *Cainus* erat, cùm eſſet adhuc in patria poteſtate, filiúſque familiâs. Poſtea verò longè magìs; ubi primùm extra parentum oculos atque leges agere cœpit. Namque, ſoboleſcente jam tum, per propaginis incrementa mirifica, mundo; familiam etiam ipſe, ſub tuguria coactam, inſtituerat alere: ductáque, nullâ tunc repugnante lege, Sororum ſuarum quapiam; ex ea liberos, utriuſque ſexûs, tollere. De *nomine* conjugis Cainææ, variant auctores: Epiphanio *Saven*, (*c*) *Aſuam* Cedreno, (*d*) Matthæo verò Toſtato, cum potiore ſcriptorum parte, *Cálmanam*, eam nominantibus. Cæterùm, de vocabulo quidquid ſit; ex uxore Cainus, brevi tempore, filiorum, ac filiarum, multitudinem procreavit numeroſam: nec eorum, quæ pertinerent ad domeſticam (ut tum res erant) potentiam, quidquam prætermiſit; excepto caſto *Numinis Timore, ſinè quo, quisquis habet omnia, nihil habet.* At Abeli contrà, Deo totum eum ſibi vendicante, planè diverſus amor. Hujus, poſt cœleſtia, ſecundum erant ſtudium, Oves, & agni: pratorum, paſtionis, velleris, lactis; & indè caſei, fœturæque

Ruina Caini.

Digitized by Google

que gregariæ, ſobria ſollicitudo. Procùl erat illi, Divitiarum anxia cupiditas. Ovilia, caulæque, *modicæ*; *ſed mundæ*: ſomnus, & vigiliæ, non ad ſuum, ſed gregis ad commodum, attemperatæ. *Vita* denique, ſimplex; &, *cujusmodi Paſtorem decet*, *Innocens*. Conjugium autem, illiúſque fructum, admiſeritne, ſicut frater; nécne: non habeo, quod affirmem; negantibus aliis, aliis negata refellentibus: & ſanè, vetuſtiſſimorum ſcriptorum monimentis, inter ſe, nec gravitate fidei, neque numero teſtimoniorum, aut rationum pondere, multùm diſparibus. Mihi potiùs, in medio totum illud relinquere, prudentiæ videtur: ne, divinis hîc ſilentibus libris, nos *divinationibus* potiùs, quàm *rerum certitudine*, tempus conteramus; ac, poſt multam garriendi moram, nugas, & *actum, agamus*. Id interim, quidquid de conjugio ſentiamus diſſentiamúſve, nemini video dubium: diſcretis utriuſque fratrum mapalibus, ac familiis, eos vitam agitâſſe. Differebant igitur tectis: ad quam *vivendi diſparitatem*, quæ *malignis mentibus faciles ſolet ad diſſenſum ſcintillas excutere*; potior acceſſit alia disjunctio: *Morum*, inquam, *diſſimilitudo*: *quæ diſcordiæ ſedes eſt*.

IV. Fuit enim Abeli, jam olim à teneris, inge-

ingenium come, placidum, manſuetum, ac placabile: fictionis omnis, quàm animô neſcium, tantùm à vultu, vel habitu frontis, abhorrens. Facies, pudoris ac verecundiæ tincta purpurâ: mentis indoles, in Deum, affectu toto prona, profusáque. Majorum reverens; fratris amans: niſi, quòd æqui verique ſemper amantior. In ſumma; talis prorſus, qualis, divino poſtea Chriſti præconio, multa poſt ſæcula, proclamari meretur, *Juſtus*. At in Caino contrà, vel nullus animi decor, & habitus, egregius: vel pigmentis, pravitatem cælantibus, fucatus genius; & in *Pectore*, *vitiorum omnium ſtabulo*, nec uni quidem *virtuti veræ* locus. Animus, *malarum artium*, tam *promus*, quàm *condus*: per omnia denique, non alius, quàm, qualem ſuprà deſcripſimus; & multò deterior. Sed tamen, in tam copioſa malorum morum ſemente; tanquam exſuperans lolium, eminebat, Supremæ majeſtatis, primò quidem neglectus: pòſt, etiam contemptus, ac malè diſſimulatum Odium. Ex hoc, præceps homini nefario prolapſus, ad humanas quoque ſimultates, & exagitationes, enatus eſt. Cúmque germanus interim, è diverſo, quæſitiſſimis (ut factu dignum erat) honoribus, cultibuſque, proſequeretur Deum: id ipſum ſcilicet,

Digitized by Google

cet, converſâ vice, Caino gradus fuit ad ſummæ nequitiæ verticem: quod fuerat Abéli, progreſſus ad Supremæ Juſtitiæ conſummatum triumphum. Utriuſque porrò Fratrum diverſiſſimas, in tractando Deo, vias, & habitudines, in plena tandem luce conſtituit, iſta, quam nunc memorabo, *Sacrificiorum* occaſio.

V. Sollemne Caino fuerat, & Abeli, ſimulac adoleverant, ex infantiæ, pueritiæque primæ, crepundiis educti: non ſolo rationis ac naturæ conſiliô, ſed piorum quoque parentum exemplîs; temporum, ac menſium, certis quibuſdam intervallis, ac deſtinatis ad id locis, Adami Patris denuntiationibus indicta *Sacrificia*, frequentare. Sub iis, cæremonias, ac mentium ſtudia, geſtibus etiam corporum, pro diverſa, vel hujus, vel illius, ad religiones propenſione, multóque magìs, victimarum genere, declarare ſatagebant. Poſt hæc, procedentibus adoleſcentiæ, juventutíſque, puberibus annis; aliquid in medium, etiam ipſi, de ſua copia, vel induſtria, conferre; ne perpetuò, ſumptibus tantùm alienis, eſſent in cœlum liberales: donec, diviſis, uti dictum eſt, Caini Calmanæque connubiô, fratrum facultatibus, atque familiis; ſuas uterque ſibi ſeorſim conſtituerunt, & domos, ac focos, & aras, ararúm

Ruina Caini.

ararúmque loca. Sed locorum quidem, in quibus adolebant, haud ità magna duobus illis intercedebat diſtantia: quò minùs, quibus uterque ſucceſſibus litaret, ab alterutrô deprehendi poſſet alter. Ipſarum autem, quas offerebant, hoſtiarum, ac munerum, in oculis Cœlitum, immane quantum erat diſcriminis intervallum: ſicut & meritorum. Fratrum namque junior, quoties per victimas Deo ſupplicaret; ex animo liberalis, decernebat ipſe ſecum: Numini Ter Optimo Maximo ſacrificandum eſſe, *quidquid Optimum* ipſe *maximúmque* poſſideret. Eam igitur ob cauſſam, ovium, arietum, agnorúmque, non, niſi præſtantiſſimos lectiſſimóſque, cum opimiore carnis adipe, mactabat; ac cremabat. & hoc ipſum, numerô, non parcô, (*e*) Major natu, contrà, mentis reſtrictæ tenacitate; cùm frugum, fructuúmque, terrâ, vel arboribus, editorum, electiſſima quæque ſuíſmet deliciis, & annonæ, ſepoſuiſſet: illud, quod ſupererat, *DEO* (ſic loqui liceat!) *tanquam ſupernatantem bullam deſpumabat*; aut, *velut in fundo reſidentem amurcam*, ſacram eſſe jubebat; cùm *oleum* ipſum priùs ſibi recondidiſſet. Id volo dicere. Siquid Cainus, in ſtipulis frugum, inane, macilentúmque; ſiquid in Pomis, vermi-

culô

Digitized by Google

culô vitiatum, aut ad menſas ignobile, reperiſſet: id, egregius cœleſtium æſtimator, Numini ſcilicet obtrudebat. Hanc ſacrificandi conſuetudinem, cùm, multos uterque per annos obſervâſſent: proceſſu temporis, incrementis eam notabilioribus auxerunt. Eapropter, *diſcretos* utriuſque Divinitatis *cultus*, *diſcreta ſunt præmia conſecuta*.

VI. Super ABELIS namque victimas, & *omni victimâ præſtantiorem, animi religionem*; divinus ex alto favor oculos advertit. Et, quoniam induſtriam iſte, pietatémque ſuam, magìs ac magìs in dies intendebat: cœpit invicem & Deus, bene penès ſe locatæ liberalitatis, ſignificationes clariores expromere: ſuper immolata, priuſquam humanâ manu ſubderetur ignis, *de cælo flammam* jacula[illegible]o. (*f*) Neque deſunt, quibus perſuaſum ſit; medios inter ſacrificiorum ABELIS Ignes, *Leonis* quoque reluxiſſe formam: præſagium quoddam, & oſtentum prævium, LEONIS illius; qui, *tribu* quondam *Judæ* naſciturus, ſeipſum, pro ſalute generis noſtri, voluntariam eſſet hoſtiam, *in Ara Crucis*, impenſurus. (*g*) Id utut eſt; in nulla *biblicorum* teſtium luce, reíque geſtæ tantâ vetuſtate: ſicut, affirmare, religioni mihi fuit; ſic, prætermittere, pudori:

ne

Ruina Caini.

ne gentis Hebrææ *Traditiones* antiquas in ſolidum ignorâſſe, videri poſſem. Quas idcirco, quoties locus poſcet, nec in cæteris quidem id genus *Antiquitatibus*, intactas præteribo: fidem tantiſper ejusmodi rerum, ſuis potiùs auctoribus; quàm utcunque prodita, ſub ſilentio relicturus. Sed interim iſta quidem, cùm, de *flammæ Simulacro* Leonino, controverſa ſint; de *Flamma* tamen ipſa, vix ſunt: quippe, ſcriptorum veterum numeroſam aciem, in teſtimonium, adepta. Quod teſtium argumentum, tantò robuſtius haberi, par eſt; quantò, ſubſecutis etiam ætatibus, crebriores fuerunt *Sacrificiorum* ejusmodi cœleſtes *Ignes*; in *Patriarcharum*, & Moſis, & Manuæ, patris Samſonis, ac Salomonis, & Eliæ, ſupra Carmeli montem, altaribus: qui luculentum ſemper exiſtimati ſunt, divinitus approbatæ pietatis, argumentum. Hæc porrò divini favoris, in Abélem inclinantis, nota *flammea*; cùm, ſtatìs annorum, ac Sollemnium dierum, recurſibus, huic ſoli, non autem & alteri, remearet: homo, cui tale quidpiam ne per favillam quidem, aut fumum, obtingeret; *fraternæ felicitatis* in *Invidiam*, ac clandeſtinam deteſtationem, eſt prolapſus. Cúmque toties, in tanta *Sacrificantis* utriuſque propinquitate ſan-

Ruina Caini.

ſanguinis, ac locorum quoque viciniâ, prodigium illud innovaretur: & Cainus dolore ſpectaculi, tantùm ſibi moleſti, quantùm germano ſuo glorioſi, pæne diſrumperetur; ulteriùs ægræ mentis ulcus continere non potuit; quò minus id & in propatulum denique proferret. Infeſtus igitur illi, quem ex omnibus amare maximè debuerat; primùm omnium oculos & animum à Divinis, dein, & à fratre, dejicere cœpit. Obſtippo capite, fronte corrugatâ, vultúque truculento, qui minas & ferociam ſolam ſpiraret, incedere; belluæ ſimilior, quàm homini. Jámque nihil, niſi *Terram ſuam*, reſpicere: *vindictámque* (nam *læſum* à fratre ſe putabat, quia nondum fratrem ipſe læſiſſet) mente volvere. pœnas denique, quoniam ab ipſo ſummo Numine non poſſet, cuj tamen inprimis iratus erat; à fratre ſuo, Numinis amico, dies ac noctes, expetere. *Tantus Rancoris eſt furor; ut vel in cælum*. quà poteſt, *bella meditetur*.

VII. At, præſcius omnium futurorum Devs; poſteaquam, hominis hujus præcipitem indignationem ſine magno patrato malo non quieturam, vidit: ſed, nubi ſimilem eſſe, quæ, tonitruúm longinquo murmure, fulmine ſe gravidam, profiteatur; animadvertit,

Ruina Caini.

ejus impetum in fratris tandem caput eruptu-rum. Igitur, mortalium quidem *omnium*, *ſed Amicorum præcipuè ſalutis*, *cuſtos*, *ac tutor*: non eſt arbitratus, infrà decus, ac dignitatem, eſſe ſolii ſui; ſpectabili tantiſper aſſumpto corpore, cœlô ſe demittere; CAINVMQVE, *centeſimum* tunc, *& undetriceſimum*, agentem *annum* (*h*), *virili* ſpecie, *Virum* alloqui. Quem opportunè nactus aliquando, digredientem ab aſpectu *Sacrificii fraterni*, ſolitis modis deſuper inflammati: frendentem invénit; &, ob pares favores ſibi conſtanter negatos, multa ſecum quiritantem: omnéſque poſthac victimas contumaciter ejurantem. Eum igitur adortus placidè ſuavitérque DEVS rogare cœpit; *Quid ità torvâ caperatâq; fronte, factos ad ſublimia contuenda vultus, in humũ, veluti pecus, defigeret? Cur, votorum ſuorum, & exſpectationis, irritus, indignationẽ adverſùs Cœlum; & in fratrem innocuum Odia, coqueret? Temerariè ſanè, parúmque ſapienter, ab eo ſperari Prodigia; qui, divinorum ſupinâ ſocordiâ, ne plebejæ quidem ac vulgaris gratiæ teſſeram aliquã promereatur. Longè verò, tum ſtolidius, tum improbius, eſſe; felicitatem ſuam invidere bonis, quos nolit imitari malus. Potiùs igitur, erigeret ſeipsũ: ſumptóq; melioris animi ſtudiô,*

Ruina Caini.

Digitized by Google

ſtudiô, Fratris religionem ſequeretur potiùs, quàm inſectaretur. Recepturum utiq; bona, ſi bonus eſſe vellet: ac præmia reportaturũ, non diſparia; niſi virtuti fraternæ diſparẽ ipſe ſe præberet. Hortari deinde non deſtitit; in concepti ſceleris meditatione ne perſiſteret. *Malorum ſtruem, in caput ſtructoris, totam eſſe relapſuram; quandocunque mentem ad nefas, irrevocabili malitiâ, firmâſſet. Id enim, ſimulac feciſſet; jam tum peccati punctum omne fore peractum. Jam tum, ex eo temporis articulo, peccati pœnas, velut ante fores, præſtolari: pœnarúmque futuræ vitæ ſatellitium ingens aliud, ſuppliciorum videlicet vitæ præſentis agmen, in veſtibulo ſtare præparatum. Pœnas illas, ac ſupplicia, ne dubitaret, quin, ſine retractatione ſententiæ, Vindici Juſtitiæ ſeriùs quondã, ocyúſve, daturus eſſet; quiſquis jus & æquum violaturus. Videret igitur, etiam etiámque, quònam rueret: &, quoad receptui locus eſſet, ad ſaniora conſilia mentem revocaret. Impellere quidem ad flagitium, importunas animi cupiditates: & Invidiæ dulcedinem amaram dominari ſolere: ſed tantùm, indulgenti. Quòd ſi verò reluctantem inveniret mentem; infirmum, ac nullum, in homine fore libidinis magiſtratum; univerſúmque futurum, ad recta, vel ſequiora,*

 ſectan-

Ruina Caini.

ſectanda, Liberæ Voluntatis Imperium. Ad facinus enim pravum, nullam cogi mentem poſſe: multò minùs, Invitam. Arbitriô cujuſque propriô, delinqui; non, alienâ violentiâ: proptereáque, facinus utcunque cecidiſſet, aut ſcelere cariturum, ſi conſenſus abfuiſſet; aut excuſatione, ſi repudium atque fuga. (i)

VIII. Talibus cum hortamentis dimiſſum Cainum, DEVS conſilio poſtea ſuo reliquit: quod in pectore tamen ſceleſto, mille dudum tumultibus perturbato, nec erat ullum, nec eſſe poterat; quippe, quod cæcis motibus, & impetu, non jam rationibus, trahi conſvêſſet. Neque mirum. Longus enim, & inveteratus nefariæ cogitationis uſus, in penetralibus animi radices defixerat: ætatéque, ſenſim robur, ac ſtirpem, adeptus inexpugnabilem; adversùs impulſus, divinos pariter, humanóſque, ſe præbebat obſtinatum. *Hæc nimirum vitiorum eſt, dura ferreáque lex. Semel inolitam, corroboratámque, malitiam, nullum imperiũ, nulla perrumpit aut perfringit, majeſtas. Solis futurorum tribunalium ſecuribus, atq; flammis, reſervatur.* Sub hujus igitur contumaciæ dirâ tyrannide conſtitutus Cainus; in omnia ſalubria, clauſis auribus; ad fas & æquum intuendum, obnuptis oculis; in illud

illud unum præcipiti ruebat cupidine, cujus deſtinatio ſemel inſederat animo: certus, id exſequi; tametſi, contra ſe, vires, & cœleſtes, & humanæ, cunctæ bellarent. Cæterùm, ſimulandi diſſimulandíque mirificus artifex; & iracundiam (quoad ſe tempus aperiret, ac facultas) premere cumprimis callidus: domum Cainus revertitur. Dein, inſtrumentorum, quod è ruſticanis maximè viſum eſt propoſito ſceleri ſerviturum, neſcio quod, in manus humeróſve ſumit. Fingit, ac præſefert, operis agreſtis neceſſitatem repentinam; &, à conjuge digreſſus ad fratrem, hunc, in locum eundem, in quo, laborem inſtare ſibi, mentiebatur, credulum, nihílque ſuſpicantem, trahit. Ibi tum, inter eundum, varios, ut fieri ſolet, ſermones alternantibus ambobus: Cainus, alias ex aliis querelas, adversùs elementorum ac ſiderum inclementiam, accerſitis longè cauſſis, innectere: rerum naturalium ordinem, & ſpem agrorum, ſæpe fallacem, culpare; non ſine tranſverſis, in auctorem Naturæ, criminatiunculis. Donec denique, malè jam tegens eluctaturum animi ſui rancorem, ac, ſuper hæc, ſperans; Abelem, fervore ſibi ſolitô, longiùs in propugnanda Numinis cauſsâ, progreſſurum; aperta, cœpit,

Ruina Caini.

Digitized by Google

& ex compoſito, rixarum ſemina jactare. Carpere proinde palàm, & inſectari, *divinæ gubernationis leges, & ordinem,* inſtituit. (k) *Toties ab Adamo patre, nec multò rariùs, ab Eva matre, jactari ſolitam, Altiſſimam quandam, ac rerum omnium directricem, Providentiã. Eam nuſquam tamen, aut, non niſi ſuperſtitiosè credulis, elucere; qui, quod nec videant, nec experiantur, mentis imagine fallaci ſibi pingant, quaſi vera; cùm mendacia ſint. Temerè res interim, incompoſitéque, cunctas agi, ferri, rapi, fluere: nec eſſe, ſupra mortalium capita, Quæſitorem ullum; qui, judice rerum humanarum oculô, fas aut nefas, meritum majus aut minus, in lance ponat, & expendat. Æquè negligi, præteririq;, qui Numini ſupplicent; quàm, qui, ſuppliciô digna, patrent. Cujus malè cohærentis Reipublicæ, regiminíſque, ſe quoque teſtem, exemplíque partem magnam, fieri. Tot jam per annos, tam crebris frugũ manipulis, tanto meſſium & autumnorũ ſuorum cum diſpendio, ſacrificantẽ ſe, præteriri: tanquam truncum, aut lapidem; ut quem audiat nemo, nemo reſpiciat, aut vel tenuiſſimo candidioris nubeculæ fulgore, vel oſtentô, dignetur. Quid ergò demum ſupereſſe, toto de DEO; niſi, caſſum nomen, &, omnis utilitatis ſterilem, opinionem? Sibi quidẽ certè*

certè perſuaſum ſedere; Ne Mundum quidem hunc, aſpectabilem, ab aliqua compactum eſſe manu; quam, DIVINAM, nominare placuerit iis, qui fabricationi non interfuerint ipſi; ſed tantummodo fidem, ſuper eâ, narrantibus, aut habuerint, aut ccnfinxerint. Rectiùs autem ſenſuros eſſe, qui ſecum credant; Orbem terræ, cum elementis, ac cælo, vel Fati quapiam neceſſitate, perpetuis retrò ſæculis, ſtetiſſe: vel, confluẽtibus temerè partibus, nexibúſque, coaluiſſe. Multò minimè verò ſe, poſt talia, de Numine, commenta pro meritis ſuis exploſa, deinceps ſuper aliâ quapiam, poſt hanc vitam; vitâ, ſollicitum futurum: ant in animum ſuum admiſſurum eſſe Spem, ac metum, æternorum; ut vel pro rectè factis, Præmia, vel, pro ſecus geſtis, pœnas, exſpectaret. Ad Summam! Illud, quod parentes ſui toties jactarent, ſine fine Regnum, ſeu Juſtitiæ, ſeu Miſericordiæ, ſe pro næniis habiturũ, ac pro ſtolidâ fabularum narratiunculâ. Quapropter, iret ſanè germanus ſimplex: ac, ſuis ſtupidior gregibus, mactaret Oves illis, quæ casù fortaſſe nubibus excidiſſent, Flammis. Se quidem in poſterum, ſui duntaxat, & non alieni, futurum eſſe juris: ac, quàm procùl vindice patronóve; tam procùl metu, ſpe, ſuperſtitioſíſq; ſacrificiis, ætatem acturum.

Ruina Caini.

IX. Hanc Orationem, impietate ſacrilegâ refertiſſimam, Abel ſanctiſſimus, omni mentis oriſque contentione, refutandam ſuſcepit. (*l*) Principiò tamen, inſito pro more, mitiùs nonnihil furioſum aggreſſus: admonere cœpit hominem, tot jam annis bene continuatæ, conſuetudinis immolandi. *Quid ità verò, parùm ſapientî decreto, tot adorationes, cæremonias, impenſas, ac ſacrificiorum apparatus induſtrios, unico jam væcordiæ præcipitiô, ſubverſum iret? Profectò quidem, ſi rectè quondam frater credidiſſet, iſta talia Numini, non Numinis ſimulationi, tribui: manere nunc quoque Deum eundem; & illius reverendi cauſſas eaſdem. Aut, in nulla penitùs re, parentibus, vitæ principibus; aut in hoc præcipuè, deberi fidem: ut, illis affirmantibus, credatur eſſe DEVS; à quo facti, productíque ſint: qui ſeipſos utique non fecerint, non creârint; alios autem natalium ſuorum auctores, nec oculis uſquam, nec auribus, acceperint. Quòd enim ex eo Cainus colligat, eruditéque concluſum putet; Ideò Providentiam non eſſe, temeréque cuncta fieri, ferri, rapi: Quia non Eluceat; videret, enimvero, ne ſic, nec Animum quidem ſpiritúmque ſibi, nec Cor ineſſe, vel viſcera corpori ſuo, probaret. nam, & illa non aſpici, neq; contrectari.*

Ruina Caini.

Digitized by Google

Quòd autem quereretur; Non adjectos fuiſſe ſacrificio ſuo divinos oculos; nunquid non iiſdem eum verbis, & negare Deum, &, vel invitum, confiteri; cujus tantopere favorem & approbationem deſideret: Quòd tamen interim victimis ſuis flamma cæleſtis obtigiſſet; Cainæis autẽ defuiſſet: numquid, ex hoc ipſo, non clarum eſſe; Providentiam, atq; Numen, regere terras? & ab omnium inſpectrice Juſtitiâ provenire diſcrimen illud; ut, quæ non tantùm à mergite frumenti noverit pinguem Ovem, ſed etiam, à pectore pectus, & à merito meritum, ſecernere? Se quidem in ſemetipſo, nec jactare quidquam, nec agnoſcere, cujus cauſsâ tantis Altiſſimi beneficiis dignus cenſeri debeat: multò verò minùs, cur germano, majore natu, ſibíque chariſſimo, minor ipſe, præferri. Quædam tamen quibuſdam, ab illa, rerum omnium perſpicaci, mente, præ; quædam pòſt, haberi: colligi profectò, diſparibus ex eventis. Sed, hæc ab humanis ſuſpicionibus in judicium, aut cenſuram, trahi; non utique laturum eſſe, vel auribus æquis, vel oculis, eum; qui Solus, &, è ſummo tribunali, rerum agendarum ſit arbiter. Quòd ſi tamen, ſuper his ipſis arcanis agendorum conſiliis, & in Divina curia decretis, aliquid conjecturis humanis loci relictum eſſet: ſatìs utique, ſic quoque, liquere

poſſe: cur, ſuper alterius hoſtias incendio Cæleſti cadente, præterita tamen fuerint alterius Sacrificia: quantumvis concipiendis flammis aptiora? Nimirum; in compendium (inquit Abel) *cogam hanc omnem diſputationẽ noſtram, A Deo non tam Sacrificans æſtimatur, Caine; quàm Sacrificantis animus, atque ſtudium. Bonâ tuá, mi frater, veniâ dixerim! Jam tu pridem, etiam mihi, ne dicam, Deo, tetricus, ac demiſſâ, tam aure, quàm fronte, procedere videbaris, ad Divina. Scis autem; Inviti beneficii, nec inter nos mortales quidem, vel gratiam eſſe, vel ſaporem. Tolle porrò, tolle, de ſermonis humani, cunctâ memoriâ, verba, quæ modò, ſpumãtibus buccis, evomuiſti:* Dei caſſum nomen, ac ſterilem opinionem. Fortuitò, non, Divino molimine, conflatam hanc mundi machinam, atque ſtruem, eſſe. *Nam, ſi tu patri matriq́;, totius Orbis conditi ſeriem crebrâ narratione repetentibus, ideò detrahendam fidem putas; quòd ſingulorũ productioni non interfuerint: teipsũ ergò (nam ratio par eſt) Adami filium, & Evæ, nega: quippe, qui te genitũ ab his, & conceptum natumq́;, nec víderis, nec meminiſſe poſſis. Eſt igitur profectò DEVS: eſt Univerſitas iſta rerum, Opus Dei!* Quæ cùm, vel maximè, non ore minùs, quàm, incenſo ſpiritûs impetu, diſſereret ABEL, divinæ cauſ-

cauſsæ ſuſtentator: campum paullatim ingredi tentabat ſpatioſiorem, *De Juſtitia Numinis, déque Clementia: De pœnis, præmiíſque, vitæ futuræ piorum, ac pravorum.* Præcipuè verò ſe totum, *in Dei Judicis æquitatem*, & *incorruptum tribunal*, torrentis inſtar, effundebat, ripas egredientis. Quid eſt enim, in quo tardiùs ſiccari debeat humanæ facundiæ flumen; quàm, *in Bonis, opibúſque, Dei* commemorandis: earúmque religioſo patrocinio ſuſcipiendo? Sed videlicet jam dudum infenſus ac truculentus auditor, *Cainus*, ut, qui nihil aliud, quàm hanc ipſam aggrediendi ſceleris anſam, quæſiſſet; *Tace, tace, tandem* (exclamat) *ô nugator odioſe! Fabulam Fabulâ firmas: & id, quod eſt adhuc in quæſtione, tu, pro cauſſæ tuæ fulcro, ſtatuis. Ego verò, tam nego, quàm nolo, DEVM.* Intérque dicta, dum JUSTUS ille, pro cœlo Numinéque, *verbis* adhuc pugnat, ipſe *verberibus* bellum finit: & elatum altiùs, quod manu geſtabat, qualecunque telum, in *Martyris* ac *fratris* cerebrum; mox, & in pectus, profundè validéque demittit. Ità, geminatîs iterum iterúmque plagis, & diſputationem ſimùl, & vitam diſputantis, claudit. Ac *Corporis* quidem cæſi ſanguinem, largiſſimo fluitantem rivo, tellus excepit: innoxium

xium autem ABELIS *ſpiritum*, deſtinata longæ quieti, *piorum* amplexa *Sedes* eſt, ſubterraneis in locis: ubi, corpori, plurima poſt ſæcula, reddendus, *Chriſtum* præſtolaretur *liberatorem*; ac *cœlum*, *Innocentiæ ſuæ præmium*. Cæterùm, de cædis genere, non ſum neſcius: diverſorum invaluiſſe diverſas opiniones. Et *Rabbini* quidem, in libris ſuis *Maſorethicis*; Caini morſibus, tanquam dentibus caninis, ABELEM eſſe laniatum, tradiderunt. Quæ mihi narratio, non tam, in rei geſtæ *veritatem*, videtur intenta; quàm in homicidæ *ferociam*, ac *furoris naturam*, fuiſſe: quippe, *cuj telum*, *in media rabie*, *plerumque magis illud placeat*, *quod proximum*, *& inteſtinum*, *eſt*. Quid autem *Irato*, tam eſt in promptu; quàm *dentes*, & ungues? Aliis, probabilius apparuit; in collum injecto fune, fuiſſe ſtrangulatum. In quo lethi genere; neceſſe tamen fuiſſet; copioſum è gutture cruorem expreſſum: quem defluentem terra biberet. (*m*) Quibuſdam verò, viſum fuit; ſaxis oppreſſum, per agrum illum temerè ſparſis, (*n*); aut, percuſſum pecudis alicujus, caſù repertâ, mandibulâ: cædis inſtrumentô tali, quale, multis pòſt ætatibus, Samſonem etiam armavit, in *hoſtium mille* cladem. Nec deſunt; qui gladio (*o*), quíque falce (*p*), quíque

Ruina Caini.

que furcâ (quid eſt autem minùs credibile?) ſublatum *Abélem*, ſuſpicentur: repertis utique jam tum, Adami ſolertiâ, priuſquam *Tubalcaínus* naſceretur, ligni, ferríque, variis utenſilibus. Equidem, omnibus telorum generibus antetulerim, obvium quodvis, & apportatum domo, ruris inſtrumentum: quod ferrô, foſſionis arationíſve cauſsâ, præfixum eſſet. Etſi *magnopere non intereſt, cùm facta cædes eſt; ferróne ſpiritus*, an ligno, vel oſſe, ſit expulſus? *MORS enim viis omnibus acerba venit.*

X. Homicidio ſic patrato; nonnulli, figmentorum, quàm judicii ſani, feliciores: veritatis audaciſſimâ proditione, parentes Abélis introducunt, funus curantes. Eos, ajunt, rixâ primùm, & alternis fratrum jurgiis, aures pulſantibus, attonitos; exſpectâſſe certaminis illius exitum. Paulò verò pòſt, *Abelis*, jam proſtrati, ſupremis, ac moribundis, clamoribus excitos; ad locum cædis, curſù contendiſſe. Dilapſo verò tanti ſceleris auctore: jacente tamen interim, in medio, cæſi cadavere; póſtque ſolertem inſpectionem agnitô: tum enimvero, facundum Adamo genitori *Leſſum*, ac miſerabilem Evæ genitrici *Lamentationem*, circumponunt: Miracula nimirum, ac ſtuporem, *ex Primi funeris*, in orbe,

con-

Ruina Caini.

conſpectu. Poſt hoc, non immeritum utique, vel audientibus tantùm, lacrymarum argumentum; introducunt: *jacentis* videlicet, per ſingulis corporis partes, & artus, *contemplationem:* & quidem, nec hanc incredibilem, ſi verè jacuiſſet in oculis Cadaver. *Suo ſatu ſanguinéq;, nuperrimè tam dilecto, tã amabili; nunc autem vitâ lucéque caſſo: tam informe Spectaculum Orbi terrarum illatum eſſe; nunquam antehac, patriis ullis oculis, objectum. ABELIS, unicè chari, collapsô trunco; mole cadaveris immotâ; porrecto brachiorum, ac pedum, in nullam jam utilitatem, rigore; fluentibus in ſqualorem artubus; reſtrictis in contractionem digitis; ſuccidentibus in caliginem palpebris; & oculorum ſepulto lumine; ſurgentibus, horrore funeſto, perturbatíſque, capitis pilîs: luridâ, pallorem inter, & nigredinem, vultûs imagine: quid ſupereſſe tandem, niſi,* Vitâ functum Hominem? *Et hoc igitur eſſe, dicíque; MORTEM: quam veluti vocem fabuloſam, mendax Serpens ? eluſerit? Sic igitur* Oculos aperiri? *Siccíne videri, ſic* ſciri, *ſic diſtingui,* Bonum, ac Malum? *Itáne fieri promiſſos illos* DEOS? *qui Delicias nôrint, quas vix delibârint: miſerias autem humanæ vitæ, toties deguſtent, quoties halitũ trahant? Ea ſcilicet omnia mala, debere ſe cruditati Pomi, nec in*

in eum quidem adhuc diem concocti: duraturâ ſemper amaritie, quamdiu duraret ævum. Videlicet, hac ſolâ mercede, de vetita ſtirpe ſe miſeros carpſiſſe fructum; ut ederent *ad temporis punctum: & edentes, in perpetuum nihil* eſſent. *Id videlicet ingluvie ſuâ ſe conſecutos: ut, poſt longum, malóque vivax, ævum, unico demum Spiritûs aufugientis articulo, de* morientibus *diceretur*; Ad Plures ire: *de* Mortuis *autem*; Uixiſſe! *Fructum hunc igitur, totius eſſe mortalitatis*; aliquando Fuiſſe: *deincépſque*, Nihil Eſſe. *Quòd ſi tam fœdè, funeſtîs ſuis Sacrîs, caput Abelis innoxiũ initiârit dira moriendi neceſſitas: quot igitur, &, quàm truces, manere mortes, duo capita, duáſque gulas illas; quæ pœnarum omnium Humani generis ſe præbuiſſent conceptacula?* Talia, ſimiliáque talium, genera lamentorum comportant illi, quos diximus; ingenioſi magìs, quàm circumſpecti, declamatores: cum gloria fortaſſis, atque plauſu; ſi modò verè, dilapſum ſtatim eſſe *Fratricidam*, & in propatulo deſtitutum *Abélis* cadaver, docere poſſent. Nunc autem, vel non legerunt; vel lecta, ſacris in voluminibus, minùs expenderunt: cùm ſanè meminiſſe cum cura debuiſſent; *non Occidentem, ſed Occiſum*, conſpectibus humanis *fuiſſe ſubtractam*: eáque cauſ-

Ruina Caini.

cauſsâ, Deo præbitam interrogationis anſam; *Ubinam eſſet ABEL? &, cur nuſquam locorum comparéret?*

XI. Etenim, Naturæ, potiſſimúmque Numinis, inſtitutô rectiſſimo, ſic perpetuò comparatum eſt; ut ii, qui ſtupenda facinora perpetrârint, omnium primi, conſpectu flagitii, ſtupeſcant ipſi: poſitíque, modô quodam, extra ſeipſos, admirentur, intrà ſe, malitiæ, quam in ſe ſuſcepêre, fœditatem. Ad eum igitur morem, & Cainvs, abdito raptim interfecti corpore, dubium poſteritati reliquit; In puteóne, vel undâ præterfluente, fratrem: an ſub lapidum alicubi tumulis; an in vicino quopiam fruticeto, vel arbuſto, recondiderit? an potiùs denique (quod mihi propiùs fidem eſt) extemporali conſciorum agrorum apertâ foſsâ, per tumultum ac feſtinationem, humárit: &, injectis ſegetum herbis, ac quiſquiliis, occultârit? (q) Quidquid is, & quoquo pacto, rem egerit: vicinis circùm *locis*, ſicut *homicidarum* plerique ſolent, *tanquam admiſſi facinoris conſciis, ideóque cuſtodiendis*, anxiè cœpit, meditatéque, circumire reus. Et nunc quidem odii, per cœdem exſaturati, peſtiferâ voluptate mœſtus, oblectari: nunc autem, mordente mentem enormitate criminis;

nis, ſupra fidem humanam euntis; inter animi dejectionem, & audaciam, medius, conflictari: prorſus denique conſiliorum incertus agitare; ſéque pariter, & eſſe ſalvum, & perditum, velle. Tenuítque ſtatus hic obambulantis, inter utrumque fluctuans: donec, omni denique devorato juris, & officii, reſpectu; mentem armavit, obfirmavítque frontem: certus; Pro culpa ſuâ, nec mortalium cujquam, nec ulli cœleſtium, obnoxius fieri. Quare, Deo mox, aut, ſiquis Dei vicem *Angelus* tunc explevit, ad ſceleris confeſſionem, ſalutarémque pœnitentiam, exprimendam, interroganti; *Frater ubínam eſſet, Abel?* Cainus, non protervè minùs, quàm, impudenti cum mendacio; Se Nescire, reſpondit. & id, abſque mora. Scires, eum, ad præfractè negandum, ex meditato veniſſe: frontíſque callum, induiſſe magìs, quàm, metu ſciſcitantis, memoriam facinoris exuiſſe. Quo, brevi licèt, & unico, ſermone, ſatìs ſupérque ſuam declaravit impietatem, vir exſecrabilis: ſive, cædis admiſſæ negatione, *Fallere ſe poſſe Divinam Scientiam*, ſperârit; ſive, ſeu ſciret Devs, ſeu quid horum ignoraret, inſupèr habendum ſibi duxerit, eum, vel decipere, vel aſpernari: Divinitatis abominando ſanè contemptu!

Ruina Caini.

Digitized by Google

Sed hunc auxit ſacrilegus; quando ſuperbo mendacio contumaciam inſuper adjecit; *Numquid* enim *Cuſtos*, inquit, *ego ſum fratris mei, vel pædagogus? num operum illius, ac negotiorum, arbiter? aut latebrarum hominis obſervator, & excuſſor?* (*r*) Ea nihilominus, quantumvis extremâ, tumidè reſpondendi formâ, ferociâque; necdum ad noviſſima Judex, in reum, exempla decernenda, concitatus eſt: ſed, citrà fulmen ullum cœli, non tamen citra fulmen verborum, ac ſententiæ, nebulonem aliquantò pluribus alloquitur: &; *Quid, ac quantum, in te furoris* (inquit) *ſuſceperis: quæ fovea, fratris occiſi malè tumulata membra, cum ſtillantibus etiam nunc plagis, abſcondat: non eſt opus indagine laborioſa. Tametſi, nequid ignores; confeſſio facinoris interim, etiam interrogatione provocata, quin & à reo, quantumvis horrente confuſionem, expreſſa: valuiſſet ad ruborem; rubor autem, ad ſalutarem mœrorem, delictíque veniam, eliciendam. Nunc autem inficiaris id, quod feciſſe, vel Solis oculo teſte, convinci potes. Te miſerum! quid feciſti? vel, qua fronte negare coram DEO ſuſtines; quod tute tibi, tumultuante ſemper, obſtrepentéque, conſcientiâ, narras? Occidiſti furioſus: & occidiſti, non hoſtem, ſed amiciſſimum; non exterum, ſed, uteri-*

uterinò contubernio tibi conjunctum: non ſontem, aut ullà pœnâ dignum; ſed innoxium, ſed JVSTVM, ſed omni genere, familiáque veſtrâ, mihi commendatiorem. Quid dicam autem; quòd ne ſimplici quidē, aut ſiccâ, vel unâ, morte, nil repugnantem ſuſtuliſti? Tanquam canem rabioſum, aut ferocientem bovēm, mactâſti crudeliter: exturbâſtíq; ferox, unà cum ſpiritu, ſanguinem: ac, quantum in te fuit, repetitis aliquoties ictibus toties trucidâſti, quoties perculiſti. Pro quibus tu factis, quid tandem exſpectas? Imbuiſti primus, & contaminâſti, cruore, latè reſtagnante, virginem hucuſq; terram, ac funerum intactam. Omnium ergo prima Tellus, ex tè pœnas expetitura, vindictam tibi revomet; quippe recenti fratris etiamnum ſanguine madens, & ebria. Sic ipſe Cruor; ſic innocui capitis, adhuc hiantia, vulnera; ſic æternæ Juſtitiæ leges inconcuſſæ, volunt, & urgent; indefeſſô, cælúmque perrumpente, quiritatu, VINDICTAM, POENAM, SUPPLICIUM, *expoſcentes. Nunc igitur, hæc, ad hunc uſque diem, utcunq; ſemper, ac ſupra meritum tuum, morigera tibi terra, dirîs devota meis, ſui juſtiſſimas exſecrationes, in te, laboréſque tuos, vertat! Hæc te, quaqua verſum ambulantem, ut nequam pondus, invita ſuſtentet: premíq; tuo carnifice pede, quo fratrem calcâſti,*

Ruina Caini.

câſti, cum fremitu dedignetur. Labores tuos, quantumvis aſſiduos, contentos, & improbos, improbior ipſa, fallat: ſuíque culturam, incivili ſterilitate; ſementem verò, tribulis atque ſpinis; & anni ſpem, lapparum dumorúmq; barbarie, remuneretur. Ad ſummam! Hujc dexteræ tuæ, fraterni ſanguinis ſicariæ, nihil cum clementia glebæ, nihil cum agrorum gratia, ſecundúmque vota, ſuccedat! Ne tamen fortè, ruris unius, aut alterius, intractabiliore fundo deprehenſo; novales, & campos, prioribus humaniores, meſſi-tuæ ſperes, & inquiras: neu ſementis ſuperioris diſpendia, ſubſequentium æſtatum proventu ſtabiliore conſoleris: tibi, Caine, vaticinor; Extorri, vago, nuſquam certas ac fixas ſedes amplexuro; quin & hujus ipſius, in qua nunc hæres, ſtationis impatienti; nullum diu, non ad agriculturam modò, ſed nec ad coloniam, placiturum eſſe fundum: aut orbis oram. In media Terra, terram quæres. Hoc ità ratum eſto!

XII. Hæc Dei fuit, ad *Cainum*, oratio: non increpatio magìs, quàm Oraculum; ſine fructu tamen, ac profectu, datum, & conſumptum. Immò verò, quæ verba reum, ad veniæ curam, ac culpæ deprecationem, exſtimulare debuerant: ea, monitis his indignanti, converſa ſunt ampliorem in noxam. Evénit

Ruina Caini.

nit enim id, quod in Equis aliquando, necdum edomitis, etiam poſt multum fruſtra ſuſceptum mitigationis laborem, evenire videmus: ut cadant priùs, & in caſum trahant; quàm tractanti morem gerant. Eos, nec plauſibus, aut poppyſmis; nec blandâ manuum contrectatione, manſuetiores efficias. In contrarium autem ſi tendas; &, vel leviter impreſsô calcari, pungas: prorſus in furorem vertas. Et vidi, qui ſeſſori, capiſtrum injecturo, rictúmque propterea diducenti, calcibus, ac totius rebellione corporis, obſiſteret: impetúque retrorſum ſaliens, potiùs linguā (quam manu domitor apprehenderat) à radice gutturis avulſam, in vola relinqueret: quàm contumaciam ſuam, in obſequio. Pari planè modo, *Cainum*, non placida nuper Numinis adhortatio reduxerat ad frugem: & nunc, aſperior aliquantò, ſceleris exprobratio longè reddidit efferatiorem. Namque, *Majorem eſſe*, faſſus, *quàm, quæ veniam mereri poſſet, ſui facinoris Immanitatem*: apertè deſperavit. Quo, quidnam in omni malorum omnium confluge, poteſt eſſe pejus? Quin etiam, ſiqua fides eſt Abenezræ Rabbino (*s*), Cainus *Pænæ gravitatem*, quam ei Deus indixerat, humeris ſuis intolerabilem eſſe, calumniatus; miſcere deſpera-

Ruina Caini.

tioni querelas, & expoſtulationes, eſt auſus. Ac, de *clementia* quidem, gratiáque, Judicis, abjectâ (tametſi ſine cauſsâ verâ) *ſpe*; non *Cæli* movebat illum jactura; non Inferorum ſupplicia ſollicitum reddebant. Securitati tantummodo *vitæ præſentis* conſulere, certum ac deſtinatum habens; non ſine Divinæ comminationis invidiâ, velutíque crudelitatis inſectatione tacitâ, ſuos metus, & periculorum crebros aditus, Judicis auribus ingerebat. Namque *formidare ſe; ne, proſcriptus jam, & ultimas in oras exturbatus, tanquam Divini conſpectûs horror quidam, ac faſtidium: neque Numinis deinceps, neque mortalium cujusquam oculis, tutò ſe committeret: ſed, quibuscunque tandem latebris, & quandocunque, digreſſus, ad vitæ victúſque neceſſitudines, ab Obvio quovis, homicida tam diffamatus, obtruncaretur. Nam, cui dubium,* (inquit) *eſſe poteſt: quin me, quisquis invenerit, occiſurus ſit?* Ea *Caini*, tam ſolliciti, verba, de *multitudine* vindicum homicidii; ſunt, qui, tanquam ſtolida ſupervacaneáque, mirentur: in *tanta* tunc *hominum* (ut ajunt ipſi) *paucitate*; quæ vix ultra *Protoplaſtos* duos, & *filium unum*, ut ſummùm, *duáſque* fortaſſe *filias*, aut *tres*, numerum ſuum extenderet. Verùm, res hæc longè ſe tunc aliter, ac ſibi per-

perſuaſerunt iſti, qui talia mirantur, habuit. *Audiatur* igitur *& altera pars*; eorum, inquam, qui *Caini* querelam exſecrantur: & tamen querelæ cauſſam, quantum quidem ad hoc attinet, ratam habent.

XIII. Cùm enim, quo tempore peracta cædes Abelis eſt, Orbis conditi *centeſimus ac triceſimus* jam iret *annus*; multùm jam erat aucta mortalitas; &, annorum cum progreſſu, vehementiùs erat invalitura. Nec enim, uti plerumque nunc ſolet, partus hominum tunc *Simplices* erant; ſed, ut minimùm, *binorum* uno tempore *liberûm*; maſculi, fœmellæque. Neque parturitiones, ab nono, decimóve, menſe prolato fructu; propter puerperiorum & lactationis imbecillitates, intervallîs ſuis indigebant, ac requiete: ne conceptibus aſſiduîs corpora matrum, ac pariendi vires, exhaurirentur. Potiùs erant, in æterno quodam fœturæ curſu: vegetíſque matronarum uteris, ad propaginem, aſſiduâ fertilitate ſoboles, in *gemina* ſemper *capita* pullulare pergebat, & augeri. Mox, quàm maturrimè pubertatem nactis prioribus, & inter ſe connubiô ſociatis; Dei favore thalamos mirificè fœcundante, proles identidem alia ſuccreſcebat, & alia: protinus & hæc ipſa, paucis in tempeſtatibus, recen-

Ruina Caini.

Digitized by Google

centem editura progeniem, priuſquam antecedens penitùs adoleviſſet. Ità factum eſt; ut, *altero Mundi Sæculo* currente, mortalium haud paucæ *myriades* jam Orbem implêrint. (*t*) Hujus rei fides in arduo non erit, iis, qui reputare voluerint; Ex unico poſtea Jacobo *Patriarchâ*, filios primùm, ac nepotes, ſeptuaginta progenitos; partim in Meſopotamia, partim in Chanaanitide: poſtquam, imperiô Numinis, ac famis, Ægyptum inſederunt; in immenſum excreviſſe. Nam, annorum haud plurium, quàm *ducentorum & quindecim*, intercapedine, (*u*) conſtat, eos in *ſexcentorum millium*, arma gerentium, multitudinem ſe diffudiſſe: non vocatis interim ſub numerum, ac cenſum, nec matronis & virginibus, neque pueris ac puellis, aut Infantibus; utpote, maximam partem Nilo demerſis. Adjuvit autem, haud ità multò pòſt, eam *Adamianæ ſtirpis* copiam, *Sethus*; & ipſe primorum generis noſtri parentum filius; in *Abélis* tolerabiliorem jacturam, à Deo conceſſus *Evæ*. Setho verò connubium, unà cum pubertate, nacto; propagati longiſſimâ ſerie filii ſunt, ac nepotes, & pronepotes, eorúmque poſteri. Quibus pleriſque, ſi non ſuperſtes, at coævus tamen, CAINVS; ætatis concurſu diſſimili, convixit:

Ruina Caini.

vixit: aut, ut par, paribus; aut, ut Senior, Junioribus: potuítque fratricidii vindices, alios quidem eorum, in præſens; alios autem, in futurum, formidare tempus. Ità non penitùs ſtolidè ſibi timuit; *Quiſquis in ipſum incidiſſet, homicidam homicidiô plexurum.* Cæterùm, etiam hoc loco ſplendidas, ac tranſmarinas, nobis fabulas obtrudunt, neſcio qui, *Rabbinorum* aſſeclæ. Compertâ, nuntiatáque, per *Angelum*, Abelis cæde; ſæculô ſolidô patrem *Adamum*, in Hebronis vallibus, inter luctus, atque ſecubitus, ſedentem: nec *Evæ* deinceps torum, neque vitæ voluptatem ullam, admiſiſſe. Mœroris hujus cauſſam adferunt; prolis, tam turpiter, hinc quidem *degenerantis*, illinc autem *occumbentis*, horrorem atque faſtidium. Hinc fuiſſe factum; ut abs ſe liberorum omnem cupiditatem in perpetuum removeret, ac propagini viduam ætatem anteferret; ut, quæ nulla generis probra, nulla charæ ſobolis diſpendia, metuere cogeretur. Vix ſerò tandem, *Angelo* monitore, maritalis officii conſuetudinem repetere compulſum; gignere denuò cœpiſſe. Quod ipſum tamen eum, non voluptatis feciſſe cauſſâ; ſed, quòd divinitus eſſet admonitus: *DEI filium*, humanâ ſe carne veſtiturum, è *Caini* poſteris naſci nolle; propter ſtirpis illius

Ruina Caini.

exſecrandam originem. Velle verò, de prole, quam *deinceps* geniturus *Adamus* eſſet. Et hanc, fuiſſe SETHUM. *Dicunt* iſta, qui dicunt: ſed nemini ſano perſuadent; utpote, quæ *Poëſeos* habeant plus quàm *veritatis*, ac ſinceri. (*vv*) Divinus quidem certè Scriptor, *luctum* hunc Adami *Sæcularem*, non modò non agnoſcit, dum ſilentiô transmittit: ſed inſuper in eo ſatìs explodit; quòd *Anno vitæ Centeſimo triceſimóque*, quem *Fratricidio* pollutū, Alexandrini tradunt Annales, cum aliis plerisque fide dignis ſcriptoribus; generatum ab eo *Sethum*, narrat. His igitur, excurſu ſtyli, non diffuſo magìs, quàm ſanè neceſſariô, diſpectis: hàc quidem tenus, excuſabilis apparet CAINI metus, *ab Obvio quovis*, poſt relegationem ſuam, ſibi pericula fingentis. *QVOD enim quisque ſe meruiſſe novit; id ſemper exſpectat: & animam, tanquam è filo pendulam, apud Omnes, in perniciem, circumfert.*

XIV. Cæterùm idem ille, qui pavorem injecerat reo, decretoriô ſupplicii vaticiniô: pavorem levare conatus eſt, providâ curâ, DEUS; dum, manûs violentæ ſecuram, juſſit vitam degere. Sanxit enim, promulgavítque; *QVISQVIS vitam homicidæ, quibuscunque de cauſſis, eripuiſſet; ut is, ſeptupli talione, ſuam invicem amitteret.* Adjecit verbis clementibus,

bus, facta clementiora: quibus, etiam conclamatam jam, hominis perditi fiduciam animaret; ac, ſiquo modo cunque fieri poſſet, placidâ mentis inductione flexum, ad ſe transfugam, & obſtinatum, reduceret. Ut namque, ceu Numini ſoli ſepoſitus ad pœnam, & interim tamen fraternæ cædis notâ compunctus, ac titulô, diſtingueretur à cæteris: *Cainum* Deus, & tanquam *Stigmatiam* ſignavit; &, ut incolumi, præſtitit aſylum. Id autem fecit: non ſanè, *Cornû* frontem illius armando, veluti *monocerotis*; quod tamen nugatores nonnulli, dixerunt magìs, quàm crediderunt ipſi: neque, primam *Abélis* interfecti *litteram Hebræam* eidem imprimendo, ſupra naſi regionem; de qua tamen ipſa, quæ, vel qualis, ea fuerit, adhuc litigatur. (*x*) Sed id præſtitit Divina manus; vel aciem Oculorum *Caini*, volubilem, furioſéque cruentam, reddendo; qualem, ab homicidio recentes, & ſuis agitati Furiis, ut plurimùm præ ſe ferunt: vel, quod propiùs fidem videtur, &, è Græcorum Septuaginta translatione, plerique recipiunt; *totius Corporis, omniúmque membrorum, inquieto tremore.* Crediderímque; culpæ nequam hujus hominis, maximè conſentaneum, præ pœnis aliis, hoc fuiſſe ſupplicii genus, in *vita:*

Ruina Caini.

vita: quò *TIMIDA*, *per ſe*, *MALITIA*; ſuper hæc autem & adjectâ, ſempérque duraturâ, formidine mactata; *ſpectatores* obvios in horrorem, exemplíque fugam, conjiceret. *Fugiebat* itaque miſerrimus, quos *fugabat* ipſe: *neminémq; magìs quàm Seipſum, expaveſcens*; ignota notîs, propinqua longinquis, loca locis, permutabat: comite vecordium itinerum uxore; comitibúſque liberis, ac familiâ. Namque liberos jam pridem *Cainus*, & ex iis, nepotes ac neptes, habebat: quos omnes, fugæ ſocios, circùm omnia loca, ſecum rapiebat. Crediderim etiam, auctore magno (*y*), non *Ultores* tantùm *Homines*, ſed & *belluas*, ei fuiſſe terrori: *quippe, Sanguinario Reo, quaslibet, ſive naturæ, ſive voluntatis, Iras, ſtare ſuum in exitium armatas, interpretante.* Succurrebat enim animo pavitantis; id, quo Saluti ſuæ cautum erat, Numinis præceptum, in *homines* tantùm, utpote talium intelligentes, valere: non autem & *brutas* in *pecudes*, ac feroces in greges, & armenta belluarum. Neque dubium eſt; quin, pro regionum, ad Orientem ſitarum, indole, *Cainus* haud ſemel in leones, pardales, aut tigres, incidens; incurrentium dentes ac barbariem, extimuerit: mori, non tam avidus, quàm certus; ſed Deô, qui promiſerat, inviolatum

tum eſſe futurum, ſemper belluarum morſum avertente. Tutiſſimum ergo fore ratus eſt; omni denique relicto, quod priùs inſederat, Armenorum ac Meſoptamiæ vicinô ſolo; multôque minùs, Ægypti Libyæque monſtriferis plagis aditîs; petere loca deinceps, ad coloniam ſuam firmandam, remotiora, ſecuritatíſque fidem majorem præſtitura. Fugiebat porrò, nec immeritò, frequentiam hominum eorum; quibus ſciebat, *Abelem* cordi fuiſſe. Stultè verò, ſupremáque cum impietate, terrarum tales quærebat angulos; in quibus eum *nec Deus quidem*, vel videret, vel inveniret. *Quis* enim *Oculum falleret, omnia penetrantem? aut quis majeſtatem effugeret, cuncta circumcludentem?* Locus autem, quem, poſt omnia cætera malefidè tentata, denique delegit, circumlatîs feſſus erroribus: Edenus fuit tractus, terrarum, ut ei videbatur, ad Orientem, terra feliciſſima. *Náidem* Joſephus, (*z*), incertum, quonam auctore, nominavit. Et ſunt, qui non priùs eam illi loco tributam appellationem exiſtiment; quàm illic pavidus *Cainus* conſediſſet. Tum enim demum, ab Hebrææ vocis radice, quæ *Tremorem* deſignet, fuiſſe nomenclaturam etiam Regiunculæ factam illi; quæ *Semper-pavitantem*, excepiſſet ſinu ſuo. Quam equi-

Ruina Caini.

equidem Orbis Aſiatici partem, ſub quónam Cœli ſitu, vel qua portione terrarum, collocem: nec ex Strabone, nec è Ptolomæo, Geographis, nec ex ullo veterum terræ-menſorum, compertum habeo. Recentiorum aliqui *Meſopotamiam* illi dant; immemores, eam eſſe Palæſtinæ minùs ab Ortu Solis oppoſitam: ac, præter hæc, obliti; Cainum Meſopotamiæ viciniam omnium primam fugiſſe: ceu terram, ſibi ſuſpectiorem. Alii verò Perſidem aſſignant, aut Aſſyriam certè: quibus haud paullò propiùs congruit *Biblica* Septuaginta Græcorum interpretum deſignatio. quorum interpretum, poſt *Hebraicam Veritatem*, cæteris omnibus *divinior* nobis eſſe debet auctoritas.

XV. Sed Cainus interim, *ſolô, non animo, mutato:* cúm ſemetipſum, quem unum unicè formidabat, ad omnia diverticula, ſic circumageret; ut à ſe recedere nullis modis poſſet: conſiliô, deſperationis plenô, decrevit tandem; non tam ſuis, quàm ipſi ſibi, muros circumponere. Sanéque, nequis mirum putet, nec ſuorum quidem curam eum neglexiſſe; trahebat ſecum aſſeclarum, intrà pauca ſæcula propagatorum, ex utroque ſexu, multitudinem, non aſpernandam. Eos omnes, vir improbus, *Adamianis*, ac poſtea, *Setho progeni-*

Ruina Caini.

genitis filiis, poſteríſque, tanquam caſtra caſtris, oppoſiturus; in mores, & inſtituta, ſuis moribus concoloria, formârat. Ex his, *Impiorum* (ut erant verè) *Civitatem*, & *Eccleſiam*, conglobârat adversùs cæteros, qui, DEI-FILIORUM, appellatione celebrabantur. Hôc Cainus *Improborum exercitu*, Cœlum erat, & Aras, & bonos mores omnes, ac *Salutem Publicam*, oppugnaturus. Hac rebellium fœdâ colluvione, *Pacem* erat *Mundi* perturbaturus. Etenim, *QVISQVIS intrà ſe Quietem non agitat; is & alienam interpellat.* Cùm igitur, & latrociniorum opportunitatem, ac prædarum receptaculum, adversùs Adamitas & Sethianos, meditaretur; ſimùl autem, & fugæ vitæque ſuæ fluctuanti, contra tot pavores, propugnaculum eſſet erecturus: poſt tam multos exilii, ſenectutíſque, detritos annos, primus mortalium molitur URBEM. In hac, *Humanam Securitatem*, ad id uſque temporis,, apud alios, Æquô Bonóque tectam, ac ſeptam; pomœriis, ac murorum tutelâ, circumvallat. Prætextui verò capit, *Incolumitatem Publicam*: cùm revera munimentum, & arcem, reo ceritóque timori ſuo moliretur. Jámque, connitentibus tot manuum concordibus ſtudiis, progreſſum fecerat, unà cum annis, Opus:

Ruina Caini.

Opus: ac jam tecta, jam turres, jam portas, & mœnia, qualia tum eſſe poterant, illa ſtrues acceperat; ut adeò nunc ad *Urbem*, ſuis numeris abſolutam, deeſſet nihil; præter *appellationem*, atque nomen, quo famam ſibi compararet. Cùm tamen, inter hæc, pars hominum cætera, locis, nomine carentibus, diſperſa; *terram, Omnibus Communem*, incoleret. Placuit igitur Caino, propriam quandam, & à vulgaribus coloniis diſcretam, nuncupationem haurire: non à *Seipſo*, quanquam univerſæ molitionis illius dictatore (ſic, ut meritò dici Cainæa poſſe videretur) ſed, ab *Alio*. Quod tamen, ni fallor non ſtudio quopiam modeſti ſenſûs, ſed è ſolitâ ſuſpicacíque trepidatione, conſilium cepit: ne, toties pronuntiatum, ac plurimorum ore frequentatum, urbis Cainaeae nomen; tandem aliquando potentem quempiam, fraternæ cædis ultorem, ad *homicidæ* ſedem deduceret: appellationis etiam ſolo nudôque ſtimulô concitatum. Unde conſultius illi viſum eſt; ab *Henócho*, filiorum natu maximo, totiúsque molis potiſſimo, ſive fabro, ſive promotore, novis mœnibus Henochiæ nomen decerni. Quam equidem *Urbem*, admirarer, ab Annio Viterbienſi, *PſeudoBeroſo*, non modò *Libani* montis radicibus affigi; ſed

Ruina Caini.

ſed illius ruinas etiam, ac rudera, ſuâ tempeſtate monſtrari ſueta, confidentiſſimâ vanitate jactari: niſi nôſſem Scriptoris illius ingenium; *Omnem Rerum Antiquitatem, ex nihilo, renovantis*: &, *cujus libris, ad quidvis affirmandum negandumq́, nihil planè deſit; præter Fidem, ac Verum.* Ad eum autem retundendum, iſtud ſatìs ſit: quòd *Libanus* mons, Palæſtinæ lateribus, à plagis Aquilonis, opponatur: cùm tamen HENOCHIAM, monimenta *biblica* memoriæ prodant, in *Orientis* fuiſſe conſtructam oris, quantùm ad Palæſtinæ reſpectum attinet: quas oras, *Cainus*, exilio fugæq́; ſuæ ſedem, occupârit.

XVI. Cæterùm, in *Henochiam*, hunc in modum conditam, dictu mirum eſt; quanta mox, ac poſtea ſenſim, multitudo, quámque flagitioſa, confluxerit, per quinque ferè Sæculorum ſucceſſionem: mortalium incredîbili copiâ, tanquam eluvione quadam, reſtagnante mundô. Quidquid ubique ſceleſtum, contaminatúmque; vel ſuíſmet, vel parentum inſuper, moribus: omnes tumidi, pervicaces, degeneres; cœleſtium contemptores, lurcones; ventri, libidini, rapinis aſſuefacti: denique, deſides ad recta ſtudia, celeres ad ſequiora; minaces, truculenti, ferocéſque, manu pariter, & ore: jurati bonorum hoſtes, commu-

Ruina Caini.

niſque vitæ peſtes: ex æquo, viri fœminæque: junior ætas, ac maturior. Omnes hi nimirum, in *Henochiæ* novam coloniam nomina certatim dederunt. Idque tantâ contentione geſtum eſt; ut nulla deinceps *Sybaris*, aut *Miletus*: nullum *Tarentum*, vel Philippi Macedonis *Poneropolis*, (*aa*) hujus urbis exempla ſuperârint. In hac profectò *Republicâ*, ſiquâ fuit uſquam in alia, *lex prima* fuit; *Necuj*, *Bono liceret eſſe, vel Pio.* Lex *altera*, priorem proximè ſubſequens, &, quaſi calce calcem terens; *Cum Adamianis, & Sethæis, nequid nexûs, aut commercii: nequa Pax, aut Concordia, ſed ſempiternum Diſſidium, ac bellum Internecinum eſſet! Raperet quiſque, traheret, atque diriperet, undecunque rapinæ via pateret, atque porta. ſua verò defenſantes, cæde factâ, reprimerent.* His tam depravatis, & lege quoque latâ præceptis, moribus, cùm deterrimus quiſque, proindéque, potior tunc Mundi pars, ſubſcriberent; mirum in modum omne nefas invaluit: præferente pravitatis facem Caino. Cuj nequis putet, magiſterii potentiam, atque vires, defuiſſe; propterea, quòd impreſſam fronti notam, aut inſitum membris tremorem, homines etiam familiares refugerent: pro comperto ſtatuendum eſt; Quiſquis è Caino, continenti gra-

Ruina Caini.

graduum ſucceſſione, natus eſt, generis illius auctore nihilô ferè meliorem evaſiſſe. Caino namque genitus Henóchus, genuit Irádum: Irádus, Maviaëlem: Maviaël, Mathuſaëlem, & hic Laméchum, cognomento *Digamum*; Laméchus autem, Jabélem, ac cæteros. Omnium horum, quantùm conſtat, probris, ac dedecore, plena fuit vitæ ratio: qualéſque patres ipſi, tales, ab his nati; magno numero, natorumque nepotes, atq; neptes. Horum omnium, nullum Virtutis, aut laudati facti, veſtigium: nulla probitatis, nec linea quidem, aut umbra, memoratur. Diceres; eos univerſos pariter, ac ſingulos, *in Nequitiam eſſe factos*: tanquam concordi ſacramentô devinctos, nihil ex æquo bonóque faciendi.

XVII. Jámque, ſic inter ſe diſſectâ, Cainæorum, Sethæorúmque, gente, non intermiſſis interim prolis, utrimque numeroſæ, ſucceſſibus, & incrementis; *Sæculum* Orbis Conditi currebat *quintum*: cùm *Henochiani*, jam non modò finibus non contenti ſuis (ut *Inſatiabilis eſt omnis malè parta poſſeſſio*), ſed neque thalamis; juventutem, & ætatem viriliorem, emittunt. Ac primò quidem, è Sethianis ſpolia petebantur; agebantúrque prædæ pecorum, hominum, fortunarum, è re-

Digitized by Google

motis pariter, viciniſque, locorum. Paullatim deinde, ſuô quiſque conjugio parùm ſatur; ſicut priùs facultates, ità mox alienas nuptas, atque thoros, invadebant: gliſcentéque, per nullum jam non cubile, ſtuprorum adulteriorúmque flammâ, Pudicitiæ lex omnis antiquabatur. (*bb*) Quod quoniam pœnâ tunc nullâ, republicâ flagitiosâ cuncta diſſimulante, coërcitum erat: ſæculo mox inſequenti; dein, & poſterioribus Orbis ætatibus, facem exempli tradidit, ad patranda libidinum multò deteſtabiliora monſtra. Furere mortales, ac ruere, lymphatis ſimiles, (*cc*) in, quidquid dictu ſcriptúque fœdum eſt: ac, non ſufficientibus, ad probra, noctium tenebris, aut cubiculorum ſolitudinibus; connectere turpitudini, dierum ſpatia: populíque præſentiam, & oculos, infandâ conſuetudine fœdare. Delectabátque vulgò, *non* jam, *Agere tantùm nequiter*; *ſed multò magìs, Spectari. Tanta flagitii cùm ad ſui ſummum pervenerit, eſt inſania* profligati pudoris mortalibus: *ut noviſſimè, non Voluptas placeat, ſed, voluptatis infamia.* Sed illius temporis, longiùs adhuc multò ſunt abrepta, dedecora; quàm, quæ finibus limitibúſque naturæ continerentur. Superaret fidem; niſi Methodius adfirmaret; auctor ſanè gravis, ac

ac ſanctus (*dd*) cœpiſſe jam tum, quod poſtea divînus Paulus deploravit in Idololatris: *ut in maſculos maſculi turpitudinem exercerent: & in fœminas fœminæ*, Lesbiis flammis, exardeſcerent. In hunc modum, *proculcatam, amorum ſterquiliniô, Naturam*, proniſſimum fuit, etiam aliis evaſtari *vitiis*: & iis quidem (quis ſuſpicaretur?) *contrariis: Odiis*, inquam ac feralibus *Inimicitiis*, coortis: partim è vaga, partim autem & è ſatura, vel impatiente, mulierum cupiditate; rixîs, jurgiis, digladiationibus, & homicidiis. Cùmque deſertarum, aut alienis amoribus extruſarum, injuria, *mulieres* quoque torqueret, *Animal alioquin, ad bella minimè genitum*: ipſæ quoque cœpêre per cultros, noxias herbas, &, incocta cibis, aut affûſa potionibus, venena graſſari. Tum, magiſteriô puellari viriles etiam lacertos animante, coorti ſicarii ſunt; déque thalamis illarum, ad duella latrociniáque digreſſi, ſupérque deteſtabilis unius *lupæ* poſſeſſione, cum rivalibus ferro decertantes: ut quiſque plures celebrioréſque procos confeciſſet, itá, cruentis manibus, altiorem lauream decerpebat; ac, pro Triumpho, GIGAS audiebat. Id tunc ferè ſolum *generoſioris tituli*, notum, ac receptum erat, inter mortales, nomen: tantóque quiſ-

Rûina Caini.

Digitized by Google

que magìs *giganteus* credebatur, ferebatúrque; quantò potentiore flagitio, violentiáque, ſui famam extendiſſet. Hujus univerſæ tam perditæ, proſtitutæque, Reipublicæ ſupremus Prætor Cainus; quantò minùs ipſe ſe revocabat ad bonam frugem: tantò ſuos ad prava validiùs incitabat; donec ſterneretur *cataclyſmo* denique parata via, cum Orbis totiùs excidio. (*ee*) Neque mirum. Is enim jam tum erat Mundus; ut illius depoſitos morum morbos, nec ipſa quidem, ſi vel maximè voluiſſet, ſanâſſet Salus.

XVIII. Sed prius *Caino* fata ſua ſupremum attulêre diem; *quàm mundo*, Caini culpâ corrupto. Virum hunc, tantâ tot graviſſimorum ſcelerum mole gíbberum, & in exitium vergentem: totpræterea ſæculorum jam, & ætatum, à patrata fratris cæde, tremiſcentem ab ſævâ conſcientiâ: quomodo potuit non aliquando tandem, cum onere ſuo toto, funeſta proſternere *Ruina*? Quem, per plurimos jam annos, annorúmque centurias, ultio quæſivit; eum debuit illa demum invenire: debuit, inventum comprehendere; comprehensúmque ſubvertere. Debuit (ut omnes deinceps conſceleratos) *ira Numinis, non remiſſa, ſed* tantummodo *dilata*, nocens ferire ca-

Ruina Caini.

Digitized by Google

caput; telô, quantò præmeditatiore, tantò minùs aberrante. Cujus tragœdiæ talis fuit exitus, qualem nunc exſequar: antiquiſſimorum auctorum, non ſanè rancidis, narrationibus innixam; neque recentiorum quoque numeroſo teſtimonio deſtitutam. (*ff*)

XIX. Jam Cainus *Sæculum* agebat *vitæ ſuæ, ſeptimum:* & ad plenam ultimi centuriam, non plures *tribus annis, ac Viginti,* deerant. Hujus trinepote, Mathuſaële, genitus *Laméchus*; homo, quantùm ab omni Numinis ſancto cultu, tantùm à libidinum victoriâ, remotiſſimus: nullâ Dei veniâ gratiâve, ſed arbitrariâ cupidine, puellas ſub unum tempus geminas, *uxores* ſibi fecit; ac deinde paullò pòſt, *matres*. Altera nuptarum, *Ada*, Jabélem ei, Jubalémque, filios edidit: illum, tentoriis; hunc, citharæ fidiúmque temperamento, celebratos. Altera, cuj *Sellæ* nomen, Tubalcainum, armis bellicis procudendis expoliendíſque ſagacem, juvenem: & *Noëmmam*, lanificii, telæ, cunctíque mollioris corporum indumenti faciendi, magiſtram. E quibus omnibus, pubertatem nactis, filii non multò pòſt, filiæque, numero grandi, prodierunt: ſic, ut vel ſuîs jam auſpiciis, & ſuopte de ſanguine *tribum poſt ſe copioſam*, in quæcunque promptam, Lamechus

Ruina Caini.

educeret. Ea, Joſepho Flavio, cæteríſque quibuſdam, teſtibus, *Septuaginta ſeptem* capitum ſummâ cenſebatur. Et hanc ſtirpis multitudinem, viro, venationum ſtudioſo, libuit armare; ſæpius, ob id ipſum, in feras, quàm in hoſtes. Fuit, cùm is, die quodam, talibus curis aptiore, ſuccinctus canibus, ac familiæ ſuæ ſatellitio, vicinum ſaltum peteret; *Henochiæ* mœnibus imminentem. In eo ſaltu, ſepoſitum erat nemus quoddam; ad voluptatem, arbuſtis denſum, virgultorúmque frequens. Ac tum, aurâ frondes agitante, foliorum ipſe blandus fremitus, ac ramorum colliſa murmura, quietem captantibus diverticulumgratum ſpondebant: opacâ quercuum umbrâ, virgultorúmque circumſtantium contextu; prætereáque, gelu temperatiſſimo, calores diurnos infringente. Mens erat Lamecho; ſiquid obvium venanti, vel caſus obtuliſſet, arcu proſequi; vel, canum ſagacitas ac latratus commoviſſet, id telo, clamoribus, comitúmque turbis, urgere. Nec diſpar ſtudium comitibus, quà quemque ſpes prædæ ſuſpicióve raperet, ad latera domini circumfuſis, diſperſíſque; ſicut fors monuiſſet, abdita ſylvarum rimari. Fiebant hæc per *Lamechianos:* cùm, ecce, præter ſpem, è numero ſcrutantium latebras,

bras unus quidam, annîs *adoleſcentulus*, ac *providendorum*, ob id ipſum, *incurius* (Tubalcaini filium parvum, Lamechi nepotem, fuiſſe, nonnulli cenſent) ad herum, gradu ſuſpenſo, magnúmque quiddam promittente ſilentiô, recurrit. Huic, ſuſurro tenui, ſignificat; proximîs (in quas digitum intendebat) ſalebris, deprehenſum ſibi *Cervum* eſſe: ſive nobilior aliqua quadrupes illic lateret. Videlicet, in hanc opinionem, pertraxerat adoleſcentem, ramorum frondiúmque, quæ tunc aliâ penitùs, ac diversâ, causâ, quàm à ventis, agitabantur, fallax concuſſio. Cæterùm, *NIHIL pronius eſt, in ſtudium aliquod intentis; quàm, credere, quidquid optant.* Lamechus igitur; *nec quid, nec quare*, ſciſcitatus; adducto protinus nervo, depromptóque ſpiculo, quod è pharetra totâ viſum erat maximè lethiferum, armat arcum. Locum, ſibi monſtratum, intervallo cumprimis idoneo, quàm poteſt proximus, occupat. Et, quoniam non ceſſabat, ab ipſis cœpta ſtipitibus, virgultorum agitatio; credulitate ſuâ, ſpéque, per eam occaſionem, auctâ, ſagittam, toto nervo, viribúſque contortam, ejaculatur: ac figit. In quæ, ſubſecuto tanquam oris decrepiti feminеci clamore, queſtúque, fit omnium concurſatio; gratulan-

Ruina Caini.

tium, & *Extrahendam eſſe Feram*, conclamantium. Primúſque, vulneris auctor, *Lamechus*, advolitat; non tam prædæ, quàm laudis, avidus: ac, ſuper ictu tam certo, ſibi comitibúſque ſuis, placiturus. Verùm, ubi, dimotis virgultorum ſeptis, ad interiora perruptum eſt: &, ad exſpirantis, non jam vocis, ſed ſanguinis, ſtridorem, ventum; *Enimverò*, proclamant omnes, *Non Cervum, non belluam, ſed Cainum*, familiæ principem, *jacére!* Lamechúſque, primo rerum ſtupore, vix ſibi, vix oculis, experimentíſque, credens: ſimulac ſeipſum recollegit, ſciſcitari cœpit: *Veréne patrem, veréne generis ſui tritavúm*, & *Henochiæ Regem*, *confeciſſet? & hoc, infelix nepos; infelicior autem parricida?* Nec aliter *acciderat*, ac revera ſuſpicatus erat. Cainus enim, animi gratiâ, tædióque ſenili frangendo, ſub ejuſdem illius diei meridiem, in arbuſtum illud, de quo dictum eſt, *Henochiæ* ſuburbanum, ob immodicos exæſtuantis cœli calores, ſecedens; otium ſuum abdiderat. Illic, conſumpto jam, poſt tam longævam ſceleris impunitatem, abſorptóq;, metu *beſtiarum* (an fortaſſis & ideò, quòd illic locorũ minùs, & frequentes, & noxiæ, viſerentur?) ſub implexam arbuſcularum umbram, tremulum corpus abjecerat. Id corpus, quoniam, impreſ-

ſis

Ruina Caini.

ſis animadverſione divinâ terroribus, aſſiduis trepidabat horroribus; in eundem tremorem contigua quæq; corpora rapiebat, concuſſionis pari neceſſitate, Proptereáque, Juveni quoq; delatori, quem dixi, ceu cogitationum providarum inaſſuetiori, ſpeciem *Feræ* præbuerat, non, *hominis*; licèt *hominis* interim, omni *belluâ* ferocioris, in cæde mitiſſimi Fratris. Sed Laméchus inter hæc, deprehenſo jam pridem, nimíſque manu tacto, tum indicis, tum jaculatoris, errore; ſolitâ *venaticæ* tribûs impotentiâ, *cuj pro tigride ſæpe ſub arcum venit homo, præſertim inviſus*: in rabiem actus, iracundiam, quam debuerat in præcipitem ſuam temeritatem aliquâ parte detorquere, totam in imprudentiam effudit adoleſcentuli. Néve mitior in nepotis eſſet, quàm in tritavi ſui, cædem: arrepto, qué fors ac nemus obtulerant, *fuſte* (ſive quis, *Arcu*, malit, ad ingerendas plagas, uſum eſſe) puerum, *Tubalcaini*, ſicut dictum eſt, filium, quiritantem licèt, ac, pro delationis innocentiâ, cœlum atteſtantem, & terras: verberibus primò mulctat, creberrimis. Mox, ut ſolet, *inter ipſos ſucceſſus creſcente ſæviendi cupiditate*; vibicibus lividis, è denſa contuſione, tuberibúſque lethiferis, oppletum, pro mortuo relinquit: & abit. Neque mul-

Ruina Caini.

multò pòſt exanimatus eſt & hic; &, Cainæo funeri ſociatum funus, Henochianorum lu-ctum duplicavit: non abſque grandi *Lamechi*, veluti *bis homicidæ*, penès vulgus, invidiâ. Jámque minæ volitabant, in eum éadem illa furoris Orgia *meditantium*, quibus ipſe duos jam occidiſſet: tanto cum conſenſu multitudinis; ut nec *uxores* quidem ipſius, quibus utramque cædem enarrârat; ſatis æquis eam auribus accepiſſe viderentur. Eorum igitur omnium, ut à ſe vim, ac manus ultrices, abſterreret: intentantibus ſibi pœnas, tanquam pares pari, quin & longè cumulatiores, invicem intentat ipſe: faſſus, De *Caino* necato, *Septupli* mulctam à Deo conſtitutam eſſe: quam & à ſe paullatim expetitum iri. De *Lamechi* verò morte, quiſquis eum auſus eſſet opprimere, *ſeptuagies ſepties* funeſtius decretum iri ſupplicium. Id, confinxerítne vir vafer, quò *vanis hominibus, è vano, metum ſuſcitaret*: an verò, Numinis lege juſſum fuerit; ut ſceleratorum plurium manibus unius ſceleſti facinus plecteretur: controverſum eſſe, videri poteſt. Quibus, in hunc, quem ſecutus ſum, modum expoſitîs; vix jam adeò perplexæ videri poſſunt illæ *Lamechi* voces, coram conjugibus duabus, ADA SELLAQ; , remotis arbitris, jactæ: qui-

Digitized by Google

quibus ſe, faſſus eſt, *occidiſſe virum, in Vulnus ſuum; & Adoleſcentulum, in Livorem ſuum:* ideóque funus iſtud, eſſe verberum ſuorum intemperiis imputandum. Itaque, *Caini* quidem *interfectorem*, graves; *Lamechi* verò, tanquam, ob erroris excuſationem, minùs nocentis, carnificem, longè graviſſimas admiſſi ſui daturum eſſe pœnas.

XX. Hunc igitur vitæ ſuæ ſortitus eſt exitum, *belluæ* ſimiliorem, quàm *homini*, bipedum tunc deterrimus, CAINUS. Quem utique, divino promiſſo, tot per ſæcula defenſum tutúmque, *Ne quovis ab obvio*, Fratricidæ titulô, *poſſet interimi*; ſub extremum tempus, nullâ jam pœnitentiâ flexilem, medicabilémque conſanguineus oppreſſit error: quippe, conſanguineæ cædis voluntate factóque, maculatum. Cujus viri *ſpiritus* impurus, corpore ſuo violenter expulſus; poſt Luciferi ſociorúmque damnatam audaciam, *Primus omnium*, (quod quidem nobis compertum ſit) Inferos initiavit Ignes; arſurus, flammarum inextincto rogo, per omnem Æternitatis decurſum. Cujus Incendii tanta *diuturnitas* eſt, eritque ſemper: ut jam, cruciatuum ſanè minimũ, & verò, vix initium, videri debeat; *flagrâſſe ſub Tartaro Cainum annis, ante Chriſtum natũ,*

Ruina Caini.

ter mille, trecentis, ſexaginta quinque: poſt ortum verò Chriſti, *mille* jam, *ſexcentis, quinquaginta quatuor*: quorum nos poſtremô, geſtorum ejus ſeriem explanamus. Virum miſerum! ſed iſtis, quas tolerat, ærumnis utique digniſſimum: ut, quem non ſolùm atrociſſimi facinoris, in fratrem ſuum, exemplum; ſed omnis omnino vitæ ſubſequentis flagitioſus decurſus, comdemnet. Eſt proinde cauſſa; quare, velut in ſpeculâ ſtans, Divus Judas Thaddæus, homines, *æternitatis iter* ingreſſuros, ſeriò dehortetur, ab exſecrabilis hujus viri ſectandis veſtigiis; quando. VÆ, denuntiat jis omnibus, *qui Caini viam inſiſtunt*. Viam utique, vivendíque rationem; quam, infinitis nominibus, exſecrari debeant mortales univerſi. Niſi fortè tanta cujuſquam animo ſit innata vecordia; quæ pium *humanúmque ducat*; *Impietatem ipſam, Inhumanitatémque, diligere*, complecti, ſinu fovere. Quod, in exſecrabili *Caino*, ſoli, poſt multa deinde *ſæcula*, fecerunt Hæretici, *Cajani*. Proſcripſerunt hi (ſi Superis placet!) decretîs ſuis, ABELEM. *Apotheóſi* contrà, cœlitúmque dignitatibus, exornârunt *Cainum* ſuæ Sectæ titulum: quem iidem etiam, *Originis ſuæ principem, generis auctorem, cognationis Patrem*, magnificè jactabant.

bant. Hunc enimverò, verè fuiſſe GENEROSUM; *Ex Virtute* (ſic loquebantur) *Fortiore*; *Perfectæ*, *cæleſtíſque cognitionis*. qui ſunt omnes *Cajanorum* loquendi modi. Quibus & addebant; *Cainum* adeò validum fuiſſe, potentémque virium, repertum: ut terrarum ille cœlíque moderator ſupremus, cùm plectendum eum, quaſi *pro Fratris cæde*, ſibi deſignâſſet; nec prehendere virum, tanquam imbecillior, nec aſſequi, veluti tardior illo, quiverit. Ex quo factum eſſe tandem; uti Virum hunc, *dignationis ſublimioris*, in Sidera transferrent, ereptum manibus *Ultoris*: & *in Superno* (ſic loquuntur, ac fabulantur) *Sæculo*, tutis latebris, collocarent *ætheriæ*, neſcio, quæ, *Poteſtates*. Talia, de Caino ſuo, *Cajani* nugatores produnt. At, qui, (rogo) qualéſve, mortales? Tales nempe, qualem hominum fæcem ſoli *Gnoſtici*, *Carpocratiani*, *Valentinianíque*, veterum *hæreticorum* impuriſſimi, diſciplinâ ſuâ factíſque nefariis, æquabant. Hominum profaniſſimi; quippe, qui Coren quoque, Dathánem, & Abironem: quíque, ſuper hos, Eſavum, Sodomitas, ac Judam Iſcarioten, ſuos eſſe majores, magiſtróſque, ſine fronte gloriari conſuêſſent. Iidem autem & bipedum omnium fuêre mendaciſſimi; quippe, quo-

Digitized by Google

quorum proſtarent, in paginis, figmenta: libri complures, impoſtorum ſacrilegis referti commentis. In iis, *Evangelium* erat *Judæ Proditoris* (quis autem *Proditorem*, vel fando didicit unquam, aut audivit, *Evangeliſtem*?) Liber item, *de Moſe*; quem Angelus ex Vidente Cæcum reddiderit. Liber alius, *Aſcensûs Pauli, tertium ad Cælum rapti*, titulô celebratus: in quo verba deſcripſerunt, quæ, Paulus negavit, *Homini fas eſſe, proloqui*. Cæterum, erant ea verba, Venereæ turpitudinis, obſcœnitatiſque, pleniſſima. Quid autem opus eſt, pluribus hoc loco producere, *Caini veneratores* iſtos? mortalium, quotquot ſunt, fuerunt, & erunt, omnium contaminatiſſimos, atque ſpurciſſimos. quorum, non modò conſuetudo, ſed & doctrina, profeſſióque fuit; *Nullum penitùs Corporis membrum, à fæce libidinis, fandæ nefandæve, purum & intactum tumulis inferendum eſſe. Currere jubebant, neceſſitate legis, per, quidquid eſt flagitiorū, & exſecrandæ nequitiæ; quoad vita duraret: ut*, hunc in modum, *debito perfunctus ſuo, dum in Carne ſtabulatur, Spiritus* (nam etiam hæc, illorum erat vox) *tranſiret in regiones ætheris; liber*, expeditus, & *nulli cujquam creditorum* nexû *devinctus*. His autem omnibus ſingulíſque turpitudi-

Ruina Caini.

Digitized by Google

tudinibus, ſingulos præſidere, certóſque, *cæleſtes Genios*, comminiſcebantur. Quos proinde (dictu cogitatúque ſacrilegum, ac pudendum!) quotieſcunque fœdum quidpiam aggrederentur, velut operis illius auſpices, & adjutores, compellabant, invocabántque: nominatim *Angelum* illum citantes. Ità rebus probroſiſſimis, honeſtiſſima nomina præmittebant; ac *Diabolos ſuos*, *Angelis obvelabant*. Ad extremum, etiam eò furiarum proceſſerunt; ut, eorum haud pauci, Judam Proditorem, *Virum Bonum* (ô portenta veterum novatorum!) & *Humani generis Bono deliberatè Salutarem* fuiſſe, grunnirent; è diverſo verò, *Chriſtum*, ceu Legis priſcæ meditari Ruinam auſum, *pernicioſum*, & (ô nefas!) *Malum*, proclamarent. Hos proinde, tales cùm eſſent, mirandum non erat, *Abélem* exſecratos eſſe; cùm amplecti palàm *Cainum* auderent, Abelis hoſtem: homines, ſive *porci* potiùs, ſuis moribus, libris, inſtitutíſque nefandîs, digniſſimi: nec indigni, quibus eſſet in Odio, publicus orbis Amor: *Chriſtus*: & in Amore, totius Univerſitatis Odium, *Cainus*.

S *AV-*

Ruina Caini.

AVCTORES.

(A) *Rabbini fabulantur; In Paradiſo, mox à productione Evæ, conceptum fuiſſe* Cainum. *Sed ii meritò refutantur, à Delrio, in caput. 2. Geneſeos. Et, tametſi non refutarentur: clarum tamen eſſet; Cainum, parentibus jam ejectis è Paradiſo (cujus viciniam, à Septentrione quidē Armeniam, à Meridie verò, Syriam eſſe, deducitur ex iis, quæ de Paradiſo, in* Humani Generis *Ruina, ſcripſi) ſi non conceptum tum demum, at certè, natum eſſe: eà utique terrarum in parte, in qua habitâſſe pleriſq; creditur Adamus, cum Eva: in qua & mortuus eſt, ac ſepulcrum ſortitus. Fuit autem ea, quam in proximè Superiore* Ruina *aſſignavi: quæ utique, vel Syriæ pars erat, vel Armeniæ, Meſopotamiam attingentis. Pro Syria ſtat etiam S. Baſilius, in caput 5. Iſaiæ: ubi,* protoplaſtos, *ait,* in Judæa vitam egiſſe: *& quidem, in regiuncula urbis Hebronis (quæ poſtea ſubjecta fuit Tribui Judæ) juxta ſententiam etiam Ruperti, libro 3. cap. 31. in Geneſin; & Abulenſis, in eandem. Ulteriùs alii progrediuntur, & in interiora Syriæ penetrant: Tertullianus, Carmine in Marcionem. S. Cyprianus, S. Epiphanius, Conſtantiæ Epiſcopus; S. Athanaſius,*

Digitized by Google

naſius,& plures: qui ſitum illum, Protoplaſtorũ fuiſſe ſedem affirmant, in quo Ieroſolyma poſtea condita fuit; cujus in monte Calvario ſepultum Adamum, ferunt. Eſt verò Ieroſolyma, in tribu Beniamini: & tam hæc, quàm Hebron, oppida erant Palæſtinæ, quæ provincia eſt Syriæ. Syrum *igitur, ſecundùm auctores illos, fuiſſe Cainum, probabilius erat. Ego, ſi Armenus non fuit; Syriæ potiùs, quàm alii cujvis regioni terrarum, civem eum, & alumnum, transſcribam.* (b) *S. Ioann. epiſtol. 3. verſu. 12.* (c) *S. Epiphanius, in Panario, hæræſi 39. de* Sethianis; *circa medium.* (d) *Abulenſis, in 4. c. Geneſ. ex Traditionibus Hebræorum. Petrus Comeſtor, in Hiſtoria Scholaſtica. Methodius autem Delboram, vel Deboram, eam nominat.* (e) *S. Paulus, Hebræ. 11. v. 4.* Fide plurimam hoſtiam Abel, quàm Cain, obtulit Deo: per quam, teſtimonium conſecutus eſt, eſſe Justus; teſtimonium perhibente muneribus ejus Deo. (f) *S. Hieronymus, in qq. Hebraicis, S. Cyrillus, l. 2. in Geneſin. Procopius Gazæus; Theododotion, in ſua verſione: & torrens auctorum aliorum.* (g) *Hebræi, in Traditionibus. Vatablus, Genebrardus, Fagius ſectarius.* (h) *Juxta Chronologiam Jacobi Saliani: cujus, ſummâ diligentiâ judicióque, digeſtos Annales, circa computa-*

tionem ſaltem Annorum, non eſt animus, in hoc Ruinarũ Illuſtrium opere, facilè vel præterire, vel deſerere. (i) *Sermonis Dei, ad Cainum, Paraphraſim, hos eoſdem pæne ſenſus reddentẽ, ac fuſam; affert etiam S. Hieronym. l. qq. Hebraicarum, in Geneſin.* (k) *De hac, in agrum eductione fallaci, clarè habent Septuaginta Interpretes: & Paraphraſtes Chaldaicus, Onchelos: clariúſque, S. Epiphanius, in Panario, tom. 3. l. 1. hæreſi 38.* Ille enim (*inquit*, de Caino *loquens*) mentitus fratri, velut ex fraterna charitate, decepit eum: &, per mendacium ſeduxit. Et, ubi eduxiſſet eum in campum, elevatâ manu occídit. *Et inferiùs mox.* Cain, prætextu fraternæ charitatis, fratrem decepit, dicens; Exeamus in Campum! *Quæ verba obſervanda ſunt, adversùs Hebraizantes. Jacobus Salianus ait; Probabile eſſe, Cainum etiam* Dei totum ſermonem, *ad ſe factum, Abeli retuliſſe (Anno mundi 130. num. 6.) Sed ſanè neſcio; quónam modo, DOLOSE eduxiſſe, dicatur Abelem Cainus: ſi, ante eductionem, totum virus ſuum evomuit. Congruentius itaque videtur; celato Dei ſermone, aliunde petitum eſſe Contentionis mutuæ principium. Cuj ſententiæ meæ, favet etiam Paraphraſtes Jeroſolymita; quem adducit totidem verbis Fagius: utrique fra-*

Digitized by Google

fratrum ſermonem tribuens, eum in ſenſum; quem ego in Ruina *Caini expreſſi. Vixit verò auctor ille Paraphraſeos Jeroſolymitanæ, poſt annos pluſquam 200. à Septuaginta Interpretum ætate; teſte Galatino, lib. 1. de Arcan. c. 3.* (l) *Abeli ſermonem, ſive, pro Dei cauſsâ, Apologiam accuratam, tribuit idem Paraphraſtes Ieroſolymitanus: cujus ſenſui inſtiti. Imprimis autem (ut Oculi doleant Islebianis hæreticis, & Calvinianis) in ea oratione,* bonorũ Operum *extollit gloriam.* (m) *Apud Iacobum Salianum in Annalibus Eccleſiaſticis, anno mundi 130. n. 9.* (n) *Toſtatus Abulenſis, q. 6. in cap. Quartum Geneſ. hoc mortis genere, mavult, quàm alio, interîſſe.* (o) *S. Ioann. Chryſoſtom. homil. 19. in Gen.* πῶς, *ait,* ἠδυνήθη καταχεῖν τὸ ξίφος; quomodo potuit ſuſtinere *Gladium?*) (p) *S. Irenæus, auctor pervetuſtus, ac Mart. lib. 4. c. 67.* (q) *Procopius, auctor Græcus,* Humo, *dixit,* opertum; ne appareret (r), *Ità Flavius Ioſephus, paraphraſin deducens. lib. Antiquitatum. 1. c. 2.* (s) *Aben-Ezra, apud Iacobum Salian. num. 14. & in* Notis *ejuſdem anni, 130. numer. 7. Caini querelam interpretatur;* Majore me ſupplicio afficis, quàm, ut illud ferre poſſim. (t) *Salian. ait, n. 17. mirandum non eſſe; Intrà 130. mundi annos, quando occiſus ſit Abel, multiplicatos*

Ruina Caini.

fuiſſe homines, uſque ad multa centena millia. Adjungitque rationem, quam ipſa nobis Ratio perſuadet: quámque ego, in Ruina hac, *expreſſi.* (u) *Tot enim, neque pluribus annis, in Ægypto reſederunt Iſraëlitæ. Quomodo verò nihilominus verè rectiſſiméque Geneſ. 15. v. 13. & Actorum 7. v. 6. dicantur,* annis Quadringentis malè tractati ab Ægyptiis; *vide Salianum, tom. 2. Annal. Eccleſiaſtic. in illum Geneſeos locum: & Commentatores pleroſque, in utrumque citator. locorum.* (vv) *Rabbinorum delirium eſt; refutatum merito â Matthæo Toſtato, epiſcopo Abulenſi, q. 4. & 17. in c. 4. Geneſ.* (x) *Hebræi veteres, apud Genebrardum. Scribitur autem* Abel, *cùm Adami filium ſignificat, per* He: *cùm verò nomen urbis, (2. reg. 20) per* Aleph. *ſunt nihilo minus, qui Abelem IUSTUM, contendant, utroque ſolitum modô ſcribi: atque ità pariter, &* Luctum *interpretentur, quod* Abel *ſignificat, ſi per* Aleph *ſcribatur: &* Vanitatem, *quod notat eadem vox, ſcripta per* He. (y) *Salianus, Annal. tom. 1 in annum mundi 150. n. 3. Cauſſâ. 1.* (z) *Septuaginta Interpretes, hoc loco, cap. 4. Geneſ. Flavius Joſephus lib. 1. Antiquitt. cap. 3. S. Hieronym. in Traditt. Hebraicis, in Geneſin: & explicatiſſimè, S. Ioann. Chryſoſt. in eandem, homiliâ 20.*

(Aa)

Ruina Caini.

Digitized by Google

(Aa) *Duas Philippus, Macedonum Rex, urbes, locis diverſis, conſtituit. earum alteri cives, & coloniam, dedit, ex omnium* Optimis. *Alteri, ex* deterrimis, *& omni flagitio coopertis. Vide Petrum Gregorium Toloſanum, lib. 1. de Republ.* (bb) *Ità Methodius, apud Matthæum Raderum, Animadverſione. 7. in Chronicon Alexandrinum;* Quingenteſimo (*inquit*) anno, in prima mundi Chiliade, filii Cain abuſi ſunt Uxoribus fratrum ſuorum, in fornicationibus NIMIIS. (cc) *Methodius, idem, qui modò citatus eſt, apud Raderum, eodem loco, ait;* Anno mundi Sexcenteſimo primæ Chiliadis, homines in libidinem valde profuſos fuiſſe: & hoc vitium, tam viris, quàm fœminis, commune fuiſſe: ut pæne ad inſaniam verterentur. *Quam illorum Erotomaniam, etiam temporum noſtrorum celebris expreſſit chalcographus, in iconibus primæ ætatis mundi.* (dd) *Lege Chronici Alexandrini* Annotatiões prævias *Raderi: quas ille tamen ad umbilicos non perduxit; præventus morte, mihi, & amicis ejus cæteris, acerbâ.* (ee) Cainum, *ſuo modo*, cauſſam *in poſteris ſuis* dediſſe Diluvio: *agnoſcit, ac pluribus docet ex verſu 4. cap. 10. libri Sapientiæ, Cornelius à Lapide: quem, ſi libet, vide, pag. 206 & 207.* (ff) *Hebræi & ex illis Divus Hieronymus, Ra-*

Ruina Caini.

banus, Nicolaus de Lyra, Matthæus Toſtatus, Caјetãus, Lipomannus, Benedictus Pererius, Martinus Del Rio, Iacobus Salianus. nec rejicit Cornelius à Lapide. qui, Theodoreto, Paulo Burgenſi, Ambroſio Catharino, & Hieronymo ab Oleaſtro, ait, fabuloſam videri narrationem: ſi præſertim addantur circumſtantiæ quædam, nimis abſtruſæ. ut; Cainum in ſylvis tantùm habitare auſum: Lamechum fuiſſe cæcum, & alia: *quæ etiam mihi fabulis ſimiliora, quam hiſtoricæ veritati, videri debent. Ab iis igitur, in narratione meâ, conſultò abſtinui. Ipſam autem*, de transfixo Caino, errore Lamechi, *hiſtoriæ medullam, & nucleum, ſemper verum judicavi; & ob Lamechi verba, Geneſ. 4. v. 23. & ob auctorum, non ſanè fabulas ſectantium, multitudinem ac maturitatẽ. Quòd autem Iacobus Cappellus quoque Chronologus hæreticus, in* Hiſtoria *ſua* Sacra, & Exotica, *cap.* de Patriarchis, *anno mundi 129.* de Caino, poſt carecta (*ſic enim ipſe loquitur pro,* Sylva) latente, & à Lamecho, atnepote, occiſo, *ſcribat*; eam eſſe fabulam, & à Rabbi Moſe Gerundenſi, à Paulo Burgenſi, & Auguſtino Torniello, meritò reſpui: *non multùm me movet*; *cùm* tres, aut quatuor, turbam non faciant; ſed decem, vel quindecim (*ut habetur in Jure. ff. de vi bo-*

rap.

Ruina Caini.

rap. l. prætor ait. §. 1.) &, ſi vel maximè facerent turbam; *nondum facerent* fidem, *Se ſolos ſapere; cæteros omnes delirare. Præter quam, quòd, in Caini hiſtoria referendâ, etiam alia peccet, non pauca, idem hic Capellus. In quibus eminet; quòd, ut hæreticus hic* Arbitrii Liberi *vim enervaret, Dei ad Cainum verba illa, Gen. 4. v. 7.* Nónne, ſi bene egeris, recipies? ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum aderit? de pœna *quidem* peccati, *haud per omnia abſurde, interpretetur. Proximè verò ſequentia,* Sed ſub te erit appetitus ejus; & tu dominaberis illius, *ait,* Incomodè *exponi,* de dominio in peccatum: *negátque,* in Peccatum habuiſſe dominium ullum Kain. *Ipſe verò diverſam penitùs, & Calviniſtæ homini convenientem, illius textûs* explicationem (*dicere volebam*, depravationem,) *comminiſcitur.* Sellam *item, Lamechi uxorem, putidâ hæreticorum affectatione,* Tſillam *nominat; Adam,* Hadam. *Cætera mitto: ſatíſque, dico,* Ruinæ *Caino fuiſſe (ſi vel in lectulo ſuo placidè obîſſet) abîſſe ex vivis, Deo, Sacríſque libris, Iudæ & Ioanni Apoſtolis, libróque Sapientiæ, exſecrabilem: ſic, ut vulgò Salus illius ſit in conclamatis. Vide Cornel. in cap. 10. Sapientiæ. v. 3. poſt initium.*

Ruina Caini.

Cætera, de Caino, *vel ſparſim, ex inſtituto, tradit idem Corneli. in c. 4. Geneſ. Pererius, alii. Jus quoque Canonicum, locis diverſis; ut, Decreto Gratiani. 24. q. 3.* cùm ergo. §. ſed qui, *De Pænitentia, diſt. 1.* numquid. *& diſt. 3.* Judas. *Cauſsâ quoque 23. q. 4.* hæc autem vita. *vbi notabilis eſt S. Gregorii Magni ſententia, Canoni, ſeu capitulo illi 15. inſerta;* Quiſquis malos non tolerat, ipſe ſibi, per intolerantiam ſuam, teſtis eſt; Quia bonus non eſt. ABEL enim eſſe, renuit; quem Cain malitia non exercet. *Quod ad hæreticos denique, tam Cajanos, quàm Gnoſticos, & Carpocratianos, ceteróſque fœditatis ſimilis, attinet: habes apud Cæſar. Baron. t. 1. S. Epiphanium, in Panario: Bernard Luxenburgium, Gabrielem Prateolum, & alios, veterum Sectarum ordinatores, ordine plerumque alphabeti, vel ſaltem temporum De* Caino *iſta ſufficiant. Pergamus ad alios.*

RVINA

Ruina Caini.

Digitized by Google

RUINA IV.

Quæ fuit,

MUNDI, DILUVIO MERSI.

BREVIARIUM CAPITUM.

I. *Annus mortis Caini. Mors item Adami, Evæ, Sethi: poſt quam, ſcelerum omnium, ac præcipuè Libidinum, fœda licentia, mundum occupavit: in tranſverſum tractis, etiam* Filiis Dei. *Hos, non fuiſſe Angelos, ſed poſteritatem Sethi; demonſtratur & , in Angelos, non impiè minùs, quàm indoctè, mulieroſitatis crimen conferri; oſtenditur. In quo, præ cæteris, reus eſt Mahometes: cujus ſceleſtum, de Angelis duobus, mendacium narratur.*

II. *Mahometis, circa Angelorum luxuriam, non error fuit, ſed deſtinata mentiendi libido. Græcorum contrà quorundam, non mendacium. ſed nudus error. Totius porrò Venereæ culpæ ſumma, transfertur in temporũ illorum Gigantes: qui, cujuſmodi fuerint, corporibus, animis, ac moribus: accuratè deſcribitur. Gigantũ quo-rum-*

rundam procerorū afferuntur exempla. Primorum, hoc eſt, ante Diluvium viventium, Gigantum, horrenda ſcelera, generatim tanguntur; divinorúmque profundiſſima oblivio.

III. *His hominum, tam craſſis flagitiis, offenſus Deus; decernit, delere Mundum Aquis: longo tamen tempore priùs exitium illud denuntiat, antequam inferat. Præmonet interim, de inſtante interitu, amicorum fidiſſimū, Noâchum: cujus deſcribitur proſapia, vita, præconiúmque Iuſtitiæ. De duobus, ab eo erectis, columnis, dubitatur; & dubitandi ratio affertur.*

IV. *Deus, Hominis dies, centum & viginti annorum fore, prænuntiat. Horum verborum, verus, ac genuinus, ſenſus quis ſit, oſtenditur. Simul exempla proferuntur eorum; qui, poſt Diluvium quoq;, plures, quàm, centum, & viginti annos, vivendo exegerunt. Poſt Centum igitur, & viginti, annos cataclyſmo periturū mundum, & Deus ipſe prædixit: &, Dei juſſu, Noë paſſim, ubi potuit, prædicavit. At, nullo fructu. Quare, ſtimulante Deo. convertitur, ad Arcam ædificandam: cujus ei formam Deus præſcribit; & alimentorū præparationem, pro hominibus, ac brutis. Ædificationem Noë orditur; à ſuorum vix aliquo, primis annis, ſed à mercenariis tantùm, adjutus. Locus, in quo conſtructa Arca, & Materia ſtructuræ, indicantur.* V. *Ar-*

V. *Arcæ univerſæ Deſcriptio affertur, & diſtributio, accurata. Cùm autem, ad Cubitorum menſuram, omnis Arcæ longitudo, latitudo, & altitudo, ſit exacta: decernitur, quantæ extenſionis architectonicæ ſint intelligendi Cubiti; ut tamen adhuc commodè ſatìs, vel moveri poſſet Arca, vel conſtrui.*

VI. *In conſtructionem porrò Arcæ, centum ſolidos inſumentem annos, Noachum; nec tamen interim deſinentem impios ad pœnitentiam exhortari: rident ſannis omnibus Impii, & Increduli. Eorum, in ſenem, & Arcæ fabricam, Deíque minas contemptrix Satyra, & Oratio, apponitur. Sed Opus ſuum Noë, nihil his abſterritus, abſolvit.*

VII. *Quoto Mundi, & Noachi, anno: quo item Anni tempore, menséque, propter inſtans, intrà ſeptem dies, Diluvium; Noë, cum animalibus, & hominibus, relicto impiorum mundo, intrârit Arcam; docetur. Numerus, & parium, & generũ, in ſingulis animalibus, exprimitur Ac præterea, quo modo pertracta ſint in Arcam. Quænam item excluſa: quas ob cauſſas; indicatur. Additur denique, quínam ex Hominibus ingreſſi ſint.*

VIII. *Cataclyſmi, cuncta vaſtantis, ut prolixa, ſic horribilis, hypotypoſis. Terræ quoque fœcun-*

Digitized by Google

fæcunditas, imminuta: quídque Paradiſo, & pleriſque merſorum hominum Animabus, acciderit; explicatur. Ad ſummam; hoc capite, Mundi proponitur Ruina; proludium illius ultimæ ſub finem Sæculorum, Ruinæ Mundi.

IX. *Noachus interim, in Arca, cum incluſis omnibus, inter mille formidines, ac ſollicitudines, vagabatur per ſtagnantem Orbem: donec, ſuper Armeniæ montibus ſubſtitit. Quæ porrò ſecuta ſunt, compendiò convolvuntur: & Dei potiùs, in Noachum, Providentia expenditur, Indulgentiáque; quibus utriſque Numen, erga dilectum ſibi virum, tanquam* Infantem uteri ſui, *ſe, &, ut* Matrem *geſſit, & inſuper, ut* Nutricem, *alumni ſui ſervatricem, exemplo Bodmannicæ illius Nutriculæ: cujus tragædia narratur. Exhortatio tandem ſubditur, ad Spem ac fiduciam erga Deum, duris in rebus, concipiendam: ut, qui dives, liberalis, ac miſericors, ſit, ad opitulandum; quoties ex animo imploratur.*

* * *

RUI-

RUINA MUNDI, DILUVIO MERSI.

(I.)

IN annum, à mundo Condito, ſexcenteſimum, octogeſimum octavum, Caini mors incidit. Cujus malitiæ ſucceſſionem, quaſi novo quodam *Impiorum* orto *mundo*, multis deinceps ſæculis extenderunt, ejus poſteritas. Sed interea temporis, fato conceſſerunt, ADAMUS, Caini pater, anno vitæ nongenteſimo, triceſimo. *Mater Viventium*, EVA: *decem* fortaſſis horîs maritô ſeriùs producta, totidem eum annis tardiùs eſt morte ſubſecuta. De poſteris verò Sethi, qui *protoplaſtis*, in ſolatium *Abelis* occiſi, natus ac datus fuerat, genitus *Enóchus*; in *Paradiſum*, ob vitæ morúmque ſingularem innocentiam, transfertur; anno, poſt conſtitutum mundum, *nongenteſimo*; ſi *ſeptem* his addas, & *octoginta*. Cæterùm, *Sethus* ipſe, pietatis & ſacrorum cultor eximius; poſteaquam fami-

Ruina Mundi, per Diluvium.

familiam ſuam, ac ſtirpem, quoad vixit, à *Cainitarum*, & moribus, & nuptiis, & omni vitæ conſuetudine, ſummâ ſegregârat ope: naturæ debitum exſolvit, anno Mundi Conditi milleſimo, quadrageſimo ſecundo. Morte *Sethi*, tanquam obice quondam perrupto fluminis; curſus ac torrens omnis generis ſcelerum, prohibente jam nullo, non ſtagni, ſed Oceani more, ſe diffudit inoffenſus: & univerſum occupavit orbem. *Libidinum* autem potiſſimum fuit regnum; culpâ primùm *multitudinis* infinitæ *mulierum*; quod mortalis figuræ genus, *tanquam herba nocens*, & *creſcere* vulgò *citiùs* (*a*), & diffundi numeroſiùs, conſuevit: *Petulantiâ* deinde, comptiſſimæ cujuſque formoſiſſimæque; præcipuè verò, *Noëmmæ*, filiæ Lamechi, ſororíſque Tubalcaini. Ferunt enim, hanc, præter ſexûs ac pulchritudinis illicium, inſuper & ſocias eſſe pertrahere ſolitam, ad omnem veſtium ornatúſque luxum; telæ *Sericæ* reperto texto; lætioribus tincto coloribus: ac juvenum excitare cupiditates; lyræ, citharæ, carminúmque, choréis intermiſtorum, peſtiferis lenociniis. (*b*) Ibi tum, non *Cainitæ* duntaxat, tanquam profanũ, & humi repens genus, in deterrima quæque præcipites abierunt: ſed *Sethæi* quoque, quos

antea,

antea, propter excellens, à cæteris, continentiæ diſcrimen, DEI FILIOS appellari, ſollemne fuerat: in tranſverſum acti ſunt. Nec id jam viritim, aut per decurias, manipulóſve: ſed agminum & exercituum more, per cohortes & legiones, furoris genus inſaniebant. *Omnes* (quod Jeremias poſtea conquerebatur) *ad curſum converſi ſuum, tanquam equus, impetu vadens ad prælium, ruebant in flagitii conſenſum.* (c) Jámque matrimonia credebantur illa, parùm humanæ libertatis eſſe; quæ continerentur inter *unum, & unam.* Et *Lamechi* quoque, *duas tantùm* ducentis *uxores*, anxium nimis, ac timidum, vocabatur conjugii ſeptum. Quare, laxandum, ipſi, diducendúmque, nuptarum numerum eſſe, clamantes; *mulierum*, ſicut hodie Turcæ Saraceníque, *multitudinem* denſare cœperunt: & ex omni fœminarum turba, quas, & quotquot, ſibi quiſque commodas exiſtimaret, ſibi connectebant. Et hoc fœdi moris facinus in ſe ſuſceperant, jam non modò *Cainitæ* cuncti, ſed paſſim & illi, qui priùs *Filii DEI*, ſicut dictum eſt, appellari conſuêrant: hoc eſt, non *Angeli* (quod nimis inconſultò veterum nonnulli, recentiorúmque, ſomniârunt) ſed *Homines*, *divinis olim addicti*; *poſteri Sethiani*, ſtirps *humana*. Sanè

T deli-

Ruina Mundi, per Diluvium.

deliriis hiſce plurimùm, ac præter omne meritum, *Angelorum* eſt infamata natura: quæ revera, quàm corporum, tam deſideriorum Veneris, expers eſt: ac, quando, malis in *Spiritibus*, uſum thori, vel exercet, vel patitur; eam illa voluptatem obſcœnam, mentitur, non experitur. Mentitur igitur & Mahometes ſacrilegus; dum (*d*) *Haródum* & *Maródum*, cœleſtes genios, narrat, à DEO quondam in terras eſſe miſſos; ut mortalium in mores, ac tribunalium præſertim æquitatem, quærerent. Eos autem in ædes incidiſſe, pernoctandi gratiâ, quarum dominus domo tunc abeſſet; ſola verò præſens eſſet, elegantis formæ, materfamilias. Hanc eos, poſt accuſatum, apud illos, ſolitis uxorum querelis, virum ſuum, adhibuiſſe menſæ, cœnatóſque delicatiſſimis epulis, vini generoſioris copiâ, perlautè tractâſſe. Verùm illos, cibi infertos, ac temeto ſaucios, in hoſpitæ cupidinem exarſiſſe: ſollicitatámque, conatos opprimere. Mulierem ſpopondiſſe, gratificaturam ſe; ſi priùs ab eis, quânam viâ tenderetur in cœlum, & indidem rediretur, didiciſſet. Id Angelos ei confeſtim, quanquam *arcanum ingens*, aperuiſſe. Sed illam, hac uſam notitiâ, delusâ *geniorum* exſpectatione fœdâ, ſurſum, in cœlum, evolâſſe: tantíque ſce-

Ruina Mundi, per Diluvium.

ſceleris tentati reos, apud Deum, Angelos peregiſſe. Secundùm quæ, mulierem quidem, accuſationis retuliſſe pretium; utì *Veneris in ſtellam* transformaretur. *Haródum* autem, & *Maródum*, ſollicitationis improbæ reportâſſe pœnam: ut, ingenti ferreâ religati catenâ, capite, corporéque medio tenus, Babylonis, neſcio quo, puteo demerſi, pedibus ſurſum verſis, pendérent; laturi tormentum hoc, & tam cruciabile ſupplicium, quoad homines terra ferret. Id documento mortalibus, ex *Angelorum* hac infelicitate, fuiſſe, ſempérque fore: nequis *vino* ſe crederet, *malorum omnium ſcaturigini*.

II. Sed, *Mahometis* hæc ſunt, in *Angelos*, impia contumelioſáque commenta: quæ, ſciens ille prudénſque, cùm falſa nôſſet, tanquam vera, ſuis venditavit; ut uſum omnem *vini* ſuperſtitioſè proſcriberet. At illi, quos diximus, alii quidam commentatores, nullâ, circa *libidinem* Angelorum, malitiâ; ſed opinione tantùm, errârunt; Græcorum veterum decepti ſententiâ, tunc quidem valdè receptâ, falsâ tamen, & hodie meritò rejectâ: dum, & *Corpore præditos* exiſtimarent *Angelos*; & eos, quos Moſes, in enarratione Diluvii, *DEI filios* appellavit, *Angelos*, non *Homines*, interpretarentur.

Ruina Mundi, per Diluvium.

Hinc &, delinquere potuiſſe, crediderunt. Sed his jam, tanquam quiſquiliis, repurgatis; quinam potiſſimùm, ex hominum omni multitudine, tam petulanter inſanierint, ut in mulierum deſideriis eſſent toti: Sacer Scriptor non ſiluit; dum narratô, Deum, offenſum hominum immodicâ libidine, faſtidire cœpiſſe genus humanum, continuò ſubjecit: *Gigantes* fuiſſe *ſuper terram*, illâ tempeſtate. *Gigantum* verò nomine, quanquam, ut in *Caino* dictum eſt, affici quondam etiam ii ſolerent, qui quoquo modô, ſanguine, famâ, titulîs, & honoribus, inter mortales eminerent: tamen, nuncupatione, qualis in hiſtoria *diluvii* nobis occurrit, *propriâ*, mortales intelliguntur, *corpore robuſtiſſimi*; *corporis altitudine proceri*; *molêque membrorum*, *cum impetu* quodam, *turrium inſtar*, in obvios quoſvis *irruere* vulgò ſueti. *Gigantéæ* porro longitudinis ac firmitatis homines, utriuſque ſexûs, jam indè, rerum ab ortu, viguiſſe, Barucho vate teſtante (*e*); res eſt adeò dubitationis expers: ut fuerint, qui *Gigantibus*, etiam *Patriarcharum* nonnullos ſuperiorum ætatum, accenſerent. In his, Adamum, Evam, Sethum, Cainum, Abelem, numerabant. Etſi ſanè, nequid diſſimulem, nimius fuit *in Adamo*, Rabbinus Abenezra: qui finxit;

finxit; Eum, poſtquam ejectus *Paradiſo* ſit, Oceanum vadô tranſmiſiſſe. Fuiſſe tamen nihiloſecius, proceritate corporum immani, vaſtáque, *Gigantum* primos; ac, multis deinceps ſæculis conſequentibus, gigantes alios: eſſe poteſt argumento, tam id, quòd omnium linguarum prima, quæ poſtea dici cœpit Hebræa, *Viros-Menſurarum* (*f*) eos nominârit: tum indè, quòd admirandæ magnitudinis ac molis viri, nec olim rari, nec noſtrâ pæne tempeſtate nulli, conſpecti ſint. *Ogis* quidem certè, Baſanæorum regis, qui poſt *Cataclyſmum* vixit, *lectus ferreus* monſtrari ſolitus erat, in urbe Rabbátha, regiâ, cubitorum novem longitudine, quatuórque latitudine (*g*). quæ conjecturam dent facilem; *Ogem* ipſum cubitis octo non fuiſſe breviorem. In Oronte quoque, Syriæ fluvio, Pauſanias in Arcadicis auctor eſt, cadaver repertum eſſe; quod cubitos undecim explêrit. De proceritate Pallantis, Lauſi, Turni, quorum unius effoſſum cadaver Romanæ murum urbis, tumulo propinquum, æquârit; Ludovicus Lacerda, cæteríque Maronis Commentatores, teſtes eſſe locupletes videri debent. Refert & Joannes, Solmenſis Comes, ſeu, quiſquis demum *Iter illius Syriacum* deſcripſit; ad Joppês urbis propinquum littus, immanem

Digitized by Google

ex aquis maritimis eminere ſcopulum: cuj catena ferrea ſit inſerta, magnitudinis & craſſitiei perquam ſtupendæ. Sed addit; prodigioſiorem multò *coſtam*, (ego, *Scapulam* ſcribi debuiſſe, ſuſpicor) ex eádem pendere rupe: cujus longitudinem, ait, *unius & quadraginta pedum*, à prӕternavigantibus hodiéque ſpectari. (*h*) Thomas quoque Faſellus, decade primâ rerum *Siciliæ*, cujus Inſulæ veteres incolæ, celebrantur, *Cyclopes*; exempla *Gigantum* multa, noſtræ propemodum ætatis, in medium adducit: quorum aliis, octodecim, fuerit; aliis, viginti; nonnullis, etiam plurium cubitorum, altitudo (*i*) Quanquam autem, & illis, quas notavi, tempeſtatibus, conſpecti *Gigantes* ſint; & nos ipſi, paucis abhinc, annis, ex Alpium Rhæticarum accolis Algojis, unum quempiam ejuſmodi, per urbes circumductum, viderimus: prioris tamen mundi ſæcula, majore longè numero ſpectârunt illos; non viritim ſcilicet, aut ſingulos, ac ne denos quidem, aut vicenos: ſed planè turbas, & catervas, ac populos, & multitudines. Hinc illa, poſt *Diluvium* quoque, *monſtra filiorum Enacinorum* (*k*): hinc gentes, quas Ammonitæ *Zom Zommímos* nominabant; vocabulo barbaræ, moribus ac feritate barbariores: *populus magnus, & multus, & proce-*

ceri

ra longitudinis, in terra Gigantum. Tales autem tantóque numero, ſi ſuperfuerunt adhuc, & renati ſunt; cùm jam *Gigantum-mundus* eſſet aquîs obolitus: qualéſnam, obſecro, quantâque multitudine, cenſebimus eos floruiſſe, priuſquam diluviô mergerentur? cùm, & qui generabant eos, in fœtum quàm abſolutiſſimum eſſent intenti, paribus utrimque parentum ſtudiis (*l*): & immenſa mulierum procerarum multitudo prolem, auctoribus ſimilem, infinitam progerminaret? Quo fiebat, ut non modò vaſtiſſimis validiſſimíſque *Virorum*, ut ſic dicam, *Coloſſis*; ſed etiam exercitibus, ac nationibus, inundaret Orbis: priuſquam ſtagnaret Aquis. Et his *hominum prodigiis*, haud obſcurè divinus Geneſeos ſcriptor; clariſſimè verò, commentatores (*m*) & Interpretes ejuſdem libri, potiſſimam tribuunt ſcelerum omnium illius ætatis palmam: & ex hac, deleti mundi culpam. Hi namque, conglobati paſſim, ut univerſitatis reges, ac domini; quantùm ſe corpore, tantùm animis, extollebant: ſuperbi; cæterorum præ ſe contemptores; bellicoſi, præferoces, violenti, crudeles; omniúmque, minùs robuſtorum, per tyrannidem, oppreſſores. Denique, quod caput erat, nec mortalium quenquam penſi, nec adeò Deum ipſum, haben-

T 4

Ruina Mundi, per Diluvium.

habentes: Numinis contemptores erant, ac veri *Mezentii*. Quibus eorum tam malis artibus, fiebat; ut impunè paſſim mortales, omni proculcato jure, Fas & æquum peſſumdarent. Et; quoniam inſuper mortalium erant omnium libidinoſiſſimi; thalamos, & *proprios*, uxorum multitudine conſtipabant; & *alienos*, nullo maritorum metu, turpiter expugnabant: ac ſummatim, omnia naturæ pudoríſque repagula perfringebant. Fiebant igitur, præter rapinas, ac cædes, eæ corporum animorúmque contaminationes; quas fari, pudor eſt: & qualium nos, *in Ruina Caini*, præludia ſuprà deſcripſimus. Agitabantur *nuptiæ*, pleraſque per domos, *innuptæ*, continuæque: quotidiana gliſcebant convivia, ganeæ, comeſſationes, luſtra; nec niſi genio, diebus ac noctibus, indulgebatur: id, quod & *Christi* poſtea querela mortalibus, luxui deditis, inculcavit; in exempli deteſtabilis odium. (*n*) In tam fœda verò voluptatum colluvie, cùm exempla prava, quaſi tabis ac peſtilentiæ more, primùm à propioribus ad remotos: dein, à paucioribus ad multos; à centenis, aut millenis, ad innumera mortalium millia, ſerperent: quid poterat in orbe ſupereſſe ſani? ***Corruperat omnis caro viam ſuam:*** (*o*) &, ***Iniquitate repleta***, natabat ***terra***, ***magis***

gis tunc vitiis, quàm paulò pòſt undis. (*p*) Quæ poterat, in tam immenſo profundóque *Veneris regno*, caſta Dei reſtare memoria? *Cuncta cordis humani cogitatio*, veluti cœnô demerſa, defixáque lutô, volutabatur in ſordibus: *in malum*, & cupiditates ſuas explendas, *intenta* quovis tempore; ne cœleſtibus, vel ad punctum, vacare luberet. Nam *Animus, carne ſepultus, in ſubtilitatem Spiritûs nunquam aſſurgit.*

III. Exaſperârunt hæc (& quippeni?) vehementer, *Oculum Dei mundum*; *ſpectaculorum* tam *impurorum impatientem.* (*q*) Confixerunt liberaliſſimi Regis beneficum pectus, tot, in humanum genus congeſtæ, dotes; tam ingratâ vice repenſæ; tam indignis tractatæ modis. Adversùs *hominem* igitur, tanquam *hominis agens more, dolore cordis intimo ſauciatus; pœnitere ſe*, faſſus eſt, *hominis* in mundo *producti*: quem proinde, quoniam, & ſeipſo fuiſſet, & rebus cæterîs, per ſummam Conditoris injuriam, abuſus; *Deleturum ſe*, pronuntiat, *de terra, cum ipſa ſimùl terra: perditurúmque, cum hominibus, omnia, propter quos facta ſint omnia.* (*r*) *Pœnitentis* autem hæc, & *Dolentis Iratíque*, verba *Dei*, nemo profanus, aut hæreticus, accipiat, in Dei contumeliam; tanquam *humanū quid* paſſus eſſet, qui *moderatur humana.*

T 5 Scri-

Digitized by Google

Scribuntur enim hæc, iſtis verborum formis calamô Moſis: *ut* (quod doctè dixit Ambroſius) *peccatorum exprimatur acerbitas; quæ Divinam meruerit offenſam: tanquam eouſq; culpa delinquentium increverit; ut etiam DEUS, qui naturaliter non movetur, vel odio, vel ægritudine mentis ullâ, provocatus videatur ad Iracundiam.* (s) Ne multis! quod Salvianus dixit Maſſilienſis (t); *Sub nomine Pœnitentiæ Dei*, ſacer conſcriptor *vim demonſtravit Irati.* Cæterùm, *Ira Divinitatis, eſt, Pœna peccantis*. Hîs in hunc itaque, quem dixi, modum tactus Deus; conſtituit, eluvione, quanta nunquam antea contigiſſet, peccata mortalium, unà cum ſuis auctoribus, ac ſcelerum inſtrumentis, abolere. Quòd autem is eſſet *Rex*, non *juſtitiæ* magìs, in reos, quàm, in inſontes, *clementiæ*, memor: *regum* noſtratium, ſiqui ſubinde præ cæteris ſapientiâ moderationéque pollent, non ex toto morem omiſit. Ut enim, qui vellent, ab improbitate pedem retraherent; comminatus primùm, & per ſeipſum initiô, poſteáque per alios, tanquam *feciales*, excidium denunciavit, Ut autem & ſpatium haberent reſipiſcendi; magnum annorum intervallum, inter indictionem cladis, & cladem ipſam, interpoſuit. Præterea, ne noxios pariter,

Digitized by Google

ter, innoxióſque, malum idem involveret; modum, quo, fidos ſibi, collocaret in tuto, reperit, ac præſcripſit. In quo, ſi Divina licet humanis componere, ſecutus eſt DEUS conſilium, quod ſupremus Provinciarum quondam Septendecim *Belgii* quidam Princeps ſecutus fertur; ad coërcendos eos, qui detrectârant obſequium. Minabatur is, in arcaniore primùm optimatum ſuorum concilio; ſe Scaldi, Moſâ, Rheno, Uahali, fluviorúmque cæteris, tum & æſtuariis omnibus, ac Foſſâ Druſianâ, ſub unum temporis punctum proruptis, eluvionem, in medium terrarum hoſtilium, emiſſurum, Miſſis deinde caduceatoribus; pacem obſequentibus, vaſtitatem contumacibus, offerendam curavit. Quòd autem, paucos quoſdam, ſed, genere fidéque præſtantes, nôſſet, medios inter hoſtes agere, conſiliorum interim hoſtilium exſortes, ac deteſtatores: eos, ceu ſibi cumprimis addictos, clam miſsîs, aut litteris, aut internunciis, evocavit: ac, quo loco, vel arce, ſeſe reciperent in tutiora, præſcripſit. Idem planè, multóque majore maturitate providentiáque, præſtitit, adversùs rebellem Orbem, divinum Numen. Comminatus eſt; *non permanſurum in homine Spiritum ſuum perpetuò*: propterea, *quòd homo totus, eſſet Caro.* Poſt-

Ruina Mundi, per Diluvium.

Poſtea, *vaſtaturum* ſe, prædixit, *homines*, *animaliáque*, *cum terra*, propter homines. Certum inſuper annorum præfixit limitem; intrà quem, quiſquis rediret ad obſequium, id ei fraudi non eſſet, quod antè deliquiſſet. Sed, *prima curarum* ei fuit, *Innocentis viri Salus*. NOACHUS is erat. Cujus, quoniam in paucis virtus enituit, conveniens eſt, & ſtirpis referri ſplendidam antiquitatem. Adamus igitur, Abele vitâ pulsô, creat Sethum; Sethus Enóſum, Enóſus Cainánum, Cainanus Malaleëlem, Malaleël Jarédum, Jarédus Henóchum, Henóchus Mathuſálam illum; qui (patre dempto, quem, etiamnum ſuperſtitem, ignotus nobis locus habet) vitæ longitudine mortales omnes longè ſuperavit. Idem verò Mathuſales, Laméchum gignit: & hic, *Noáchum*, Hujus, cùm incidiſſet ortus, in annum, à Mundo Condito, milleſimum, quinquageſimum; ſeptimum: vita, ſive conjugalis ea fuerit, ſive, quod nonnullis placuit, (*u*) ad annum uſque quingenteſimum cælebs, inculpatam ſe, *perfectam*, *juſtitiaq́ue* tenacem, & inprimis *Deo probatam*, exhibuit; Idque continenti, nec unquam interciſo, virtutis curſu, *per omnes*, & annos, & *hominum*, *quibuſcum vixerat*, *ætates*. (*uu*) Deo quidem certè *Noachus* præ cæteris, & charus,

Digitized by Google

rus, & delectus eſt; cui, perituri paullò pòſt, mundi ſeminarium delegaret. Hunc ille, jam tum, cùm aliquantò junior adhuc eſſet (*x*), quoniam eminere videbat exemplis Innocentiæ; cætero mundo, ſordibus cooperto, voluit, & ex diverſitate morum, & ex orationis facundiâ, *Juſtitiæ præconem* opponi. Nec enim ab eloquentiâ parùm; nec à rerum, præſertim divinarum, ſcientiâ, nihil inſtructus erat. Illud tamen, quod recentiorum nonnemo (*y*) Noacho; quidam autem & Adamo, tribuerunt, in ſummo voluminum divinorum ſilentio: vehementer ambigam, an credam? duabus eum columnis, quarùm alteram è coctis laterculis, alteram lapideam, conſtituerit, cœleſtium rerum inſcripſiſſe ſcientiam. Eas autem, ſæculo ſuo, ſuperſtites etiamnum in Syria fuiſſe, narrare Flavium Joſephum, idem affirmat. Sed hujus tamen ejuſdem auctoris, in haud paucis aliis, nutat fides. Quòd ſi tamen tale quid Noachus, poſterorum bono, molitus eſt; id, oportuit, accidiſſe priùs utique, quàm is intelligeret ex DEO, ſe, cum familia ſuâ, pœnas, cætero mundo communes, evaſurum eſſe. Poſt hæc enim, cùm didiciſſet, *aquis* orbem, non *Igne*, tunc periturum; inutilis ei videri debuit columna *lateritia*; quippe,

Ruina Mundi, per Diluvium.

Digitized by Google

pe, quam undæ ſubluturæ fuerant, & in ruinam daturæ. *Lapidea* verò, credi potuit, ſupervacanea: cùm ipſe, quíque ſecum eſſent, ore vivo, quàm litterîs mutîs ſaxa, longè diſertiùs eſſent rerum cœleſtium diſciplinam ſuis poſteris tradituri. Verùm, hæc quidem, utcunque volet quisque, vel credat, ut *probabilia*; vel repudiet, ut *falſa*. Nos ad ea, quæ *certa* ſunt, gradum prorogemus.

IV. Jam Noachus vitæ quadringenteſimum, & octogeſimum primum agebat annum; mundus autem, durationis ſui, milleſimum, quingenteſimum, trigeſimum ſeptimum: cùm DEUS, pejorem indies mortalitatem expertus, ſpatium eorum, qui tunc viverent, quíque tantiſper eſſent vitam accepturi, definivit; non niſi *Centum annorum, & viginti*, futurum; quibus evolutis, peſſum iturum eſſe, prædixit, mundum. Hanc Numinis, in Orbe finiendo, temporis determinationem, fuerunt, qui traherent eum in ſenſum: ut exiſtimarent; Decreviſſe DEUM, *nequis hominum, deinceps, ſi vel plurimùm longævus eſſet, annum centeſimum viceſimúmque, vivendo tranſiliret.* Quæ tamen utique denuntiationis illius mens non fuit; quantumcunque verba viſa fuerint perplexa. Cùm enim

Digitized by Google

enim Noachus, vitæ ſuæ quingentis expletis annis, Semum; poſtea Japhétum, & Chamum, filios, procreârit: ſcimus nos, è codicum divinorum auctoritate; Noachum primùm ipſum, ante *Cataclyſmum*, Sexcentos; poſtea verò, *quinquaginta*, *ſupra trecentos*, annos explêſſe. Filiorum autem Noachi, Semus quidem, ſexcentos univerſim annos egit. Japheti verò, Chamíque, quanquam præterita ſit annorum numeratio (quippe, nihil ad Abrahami ſtirpem pertinentium) veri tamen ſimile ſit; vix inferiorem eam fuiſſe, Semi, fratris eorum, annis. Et hi tamen omnes, quo tempore divinum illud promulgatum decretum eſt, ſuper *annorum centum ac viginti* numero; lucem necdum aſpexerant. Quod idem & in eorum poſteris videre fuit; maximéque, Semi: cujus filius, Arphaxádus, vitæ trecentos & octo, ſupra triginta, numeravit annos. Arphaxadi filius, Sales, quadringentos, tringinta tres: Salis filius, Heber (cujus à nomine traxit & lingua nomen, & gens, *Hebræa*, tanquam *Heberæa*) quadringentos, ſexaginta quatuor. Ut interim taceam eos, qui poſteriores his fuerunt; & *annos* tamen *centum viginti* vivendo paſſim vicerunt: Phalégum, inquam, annos, cùm moreretur, ducentos triginta novem natum:

Revem,

Revem, Phalégi filium, ducentos itidem, triginta novem: Sarúgum, Revis filium, triginta, ſupra ducentos: Náchorem, Sarúgo natum, centum, octo, ſupra quadraginta. Náchoris filium, Tharen, Abrahami patrem, tantò pòſt, quinque, ſupra ducentos: & ipſum Abrahamum; cujus morientis, centum, & ſeptuaginta quinque, fuerunt anni. Quin & Jojadæ, Pontificis Hebræi, vitæ centum, triginta, conceſſi ſunt anni; cujus mors tamen tantò pòſt áccidit: & in annum incidit, ab Orbe condito, ter milleſimum, centeſimum, octogeſimum quartum: cùm lex utique, de finiendo (ſicut adverſarii loquuntur) homine, poſt *centum viginti ſpatium annorum*, à DEO jam lata fuiſſet; annô, poſt Orbem conditum, milleſimo, velut dictum eſt, & quingenteſimo, trigeſimo ſeptimo. Quin &, patrum noſtrorum ætate, *Joſephus Anchieta*, vir, prodigiis ac vitâ clarus, Bráſilum, mediis in ſylvis, reperit, ſenecionem; qui ſe, profiteretur, vitæ *trecentos annos* numerare: (z) poſt quos & animam, quam, ſub illum ipſum temporis articulum, agere cœperat, exegit. Ex quibus conſtat, quæ DEI verborum ſententia fuerit, denuntiantis; *Hominis Centum, & viginti*, futuros *annos*. Hæc éadem porrò prædicebat, hor-

tatu

tatu Numinis, etiam Noachus. Sed, infinitum erat, omnium auribus has DEI minas infundere; quippe, per Orientis diverſiſſima loca diſperſis. Nam jam dudum erant, non mapalia modò, villæque, cum vicis, ac pagis; ſed & oppida, caſtelláque; tum & frequentes, ac cinctu mœnium turriúmque formidabiles, urbes. Mortalium autem, innumera multitudo. Circumibat verò, quà poterat, & quoad ſpes frugis eſſet, ſollicitus Noachus. Cæterùm, à pleriſque, nec audiebatur quidem: &, à quibus auditus eſſet, explodebatur. Plurimos autem, nimiùm ſepoſitos, ne *pes* quidem *præconis*, nedum *oratio*, tangebat. Etſi ſanè neminem *fama* fallebat, aut præteribat, *excidium mundi* prædicantis. Sed *mortuis* (quod ajunt) *auribus*, *tonitrus incidebat*. Prioribus deteriora, flagitia ſubſequentia denſabantur. Igitur, deſperatâ morum emendatione, Noachum allocutus DEUS; *Certum ſibi, decretúmque*, profitetur, *interitûs illo genere vaſtare mundum, quod nemo, niſi navigans, eſſet evitaturus.* Iret igitur: &, è materie durabili, complanatáque, conſtrueret molem ligneam; cujus figura, ſpatiúmque, tam humanæ, quàm brutorum omnium, volucrúmque, poſteritatis *Seminario*, vectando par, & ido-

V nea

Ruina Mundi, per Diluvium.

Digitized by Google

neâ foret. Formam ergò, non *Navis*, ſed *Arcæ*, ſequeretur, in fabrica. Commiſſuras verò trabium, ac laterum, tabularúmque, bitumine litas, intus, ac foris, adversùm aquarum omnes illapſus permunire ſatageret. *Arcæ* totius longitudinem, in cubitos trecentos; latitudinem, in quinquaginta; demum, in triginta, carinam, ad uſque faſtigium operis totius, extenderet. Tabulatis, & contignationibus, altitudinem cuique ſuam; cellîs autem, ac ſtationibus, latitudinem, diſtingueret: cæteráque, modum in eundem, quem ipſe ſingillatim præſcriberet, effecta daret. Opere porrò conſummato, cum primùm tempus inſtaret obruendæ fluctibus univerſæ terræ; ne differret, & ipſe cum ſuis, quos habiturus tunc eſſet in familia, per pontem, ad id præparatum, in *Arcam*, adhuc ſiccam, ſe conferre. Meminiſſet autem, ſub idem tempus, agere præ ſe, brutorum cicurum ſylveſtriúmque, tum & volucrum, omne genus, eundem in locum: introductîs ſingulorum generum conjugiis, ad præſcriptum ſuum. Tam autem ſuæ, ſuorúmque, quàm brutorum, tolerandæ vitæ, rationem haberet: & quoniam haud exigui temporis ea futura foret inundatio, quæ deſtructura mundum eſſet: comportaret jam antè, providâ curâ, fruges, annonam,

Digitized by Google

nam, pabulum; & omnia, famis ſitíſque, tam humanæ, quàm brutæ, fomenta. Securus autem ipſe ſuæ ſuorúmque Salutis, & animalium, in Arca degeret; quantocunque demum tempore, clauſus eâ, per orbem eſſet oberraturus. Nam eum, ut *juſtitiâ præ cæteris*, virtutéque, *conſpicuum*; & nunc jam eſſe cordi, ſibi, tanquam inter hoſtes innumeros, fœdere ſocietatéque conjunctum: &, cùm primùm impendére cœpiſſet periculum; *ex propinquitate mali* magìs curæ futurum. Hac igitur fide tectus, bono deinceps animo ſemper eſſet; & operi præcepto manus admoveret: Quæque dictâſſet ei Numen, ab iis latum unguem ne recederet. Profuturum id nulli magìs, quàm ipſimet ſtructori. Solidam ſi feciſſet Arcam; ſolidam etiam, ac fidam, habiturum. Secundùm hæc DEI verba, nihil remoratus imperium Noachus; ad fabricam totis ſe viribus animíſque convertit. Annus ibat mundi milleſimus jam, & quinquageſimus ſextus, ſupra quingenteſimum: Noachi verò, Quingenteſimus: cùm hic Arcæ ſtruendæ laborem eſt aggreſſus. Quo tempore, maritúſne fuerit, ac jam pater; ſunt, qui dubitent. Certum id eſt; *Semum* ei, *Japhétum*, & *Chamum*, à quingenteſimo demum anno, naſci cœpiſſe:

Digitized by Google

nec omnes ſimùl; ſed, annorum ordine, quô nomina natorum referuntur. Ut proinde ſit extra controverſiam omnem; eum trium horum, quos nominavi, filiorum, primis ſui laboris annis, operâ juvari nequiviſſe: multóque minùs nuruum ope ſociali. Potuit uti filiis, ſiquos (quod ego, cum Divo Chryſoſtomo, non credo) genuit annis iis; qui vitæ quingenteſimum anteceſſerunt. Eos autem, ſi ſanè qui fuerunt, opus eſt, fateri; vel non attigiſſe vivendo *Cataclyſmi* tempus, morte præreptos, aut *Cainitarum Gigantúmque* latrociniis: vel ab *Arca*, quam cum cæteris ſuis intravit pater, ſolos, ex omni Noachæorum familia, meritô ſcelerum, excluſos. Id, quod, in tanta genitoris *innocentia* (non utique laturi mores eorum improbos) animus horret, vel ſuſpicari. Præterquam, quòd hæc opinio cum præſagis DEI verbis pugnaret: quippe, non præcipientis tantùm, ſed etiam prædicentis, omnis Noachææ domûs incolumitatem, *Arcæ* præſidio; cùm diceret, anno Noachi quingenteſimo, vocibus diſertîs; *Ingredieris arcam* (juvat enim, ipſa verba ponere) *tu, filiíque tui tecum.* Verùm, quorumcunque tandem, è ſuorum numero, junctîs operîs adjutus Noachus, opus tanti moliminis inchoârit: inchoavit quidem certè; non multùm, ut

ut ego reor, præ virium ac ſenii debilitate fabricantem adjuvantibus, vel Lamecho patre, vel avo Mathuſalâ. Nam, eorum uterque tunc adhuc in vivis erant: Lamecho, non niſi ſub annum Mundi milleſimum, ſexcenteſimum, quinquageſimum primum; Mathuſalâ verò, paucis admodum, ante Diluvium cœptum, diebus, aut certè menſibus, extinctô. Neceſſe fuit igitur, ne ſolæ laborarent Noachi manus, operi tam vaſto non ſuffecturæ; mercenarias etiam operas aſciſci, mortalium ejusmodi, qui, cæteris quidem improbis vitæ pravitate ſimiles, acciperent tamen à Noacho laboris manupretium: & adjuvarent eum, quem animo deteſtarentur; aut etiam irriderent. Solum autem, ſeu, fundum, in quo conſtrui cœpta ſit *Arcæ* moles, ſunt, qui memorent; planitiem fuiſſe camporum illam; quæ *Caucaſi*, ſylvoſi montis, radicibus (*Aa*) adjacebat: ut, in quam facilis eſſet arborum, ſummis in jugis cæſarum, præceps devolutio. Ferunt autem, *cedrorum* etiam illic cæduam fuiſſe: nec aliam *Arcæ* totius, quàm *cedrinam*, extitiſſe materiem. (*bb*) Cujus, poſt hominum memoriam maximæ, molis maritimæ, forma talis fuit, ac diſtributio: digna, quæ, *breviter* ſaltem, expendatur; quam interim ægrè *Sæculo toto* Noachus expediebat.

Ruina Mundi, per Diluvium.

Digitized by Google

V. Quatuor erant igitur univerſim, in Arca, tabulata lignea; longitudinem illius, ac latitudinem, conſtituentia. Quorum primum, & idem infimum, *Carina*: quam æqualiter undique ſuperinſtrata ſaburra, quæque cæteræ molium erant, degravabant. Supra *carinam*, contignatio *proxima*, ſtabula continebat, ac diſcreta cubilia, generis omnis brutorum, alîs carentium; quæ quidem in aquis vitam non ducerent. Horum diſtincta potuerunt eſſe, *trecenta triginta* ſtabula: quorum ſingula *cubitos* haberent longitudinis, ſex; latitudinis, item ſex: decem, altitudinis. Nec erat ſtationum metuenda penuria: cùm animantium, *quatuor pedibus* incedentium, genera, vix numerum attingerent, *centum*, *ac triginta*; reptantium autem, ac ſerpentium, &, quæ vocant, *Inſectorum* ſine pennis, non ampliùs eſſent (ut multum) *triginta*. Porrò ſua cuique præſepia, ſuis adjuncta cellis erant. Incumbebat, brutorum huic tabulato, tabulatum *tertium*: in quo, tanquam promptuario, ſpirantium eſſet omnium annona, cum Aqua, repoſita; granarium, ac penus, hominum. fœnile dein, & horreum, cæterorum animalium: ſupellex autem, utenſilia, vaſa, locîs, & interiùs, & ad latera, commodiſſimîs, diſpoſita: quò ſuô, nec hinc quidem,

dem, libramentô juſtô, tanquam navigium, *Arca* deſtitueretur. *Quartam*, eandémque *ſupremam*, contabulationem occupaturi partim homines erant, diſſeptis virorum mulierúmque cubilibus (nec enim, *Cataclyſmo* vaſtante mundum, operam erant propagini daturi): partim, majoribus minoribúsque diviſa nidîs, animalia *volantia*; ſuâ quæque cum pari. Porrò, ſingulis in tabulatis ſuperioribus, ad carinam uſque, *tubi*, per quos pabula demitterentur; & *ſcalæ*, per quas aſcenſus fieret, ac deſcenſus, & *ambulacra* viæque, quibus commearetur; & in ſupremo denique, *ſpiramenta*, ſtruebantur: quibus & animalium evolaret fœtor; & ſe reciperet, ac renovaret, aër. Iis porrò ſpiramentis, ne ſe pluviæ poſſent iiſdem ingerere viis, quibus exhalaretur aura; tectum erat præſidio: quod, *cubiti* menſurâ, non in faſtigium, aut apicem, ut Europæarum plerumque domuum; ſed in fornicis figuram, humilem, ac ſenſim coëuntem, tanquam in eſſedis Gallicanis, ſuperextenderetur. Sub hujus interiore parte, liberrimus currebat aëris fluxus, ac refluxus: in *Arcæ* viſcera ſe, per ſpiracula præparata, diffundens. Quanquam autem, *Feneſtræ* duntaxat *unius ſacer hiſtoricus* mentionem inferat, quæ, cubiti menſurâ, cætera ſpecula-

cularia magnitudine vinceret; & tam, ejiciendis per eam ſordibus, quàm, admittendo largiori radio, ſerviret: plures tamen, per tabulata, tùm ſumma, tum inferiora, refulſiſſe *feneſtellas*, è vitro, lapidéve ſpeculari; ratio neceſſitáſque ſuadent: ac, ſiquis id commentator *diſſimulat*, non tamen hôc ipsô *negat*. Quæ, cùm hôc, quo deſcripſi, modô, numeróque, cuncta fierent: mirandum minimè ſit; præcepto magiſterióque numinis, præſcriptam *Arcæ* fuiſſe, *Longitudinem* trecentorum, *latitudinem* quinquaginta, cubitorum: *altitudinem* denique, triginta. Sed interim, nequid, in voluminibus divinis planum, non traheretur in ambiguum, & controverſum; *Cubitos* hoſce, varii variè, pro ſuo cujusque ſcriptoris ingenio libidinéque, vel contraxerunt expoſitores, vel extenderunt. Ea diverſitas, quanta qualíſque ſit, videre, fuerit operæ pretium. *Cubitum* vulgarem, periti temporum noſtrorum architecti, *longitudinem* ſtatuunt, *pedis unius, cum pedis dimidio*; non in pumilionibus, ſed, hominibus, ſatìs procéris: ab extremo brachii flexi nodo, menſuram ducentibus, ad extremum uſque digiti manûs medii. *Cubitos* autem, è diverſo, ſcriptor vetus, ac divinorum celebris explanator, *Origenes*, definivit, non

vul-

vulgares, & eos, quales modò deſcripſimus: ſed, qui continerent *ſex communes*, ac vulgatos, fabricarum *cubitos.* Adhærent hujus opinioni, magni quidam, & vetuſtiores, & è recentibus, auctores: in quibus, Iſidorus quoque Clarius, ac Martinus Delrius. Neſcio, quàm multùm etiam à vulgatâ *cubiti* menſura diſcedant, qui vel *Altitudini* ſoli, quam Divinus hiſtoricus *triginta* cubitis finit, *Pedes duos circiter, ac Centum, Pariſinos* (ut loquuntur) aſſignant: confeſſi tamen interim, *Immane videri* perpendiculum hoc poſſe: ſicut *Immane* profectò fuiſſet. (*cc*) Quantam igitur hi fecerint Arcæ *latitudinem*; quæ *viginti cubitis* altitudinem excedebat? quantò majorem iidem, *longitudinem*; quæ ſpatium latitudinis, ducentis, & quinquaginta ſuperabat menſuris? Quid miremur igitur, ſi fuerint; qui tantâ ſemel *Arcæ* diducendæ conceptâ fiduciâ, magnitudinem illius, affirmarent, *ad quadraginta quinque millia mortalium* commodè clauſuram fuiſſe, ſi vel ſingulis illorum, in tabulatis tribus ſuperioribus, *unius ulnæ* ſpatium longitudinis, tantundémque latitudinis, conceſſum in ſtationem fuiſſet? (*d d*) Modeſtiùs, Salianus; qui capacitatem Noachææ fabricæ *quadringentis, & quinquaginta millibus*, cubito-

rum univerſim abſolvit: à quo non recedit, qui prior eſt in Geneſin commentatus, Cornelius. (*ee*) Mobilior quidem certè fuit, *Arcæ* tam caſtigata magnitudo, quàm illæ priores; *urbium* pæne modum, aut immotarum *Alpium*, habituræ. Sufficiat nobis; *Cubitorum* eam, quam principiò deſignavimus, extenſionem recipere: *Pedis*, inquam, *unius*, *cum Pede dimidio*. dummodo tamen meminerimus; Cùm *Cubiti* genus iſtud *ſex* æquet *palmos*, ſeu, *ſeſquipedem*; eâ tempeſtate, qua *ſcripſit* iſta Moſes, ac multò magis, qua *ſtruxit* arcam Noachus, & *palmos* fuiſſe productiores, & *pedes* hominum: ideóque, quod indè ſequitur, etiam *Cubitos* aliquantò vaſtiores. Quare, tantæ rerum, & animalium, recipiendæ multitudini, certum eſt; ſuffeciſſe, tantam quoque, quantam ex modeſtiore magnitudine deſcripſimus, amplitudinem, atque formam. Et tamen ea, ſic quoque, *Centum* indigebat *annorum* aſſiduo labore.

VI. Qualis autem, & quantacunque: ſurgebat hæc, inter manus Noachi; traducebatur, inter ora cavillantium, & irriſorum. Et, quoniam non ceſſabat, ne quidem inter ædificandi ſollicitudinem, religioſiſſimus Noachus, imminentium Orbi malorum eos admonere: confe-

rebant,

Digitized by Google

rebant, qui ſpectabant, & audiebant, inter ſe naſos & capita; ſciſcitantes alternîs ludibriis; *Ecquæ demum eſſent, tam importunæ, tamq́; pertinaces, tot annorum, intemperiæ, quæ Sexcentorum jam pæne natalium Senem exagitarent: ut is, omni cæterâ ſui relictâ curâ, cædendis, & aptandis, in ſicco, trabibus, tanquam ſuper maris oram, affixus hæreret? Tam procùl eſſe pelagus; & molem tamen parari, quam vix Oceanus in altum, nedum opes ullæ mortales, promovere poſſent in Oceanum. Sed, videlicet; Inſtare mortalium ſceleribus, ab irato Deo, perniciem, ex immenſis undis. Primùm; Quibúſnam illis Sceleribus: An iniquum eſſe, vivere mortales in terra ſua, ſicut velint: cùm, ſiquis ſupra mortales ſit, Deus, degat ætatem & ipſe, ſicut ei cordi ſit, in cœlo? Num flagitium eſſe, diligere diligíque, quem cuique, quámque, collibeat? cùm interea, facinus credatur eſſe, quod amori contrarium ſit; Odiſſe, verberare, necem inferre? Quámnam illam eſſe cæleſtium in homines invidiam; cùm eis (ſiqui modò cæleſtes ſint) genium ſuum, & delicias, nemo turbatum eat; ipſos interim hominibus interdicere, membris & corpore præditis, membrorum & corporis uſuram? Verùm: eſſet ſanè dignum aliquid irâ, vel*

Ruina Mundi, per Diluvium.

Digitized by Google

vel pœnâ! Quémnam illum tandem, tam potentem validúmque viribus, fore DEVM: qui ſe, mortalium omni generi, Solus, ac par ultor, opponeret? (adeò, divina miſeris ignota majeſtas erat; adeò, pro nulla!) *Quémnam unum, tot, tantíque roboris, gigantum nationibus, obſtiturum; ut eradicaret eas, quarum nec ſtantem aciem ſine trepidatione quis aſpicere ſuſtineret? Fingeret verò demens Noachus; ultorem fore quempiam tam robuſtum. Quomodo deleturum eſſe totius Orbis tot incolas, Inundatione? Numquid Oceanô, littorum oras ſupergreſſurô; continentémque fluctibus* opert*urô: Quàm multa tamen, inter hæc, editiorum reſtare terrarum aſyla? Quot, & quàm excelſos, in cœlum uſque, montes, Alpes, Alpiúmque cacumina? Num, ſi maria terris mergendis imparia futura ſint; cœlô dejectîs nubibus, & ætheris aërísque ruinâ, ſuppletum iri; quod pœnæ deſit? Pluiſſe tamen, à condito mundo, ſæpe: nec unquam tamen pluere non deſiſſe. Dejectos, quantumvis ingentes, nimbos; reddito terris Serenô, caloréque reducti Solis, reſorptos eſſe: nec ullum facilè tam fœdum è tempeſtatibus diluvium reſtagnâſſe; quod vadum non eſſet, &, gigantum ſaltem genibus, non ſuperaretur. Nunc* quo-

quoque, quantæcunque jactarentur tempeſtates imminere, ſpem ex adagio vetere reſtare; quo vulgò feratur: Tonuiſſe nunquám, quin & detonaret. *Quòd ſi tamen revera, quodam tempore futurum eſſet id, quod, tot jam annis, inamœnus oſcen ille, Noachus, præcineret: ecquando tandem id futurum? Prædixiſſe Cataclyſmum, abhinc decenniô; præſagiſſe vicenniô, tricenniô: quin, ante quinquaginta jam, & octoginta, quódque ſuper hos excurrat, annos? Et adhuc tamen ſtare mundum; ſiccum, inviolatum, florentem. Ac principiò quidem, puſillis quorundam, & muliercularum præſertim, animis, aliquid injectum fuiſſe dubitationis, ac metûs. Nunc autem, poſt vaticinia toties irrita, desîſſe formidare, vel pueros: nedum viros hæc, Gigantésque, fabula jam terreret. Pergeret ergò ſanè malè ſanus Arcæ faber: conſummarétque cœptam trecentorum cubitorum Arcam. Arcâ navíque ſi verè futurum eſſet opus: hominum univerſo generi claudendo, tam ingentem fore neceſſariam; quantam vel tota capturà non eſſet Armenia. Quod argumento proinde debeat eſſe: ſi, quisquis eſſet ille DEVS, incolumem in ea vellet mundum; eam, mundo parem, juſſurum fuiſſe ſtrui molem. Haberet*

beret igitur eam ſibi ſolus, qui ſolus eam fabricaret! In hunc illi modum ſannîs, & bonum Senem, &, Senis opus, *Arcam*, inceſſebant: quæ revera tamen *Eccleſiæ* veræ formam, ac *Securitatem*, referebat: *extra quam, quisquis Cœlum ſperat; ſimilis eſt, ſperanti vitam incolumem, inter Diluvii fluctus, extra compagem Arcæ.* Nihil tamen eorum motus dicteriîs, *Noachi* conſtans animus; illîs epulantibus, ludentibus, ebriis, ac laſcivientibus, perdius, atque pernox, urgebat opus: donec ad ultimam tandem manum illud perduxit; tempúsque venit, omnibus aliis inexſpectatum: quo laborioſæ conſtructionis fructuoſus emerſit uſus.

VII. Annus advenerat Orbi condito milleſimus, ſexcenteſimus, quinquageſimus ſextus (*ff*): Noachi vitæ, ſexcenteſimus. Anni verò tempus *amœniſſimum*, vernum: ac verni temporis, *menſis delicatiſſimus*; ſive Majus hic (*gg*), ſive fuerit Aprilis (*hh*), Julianos ad Faſtos accommodatus. Virebant campi; florebant horti; nemora frondebant; avium cantibus perſonabat aër; radiô Solis lætiſſimo cœlum ridebat. In epulis, choréis, amoribus, erant mortales: nihilque minùs, quàm, rerum interitum, exſpectabant. Cùm, ecce,

DEUS,

DEUS, *octavo* priùs, quàm perniciem hanc inferret, die, de *Cataclyſmo*, jamjam inſtante, præmonitum *Noachum*, jubet, vaſa colligere: relictáque cum ſuis terrâ, componere comportaréque, quidquid eſſet utenſilium, & commeatûs, in *Arcam*. Nec ille diſtulit, quod imperabatur, exſequi. Labor, apparebat, futurus, ſi viribus humanis ea res committeretur, in animalium brutorum introductione: cùm præſertim DEUS, eorum, quæ lex Moſaica poſtea *Munda* declaravit, *ſeptena*, per ſingula pecudum ac volucrum genera, mandâſſet introferri. Quorum, ut ego reor, (*ii*) paria *terna*, cujusmodi ſunt arietum, & ovium, taurorum, & vaccarum, erant ſervitura fœturæ: *ſeptimum* autem pecudis caput maſculum, in victimam, poſt *Diluvium* tranſactum, *DEO ſoſpitatori* ceſſurum. Eorum autem, quæ Moſes poſtea cenſuit *Immunda*, non niſi *bina*, ſexûs tamen utriusque de ſingulis generibus, erant imperata. Sed quomodo, feræ præſertim belluæ, volucréſque, compellerentur *in Arcam*? aut, qua tandem arte pellicerentur? cùm nec campos in illa, nec montes arbuſtáve, conſpicerent; quorum uſu familiari trahi poſſent? Verùm, ſuccurrit huic difficultati pertractionis, is idem, qui rem difficilem imperârat, DEUS. Sponte namque

ſuâ,

ſuâ, vel, Numinis intus impellente ſtimulô; vel etiam Angelîs ea, ſicut olim ad Adamum in Paradiſo, ſic tunc ad Noachum, perducentibus; ex omnibus congregata paſcuis, ſylvis, ac nidis, hæc animalia confluxerunt: ac ſpectaculô quidem, quod vel ſolum ſuffeciſſe debuerat Impiis permovendis, admirandô, flexanimóque. Nam, tanquam Orbi, poſt ſe relicto, ſupremùm *vale* dicerent: per ſpatioſæ latitudinis pontem, ab oſtii limine demiſſum, intrabant ordine; ſuorum quæque generum paria. Volucrum quoque matrimonia ſingula, quæ volebant, eódem involabant: quæ pedibus mallent, pedeſtria veniebant. Intrantium porrò *terreſtrium animantium*, quas *pecudes* & *belluas* dicimus, *centena* vulgò *quinquagenáque* fuiſſe genera perhibentur. *Serpentum*, &, univerſim, reptantium; *quina vicena*: Volucrum quoque, *vix plura centenis quinquagenis*. Piſcibus autem, ingrediendi nulla neceſſitas incumbebat: ut, quibus nullum à ſubmerſione periculum impendéret. Ne mulos quidem, ac mulas, aut quorumcunque generum, hybridas, illò rapiebat ulla premens ratio: cùm, è ſuperſtitum adulteriis, renaſci poſſent. Nec mures, vermiculi, ſcorpiones, apes, & ſiquid eſt aliud, quod reficere putredo poſſet; in *Arca* locum requirebant.

rebant. Propiùs quoque fidem eſt: nec *Phœnicem* intrâſſe; nec *Gryphem* ullum; aut, qualis vulgò pingitur fingitúrque, *Pelicanum*. Nam *Arca*, propagini ſervandæ, non *Fabulis*, erat compacta. Siqua verò brutorum, inſitâ feritate, terrorem eſſent, aut periculum, incolis Arcæ creatura; DEO mirificè demitigante, foris in ſylvis ferociam ponebant: manſuetudinem autem intrò ferebant. Itaque, cum agno lupus, cum cane cervus, cum leone bos, ſine formidine minísque, mutuò verſabantur. Noviſſimum omnium intravit agmen *hominum*; *octo* non niſi *capitibus* cenſum: Noachus, inquam, & uxor; Noachi filii tres, Semus, Japhétus, Chamus, cum ſuis ſinguli conjugibus. Quarum mulierum, referre nomina quoque, quod fecêre quidam; eſſet lectorum maturitati diffidere: tanquam, quidquid tantummodo divinatur, id illi, pro Sacris Oraculis, accipere nihil dubitarent. Cæterorum mortalium omnium, nec propinquus quiſquam, nec alienus, *Noachum* eſt ſecutus. A tergo verò, DEUS hæſit illi; qui, poſt ejus ingreſſum, clauſum foris oſtium, adversùs imbres, cum cura permunivit.

VIII. Dies, in quem incidit Noachi poſtremus ingreſſus, annorum, quos *Patriarchicos*

X

cos vocant, *menſis ſecundi decimus* erat *ſeptimus*; Iduum Majarum, in faſtis Julianis, octavus: temporis, ſicuti dictum eſt, annui flos, ac pubes. Sed docendi nequam mortales erant; *Non DEVM ſervire temporibus; ſed tempora DEO:* túncque potiſſimùm eluvionibus eradicandum fuiſſe genus impium; quando terra natare deliciis debebat, non, inundationum ſtrage. Dictu mirandum: & illis tunc hominibus, ſomni, temeti, voluptatum, ac Veneris, plenis, inexſpectatiſſimum! In nubes aterrimas coire repentè cœlum; elementa conturbari; venti procellæque fremere; micare, ſicut in æſtivis modò caloribus antecedentium dierum, fulgura; rúere cœlô fulmina; ſimúlque, temporis eodem articulo ſurſum è terra prorumpere, quidquid illic venarum humentium, ac fontanarum ſcaturiginum, & aquarum tacitîs voraginibus collectarum, latebat. Nominatim autem & illa, quam, circa Septentrionis polum colligi, jam olim, undarum vim, Geographi ferunt: &, quam *Abyſſum magnam*, divinæ litteræ, *terræq; mammam*, Sapientes appellant, fluviorum omnium, ac marium, *nutricem*: omnia denique flumina, rivi, lacus, freta, mariáque, cum illo, cunctarum *cingulô terrarum*, *Oceano* grandi; pro-

Ruina Mundi, per Diluvium.

Digitized by Google

prorupêre momento: velutíque, calidâ quadam vi propellente tergiverſantes undas, ebullierunt. Nec his contenta divini furoris Juſtitia; Cœlum quoque laxavit. Cúmque naturæ jam olim ea fuerit, in pluviis demittendis, conſtans deprehenſa temperies; ut guttatim, ceu per cribrorum foramina, rariſſimè verò per *Ecnéphias* (quos Græci vocant) nimbi deciderent: tunc, apertis, ac proruptis, unum ad imperium, ſimùl omnibus cœli *feneſtris* (*kk*), flumina gurgitésque, catarrhactis Niloticis (*ll*), quàm imbribus, ſimiliores, ingenti cum fragore, præcipitabantur. Nec id uno modò locô, nec ad exiguam temporis moram (quæ tamen, vel paucarum horarum, ſuffectura fuerat, ad univerſum demergendum orbem) ſed omnibus paſſim locis, & nullâ decidentium pluviarum interpoſitâ quiete. Namque, conſpiratione quadam delendæ mortalitatis, undæ terreſtres, ac ſubterraneæ, mutuas tradebant operas aquis cœleſtibus; & hæ viciſſim illis: quáque ſuperioribus alimentum & copiam negâſſet inopia naturæ, ſupplebat divina potentia; novis identidem nubibus ſuggerendis, pluviâ redivivâ gravidis. Quâ verò fontes, & voraginum ac fluviorum ſcatebræ, languidiùs fluere cœpiſſent; illic, in aquas re-

centes, incluſus terræ cavernis aër, reſolvebatur: & undis, ſurſum expulſis, ſuccedebat undarum aliud vivarium inexhauſtum. Nec finis itaque, nec modus, aut requies, erat; non, decidentium ex alto, cœli ruinarum; non, erumpentium terrâ, vel marî vaſtô reſtagnantium, eluvionum: per continuos dies ac noctes quadraginta. Magnitudinem ergo mali, quod terras tunc omnes involvit, quis vel Tullius, aut Demoſthenes: quis Livius, aut Xenophon, pro mole rerum, exſequatur? Scribi vix exigíque poſſit (audacter dicam) ſi vel folium ac liber tunc mundus; & atramentum *Cataclyſmus*, factus eſſet. Spectari fortaſſe, quàm enarrari, faciliùs, tantæ calamitatis facies potuiſſet. Tu, quisquis hæc noſtra, vel legere dignaris, vel audire: finge, ſi lubet, animo tuo; te ſolum tunc, extra Noachææ Societatis *Arcam*, vel certè, cum *Enócho*, ſtetiſſe foris, in edito quodam altiſſimi montis vertice: qualem, aut Olympus habuit, aut Caucaſus, Hyperboreíve montes. Ibi, latiſſimum te mundi, ſubter te ſtagnantis, ac pereuntis, amphitheatrum, puta, circumſpicere. Quæ portenta calamitatum non videbis? Undas, undequaque, pleniſſimâ velut libertate, manumiſſas; primo ſtatim die, ter-

rarum

rarum omnem, paullò ſubmiſſiorem, operire regionem. Completas, non modò cellas, & antra; ſed mortalium, ac pecorum, cubilia, ſtabuláque: domuum quoque cœnationes, atque granaria. Paullatim verò, jam non campos tantùm, & agros, & collium humiliorum apices, ac pagos, & villarum aperta loca, ſuperfuſa; ſed mox, oppida quoque; mox urbes, turres, & altiſſima quæque tectorum: mœnibus, & caſtellis, propugnaculíſque, transſcensîs. Jámque minantes in cœlum arces, & editiſſima palatiorum; jam ſenſim & montes, & Alpium ſcopulos, &, impoſitas montibus, ſylvas, ac ſylvarum proceriſſimas quasque ſtirpes, vinci conſpiceres. Sedes igitur, ac ſtationes, non hominibus modò, brutíſque, ſuas eripi, videres; ſed, ipſis etiam volucribus: non habituris, ubi deinceps pedem figerent, aut quietem. Quòd ſi tamen vel maximè ſupereſſet animantibus, ubi conſiſterent: videres, undarum vi, cibos omnes, & pabula, corrupta, rapta, demerſa. Videres, Aquilas ipſas, vulturéſque, cadaveribus cæteroquin paſci ſolitos; alîs penníſque, jugî pluviâ gravatis, ac fractis, ad occurrentem eminus paſtum fruſtra niti: póſtque multam alimenti, ſeu penuriam, ſeu copiam, tamen

ad extremum undas ſubire; validis, & aſſiduis, violentorum imbrium caſibus oppreſſos. Et hæc ſi non eſſent; in quánam tandem, vel arbore, vel montis vertice, vitam prorogâſſent? cùm, immodicè ſemper creſcentibus aquîs, omnes, etiam altiſſimi, ſub cœlo, montes, & *Andes* ipſi *Peruviani* (*mm*), quibus nec Altas, & Olympus, altiores creduntur, cum arboribus ſuis ſepelirentur: undâ, *quindenîs* adhuc *cubitîs*, editiſſima quæque mundi loca ſuperante! Quid dicam autem, inter hæc, eſſe paſſos *Homines*? Arcam, cum *octo* vectoribus, & omnium animalium incluſo ſeminario, propulerant in altum, jam pridem, & fluctus, & venti: ſubduxerántque conſpectibus humanis. Qui verò foris erant; quanquam ſanè, propter impietatem, malitiámque ſuam, omnibus digni ſuppliciîs: revera tamen, & miſeri videri debebant, & miſerandi, vel ipſis, ſiquis his ineſſet ſenſus, lapidibus. Tunc audiſſes; eos, qui *centum*, & ampliùs, *annis* clauſas habuerant aures, vel ſerò tandem accommodare fidem *Noachi* præſagiis: quæ nunc, è *vaticinio*, transierant in *experimentum*. Audiſſes, ſeipſos, & impotentiam animorum ſuorum, incuſantes, haud paucos; quòd monita, felicis nunc Senis, in ludibria, Juniores ipſi, vertiſſent. *Nunc*,

Ruina Mundi, per Diluvium.

Digitized by Google

Nunc, nunc, ſibi velle copiam, Arcæ ſubeundæ, dari; quam, in tempore, ſubîſſent Homines octo, tot hominum è millibus ſoli ſapientes: quam ante tempus intrâſſent, & involâſſent, animantes; brutæ quidem nomine, ſed revera, rationis compotibus animalibus, ingenioſiores. *Hæc*, aliáque multa, vociferantium, & venti rapiebant, & undæ, verba: quæ jam olim oculis auribúsque mortalibus eripuerant aſylum *Arcæ.* Præterquam; quòd cadentium quoque pluviarum immenſa denſitas, & oculis uſum, & auribus, ademerat: quippe, ruentium aquarum æterno ſtrepitu; tum &, intermugientium fragore tonitruum, voces omnes, & implorationes, intercipiente. Mortalium ergo plerique, præcipuéque *Gigantes*, ac profaniſſimus quisque, deſperatâ jam, conclamatáque penitùs, incolumitate corporum; omiſsîs votis, ac ſui deteſtationibus, verti, buccîs linguíſque totis, cœperunt in interitum etiam animorum ſuorum; horrendîs, in Deum ultorem, jactis Diris, & exſecrationibus. Nec tamen idcircò miſeri minùs erant. Quàm atrox fuit, oro, ſpectaculum illud pereuntium tot millium, utriusque ſexûs, & ætatis omnis, mortalium? Vidiſſes, ſi per imbrium ſpiſſitudinem licuiſſet, primîs ſtatim *Diluvii* diebus, & ho-

Ruina Mundi, per Diluvium.

Digitized by Google

& horis; infantes, ac, ſeniô, vel morbis, invalidos; tum &, qui, virium impediti, roboríſque, penuriâ, nequîſſent in tutum ſe recipere: ſuffocatos undîs; cum innumera pecorum belluarúmque multitudine. Poſtea miratus eſſes; quo pacto, robuſtiores etiam, à tectis, quò ſe primò contulerant, in turres, aut arbores, aut Alpium vertices, confúgere ſolliciti; madidam illic & pavidam animam aliquouſque traherent. Cùm autem, & illic exſuperante diluvio, locis altîs altiora petere natatu cogerentur; tunc, aut in medio conatu, debilitate compellente virium, deficiebant, ac mergebantur: aut, ſicubi ſtationem eſſent aliquam editiorem nacti, nec illic diuturnam trahebant moram; aquîs mox, &, quà fugere poſſent natantes, &, quà fugere porrò non poſſent, inſequentibus. Ergò, ſiquæ matrum quoque *gigantéi* generis robuſtiores, aut interdum & ipſi *gigantes*, in loca tuta, cum uxoribus, evaſiſſent: illâ quoque demum ſublutâ coloniâ, vaſtatáque fluctibus; primò quidem prolem, ſiquam, ſcapulis inhærentem, eripuiſſent, abjiciebant in undas ultrò. Deinde, poſt inutiles complexus, ac complorationes, defecta nutrimentis, & exſucca, corpora ſua, ſpargebant in profundum: &, alter hæren-

tes

Digitized by Google

tes alteri, triſti funeris maritalis conſortiô, cæteris, quid imitarentur, in documentum fluitabant. Alios innumerabiles, poſt multam, inter ſe, de tabulis, ac natationis præſidiis, contentionem, atque pugnam; dejectis, ac merſis, infirmioribus: audacia ſubinde, ſummis quibusque montium ſcopulis, aut arborum cacuminibus, applicârat. Sed & illic, eos, per tot dies ſæviente ſemper pluviâ; frigus, ventorum acrimonia, laſſitudo, fames, inopiáque ſoporis, inter infinitas formidines, exanimabant. Vos, ô Superi, vos, inquam, qui tunc iſta vidiſtis, è ſummis cœli ſedibus; exprommere nobis poſſetis, calamitatis illius magnitudinem, & interitûs, quo mundus hauriebatur, atrocitatem: cùm omnia tunc aliud non eſſent, quàm, Oceanus: cùm univerſim homines, viri, fœminæ; pueri, juvenes, ætásque grandior; cúmque quadrupedes, volucres, ac bruta reptantia; genus omne cadaverum, intermixta ciſtis, menſis, lecticis, cunabulis, tabernaculis, atque ſarcinis, & ſupellectili, fluitarent. Vos vidiſtis, & audiſtis; cùm, ſine fine delabentes, aquæ ſtrepitarent: cùm diverſiſſimus, tot millium, iret in cœlum clamor; cùm fletus, ululatus, comploratio, valedictio, miſcerentur: cùm, etiam tum, poſt

Ruina Mundi, per Diluvium.

omnia fruſtra tentata conſumptáque præſidia mortalis opis; *Arcam, arcam, arcam*, ter & ampliùs, inſanâ vociferatione, requirerent; & quæſitam tamen, impediente proſpectum denſitate nimborum, nec viderent, nec invenirent. Quòdſi verò vel maximè quis in eam fortè, per tenebras, impegiſſet; in illam tamen, etſi manibus injectîs prehenſam, non admittebatur. Nam ipſo *DEO claudente mortis effugia; quis mortalium, vitæ viam aperiret?* Videlicet, imago fuit hæc, & pictura, publicæ mundi cladis illius; quam ſecum tracturus eſt *ſupremus mundi Dies!* quippe, quem & ipſe noſtri generis aſſertor, *Chriſtus*, pronuntiârit, ſimilem illi *Noachæo* tempori futurum (*nn*): *Diem*, ut Sophonias vaticinatur (*oo*), *Iræ; diem calamitatis, & anguſtiæ; diem tenebrarum, & caliginis; diem turbinis, atque nebulæ; diem* denique *terribilem*, *amarum valde*, cunctíſque gentibus acerbum futurum. Sed nos ad illud *Diluvii* revertamur inamabile tempus. Cùm ergo *dies quadraginta* ſolidos, nec minore *noctium* numero, pluiſſet, iiſdem aſſiduò fluentis, cœlum; nec desîſſet, inter hæc, & terra fontes, amnes, ſtagna, mariúmque ſinus, affundere: ſubruta fluctuum aſſiduis pulſibus, & undarum inſatiabili victoriâ proſtra-

ta,

ta, fluitabant opera; non humana modò cunſta, qualia, domus erant, villæ, vici, turres, ac mœnia clauſarum urbium; & horti, viridariáque, manu ſata: ſed, quædam etiam, quæ DEUS, &, jubente Deo, natura, poſuerant. Evaſtata ſunt igitur *& miracula* quædam *illius Mundi*; cujusmodi, *Paradiſus erat.* ex quo proinde tunc Numen *Enochum*, in plagam orbis aliam, nobis adhuc incompertam, providentiâ tempeſtivâ, transportavit. Eradicatum quoque, ſub idem tempus, fuit, plurimum, in ſylvis & hortis, arborum: terrarum ingentes paſſim apertæ voragines: immanes, &, in cœlum priùs erectæ, rupes, diuturnis exeſæ fiſſæque ſublapſibus undarum; quæ prorutæ tandem, vi ventorum etiam, ac tempeſtatum aſſiduarum, in mille fragmenta diſſiluerunt. Et illi Lapſus, hodiéque publicas ſubinde vias, ruderibus eorum conſtratas, tenent obſeſſas: quod in gentibus *Inalpinis* ipſi nos, oculis ſæpe noſtris, cum horrore, ſic aſpeximus: ut, magnîs etiam auctoribus aſſentientibus, (*pp*) non dubitaremus; *Cataclyſmi* ſatis manifeſtas has eſſe reliquias; &, per eum, illatarum mundo cladium, monimenta. Quid; quòd plagam, non parùm luculentam, & ipſa terræ *nativa fœcunditas* accepit? ut, adeò, jam ex eo temporis,

Ruina Mundi, per Diluvium.

poris, nequaquam is vigor, ſuccúſque; nequaquam illa vis, ac bonitas illius, plantis, ſtirpibus, atque fructibus, ineſſet? Cùm enim, non modò *dies noctéſque quadraginta*, perſeveráſſet imbrium delapſus aſſiduus: ſed, etiam, pluviis jam repreſsîs, nihiloſecius Oceanus; aquarum altiſſimus alveus, orbem univerſum, *alios* inſuper *centum* & *quinquaginta dies*, obtineret; immoto prorſus ſtatu: prævalentibus undîs maritimis, naturâ ſuâ plurimùm amarîs, plurimum etiam illa pelagi ſalſugo virium terræ meliorum exſuxit, abſumpſítque. Sed tamen, levius hoc cenſeri, quantumcunque tandem eſſet, damnum potuit, animalium *hominúmque diſpendiô*: quorum *omnis eſt conſumpta vita.* Verùm, balænis quidem piſcibúſque cæteris, ceſſit in prædam *caro demerſorum*: *ſpiritus* autem mortalium impiorum, incredibili multitudine, præcipites *in ſtagnum ignis ac ſulfuris* ſempiternum, dejecti ſunt. *Pleroſque* quidem certè, magni gravéſque Patres (*qq*), *ab Aquis* temporis hujus, tranſiſſe, pronuntiant, ad *Ignes æternitatis*: quippe, flagitiorum ſuorum, nec in interitûs quidem ſui tantâ viciniâ, retractatores. Siquos autem ſcelerum ſincerè pœnituit: eos *loca* ſuſceperunt *ſubterranea*, meritis eorum con-

congrua; præſtolaturos illic, *annis*, *pluſquam bis mille quadringentis*, *Chriſtum*; quem certa ſpes erat, morte, Tartaróque, victis, deſcenſurum ad manes illos; & eos, *ob contumaciam incredulam* priùs increpitos, illinc educturum; divino Petro teſte (*rr*). Verùm, hæc hactenus.

IX. At *Noacho* quid interim, Arcáque vagâ, factum ſit; delibandum ſaltem eſt paucis. Jamtum, à *Diluvii* principio, fluctuâſſe ſenem optimum, quantumvis in ſicca ſede, curis ingentibus; nemo dubitare, prudens rerum æſtimator, queat. Erat ei moleſta, per tantum temporis, atque menſium, incluſa ſolitudo: moleſta, quotidiana tot gregum, armentorum, avium, reptantiúmque, nutricatio: moleſtus & fœtoris pecudum, & auræ, parùm agitabilis, halitus, atque vapor. moleſtiſſimi quoque, qui mentem, & aures, ac ſenſus cæteros, in momenta ſingula, lancinabant, terrores, atque pericula; pereuntiúmque foris, amara memoria. Formidinum meritò quis *Iliada* dixiſſet: cùm, hinc quidem, aſſiduus ingrueret imbrium impetus; & arcæ tectum, & omnia circumquaque, feriens: indè verò, ventorum inſanus fremitus, & elementorum omnium confuſus fragor. Aliunde, percelle-

bat

bat animum; quòd, levata ſenſim in ſublime, lignea moles ferretur, hàc, illàc, palabunda per aquas, & gurgites, nullâ quietis ullius intercapedine: *ſupra terrarum Orbis* (ut haud incongruè ſcripſit quidam) *ruinas*. (*ſſ*) Et hoc cùm fieret, per ſolidorum *ſex menſium* intervallum: quantâ, quàm irrequietâ, quàm variâ, contingebat, & vectorum, & ſui, jactatione? Cùm interim *Arca*, prorſum, ac ſurſum, deorſúmque, propulſa; truderetur, laterum tenus, ac pulſaretur, à turbinibus; à fluctibus; ab, latentibus ſub unda, ſtirpibus; arborum cacuminibus; turrium tectorúmque culminibus; gigantum merſorum, ac pecorum belluarúmque, cadaveribus; à balænis item, ſcopulis, montibus, ſylvis, ac promontoriis. Quibus omnibus, cæcos inter vortices occurſantibus, impingebat, ac nutabat, Arca. Tot igitur in periculis, quid poterat aliud animus, *viri*, non dico, muliebris, ac prætimidi, ſed *Conſtantis*; quàm, tabeſcere? niſi fiduciâ divinæ ſtetiſſet opis: quam aſſiduis ille ſuſpiriis, ac precibus, implorabat; &, idem utì facerent, etiam ſuos exſtimulabat. Nec ſine proſpero ſucceſſu. Deus namque, quem is interpellabat, propitius ſervavit *Arcam* (& *in ea, vitam omnium*) non ſolùm inextinctam, ſed

ſed etiam inconvulſam & integram: quoad ipſa tandem, ſuapte ſponte, vel Numinis potiùs gubernaculo, directa, *menſis ſeptimi die vigeſimo ſeptimo*, ſubſedit. Quietis illius ſedes, *Armeniæ* fuerunt Alpes; quæ, *Cordii montes* quibusdam ſunt; (*tt*) &, montium illorum altiſſimus, *Baris*. Scriptoribus autem, priſcæ magìs fidei, (quales, Hieronymus, & Euſebius) *Armeniæ Superioris* montes ſunt, *ſecundùm Perſidis latus* Occiduum. Eos tamen *Araratæos* vulgò dictos; etiam divus fatetur Epiphanius, *per medias Armeniorum & Cordyenſium terras incedere:* verticémque, cui primùm inſederit Arca fluctans, *Lubacum* eſſe dictum antiquitus, affirmat. Addit; *Ibidem & primam deinceps, à fine Cataclyſmi, mortalium eſſe cæptam habitationem.* Quorum tamen inferiùs nos, *Ruinâ proximè ſubſecuturâ*, mentionem reſumemus. Cæterùm, fidei dictorum firmandæ, ferunt nonnulli; *reliquias Arcæ*, poſt Alexandri Macedonis adhuc tempora, monſtrari ſolitas: auctoritate nixi Flavii Joſephi (*uu*). qui viciſſim auctoritate ſe fulcit Beroſi Chaldæi; cujus ætas *Arcæ tabulata reſidua* ſervârit, ac viderit. Ipſi viderint! noſtrâ non intereſt. Quæ verò narrationis hujus, *de Mundo, fluctibus deleto*, reſidua viden-

videntur; qualia ſunt, *Decimi menſis Calendarum die*, prima montium conſpecta cacumina, ſiccatáque: *Corvus* item, *& Columba*, per *Arcæ* feneſtram apertam, ad explorandam terræ faciem, emiſſi; demum, annô revolutô, ſiccata terra; digreſſus Arcâ Noachus, cum omnibus, quæ ſecum intulerat; Sacrificium præterea Noachi, gratulabundum; & *arcus cœleſtis*, fœderis deinceps eſſe ſignum juſſus, DEUM inter, & hominem: hæc, inquam, aliáque talia, non ad *Ruinam* ſpectant, ſed *Inſtaurationem*, Mundi. Nobis ſatìs ſit, divinam adorare nunc, in tutela Noachi, providentiam, indulgentiámque. *Providentiam* quidem: quòd, cùm ſciret; ab nemine, niſi vix & ægrè, maximæ molis fabricam, ope ſociâ, promotum iri; tempori valde Senem, de conſtruendo maturandóque *Salutis præſidio*, præmonuerit; *Sæculum integrum* aſſignans labori, cujus beneficio *Sæcula, poſthæc, omnia* ſe forent debitura. Quòd præterea magnitudinem, in longum, ac latum, & ſublime, præfinierit: & quidem (quod mirêris) *Arcæ*; nec alia, formâ: quæ, pondere libranda ſuo, fluctuum incurſus expeditiùs eſſet, quàm ulla triremis, eluſura. Cætera, quæ *Providentiam*, in hoc Opere dictandô, moderandóque, ponere poſſent in conſpectu;

ſpectu; neque pauca, neque ſiccæ conſiderationis, eſſent. Sed & *Indulgentiam* libet inſpicere. *Senijuſto, probato*, cunctis è familiis aliis electo; tanquam is eſſet in terra Solus, *Oculum* DEUS impendit ſuum. *Te vidi Juſtum*, inquit, *coram me*; cætero mundô tam corruptô. Donat igitur illius gratiæ, non uxorem tantùm, ac tres filios, totidémque nurus; (mortales, tunc fortaſſe nondum abſolutiſſimos; in Chamo ſaltem) ſed, præter hos, animantium terreſtrium, & in aëre vagantium, omne genus, ac poſteritatem. Hæc enim, cujus, niſi, DEO placentis, hominis, bono ſervabantur? *Noacho*, ſæculis adhuc aliquot ſupervicturo, ſerviturum erat; quidquid ab interitu rapiebatur. Et ex Noachi poſtea liberis, *in Avi gratiam*, nepôtes, ac poſterorum cæteri, rebus conditîs erant uſuri. DEUS igitur, mundum extincturus, mundi ſobolem, ac ſcintillam, *Amico ſuo* gratificatus eſt. Sed nec illa *téneri* pars *amoris* erga Noachum, in DEO, præteriri debet; quâ ſe, non jam, ut *Numen*, & providum ſuorum tutorem, ſed prorſus, ut *matrem*, ac *nutriculam*, illi præbere dignatus eſt. Scimus, fulgurante ſævùm, ac tonante, cœlô, matribus inter primas eſſe curas; Infantem pavidum, tegere fovereque ſinu:

nu: tum & feneſtras valváſque, per quas flamma fulgurum irrumpit, obducere diligenter, & claudere: diſcludendo terrori. Quid minùs in *Noacho* fecit DEUS? quem, impendente jam cœli, terrarum: aëris, & undarum, *ruinâ*, deduxit *in tutum*; tanquam *in gremium curæ ſuæ*. Ne verò venti, pluviæ, flumina, tempeſtatúmque minæ, poſſent influere: reduxit, poſt eum, oſtium; reductúmque, ſolerter permunivit. Hæc fecit, ut *Mater*. Quid autem, ut *Nutrix?* Pavit eum, ſollicitè priùs importari juſsîs *alimentis*: quæ, ne, loco concluſo, corrumperentur; & hoc providit. Occurrit autem, hæc ſcribenti, *Nutricis* & aliud quoddam memorabile facinus: quod de nobili *Bodmannorum*, in Alemannis, familiâ, ſæpius audire me, commemini. Die quodam æſtivo, convivium, & choreas, agitabant; in *arce*, domûs illius *gentilitiâ*: frequénsque, ſexûs utriusque, nobilitas è vicinia, lætitiam illius diei celebrabat. Dum in epulis omnes, ac ludis, & cantu fidibúſque, ſunt; coortâ repentè terribili tempeſtate, de cœlo tangitur arx; ac medium in triclinium delabitur atrox fulmen. Pars, exanimantur continuò: pars, afflati, cùm ſe collegiſſent, fugam ac deſcenſum in inferiora parant. Sed, fulmine cuncta

Ruina Mundi, per Diluvium.

cta corripiente, nihil non arcis, erat in incendio: ſcalæque flagrantes (ut è lignea materie) fugæ viam interceperant. Reliquum erat; è triclinio ſe, per feneſtras, dejicere. Sed absterrebat immanis altitudo. Deſperantibus ergò ſalutem omnibus; &, cum arce, ſimùl familiâ *Bodmannorum* interiturâ (ſicut omnes ſanè conflagrârunt) in mentem venit mulierculæ, quæ jacentem in cunis parvulum ante ſe cernebat; unicam ſtirpis illius, ultimámque ſpem, ſubducere ſupremæ neceſſitati. Raptum igitur è coquina *vas æneum*, lati ventris, infercit pulvillis, ac cervicalibus. Imponit deinde puerum, diligenter funis adſtrictum; ne poſſet elabi. Relinquit in ore vaſis, vacuum aliquod, à pulvinaribus, ſpatium; ad ſpiritum reciprocandum. Poſt hæc, clarâ voce, ſic, ut ab iis, qui ſteterant ad radices arcis, exaudiretur, exclamat; *Eum ſe puerum, Sacroſanctæ Triadis, ac Divi Joannis*, cujus nomen gereret, *tutelæ commiſſum, dejicere*. Dejecit, inter verba: conſumptáque cum cæteris, incendiô poſtridie ſopito, reperta *nutrix* eſt. nam hæc ipſa mulier puero mammam præbuerat. At *puer*, incolumis, & delapſus, & aſportatus; familiam poſtea *Bodmannicam* inſtauravit. Cujus facti fatíque gratæ memoriæ, quotquot ab eo

Ruina Mundi, per Diluvium.

Digitized by Google

temporis iſti familiæ naſcuntur poſteri; *Joannem*, vel nomine feruntur, vel prænomine, *ceu ſui generis reparatorem*, præferre. Tale ſanè quiddam & in *Noacho* dixerimus eſſe geſtum. *Edebant, bibebant, nubebant, & ducebant*, profani mortales. Impendebat eis irati Numinis inevitabilis tempeſtas: ſententiæ nempe decretoriæ, *de Mundo delendo*, ferale *fulmen*. Erant *arſuri*, poſt hanc vitam: impræſentiarum autem, jam conflagrabant cupidinibus ſuis, ad aquarum uſque, quibus reſtinguerentur, neceſſitatem. Perire debebat, *ac meruerat*, omnis *Mundus*. Sed, *mundi* relinquere *radicem*, in propaginem, cordi fuit, deſtructuro mundum. Aſpiciebat, illo munere neminem eſſe digniorem; quàm eum, qui jam indè placere ſibi cœpiſſet, *à teneris*, & *incunabulis*, innocentem, & (quod loquendi genus eſt divi Pauli) *malitiâ parvulum*, Noachum (*vv. vv.*). Hunc, exemptum *è medio pravæ nationis*, ſuæque curæ *fomentîs* quàm accuratiſſimè circumvolutum, projecit, non, *æneam in ollam*, ſed *ligni fragilis in Arcam*; medios in fluctus, ac mille mortis in diſcrimina, venturum. Sed *neminem ſervavit magìs, quàm eum ipſum, quem tam diligenter abjecerat*. Fluxit, ac refluxit, inter omnes interitûs

Ruina Mundi, per Diluvium.

tûs inſultus, ſalvus, incolumis; &, Numinis unicus Alumnus, atque cura. Redditus eſt mundo, qui perierat: &, omni circum deſtructô ſolô, quod disjectis hinc indè mortuorum hominum, ac belluarum, oſſibus conſtratum erat, florens ipſe, quodammodóque renaſcens; *reparavit*, in ſua ſobole, *mortalitatem*: in *Chriſto* verò, Semi ſui prole poſterâ, rerum *Univerſitatem*. In hunc ergo modum, id, quod principiô digreſſionis hujus dixeram, hinc quidem *nutricem* ſe Noacho Divina majeſtas; indè verò, *matrem*, præſtitit: ingens miſeris, & calamitoſis, ad ſpem in malis erigendam, documentum: ſive *Providentiam* ſpectemus Numinis, ſive *ténerum illius amorem*. Nimirum, ille, qui, ne pecora, ne belluæ, ne ſerpentes, aut interirent, aut famerent; de tecto, receptaculóque, de victu pabulóque, providit illis: is *te*, ſcilicet, quem, ſibi fidum ac juratum, cœlo deſtinavit, neglectui ducet? Is, qui, nondum *ſuo Sanguine redemptos*, tantâ mentis teneritudine complexus eſt; ut *cuſtodiret, tanquam Oculi ſui pupillam*: is, inquam, *te*, propter ſe patientem aſpera, tolerantem inhumana, nunquam fovebit, aut recreabit? Crede mihi! non abjiciet, omnino conclamatum; ſed, *in tempore*, proſtratum erigens, pericli-

Digitized by Google

tantem expediet; fluctuantem eripiet. Habet DEUS, etiam nunc, poſt tantum temporis, in Servis ſuis *Noachos* ſuos: habet in *montibus æternis*, quam depromat, ratem: in rate, per omnes Syrtes, navim: in naufragio, Salutem; &, *ex rebus perditis*, redivivum *lucrum*. Nítere Deô! *Deus enim, poſt Omnia cætera deperdita, tibi fiet, & erit, Omnia.* Nam, illâ Noachæâ, jam annis conſumptâ; liberalitas illius, ac Miſericordia, (*x x*) divitem adhuc habet, ac perpetuò ſuffecturam, *Arcam*.

AVCTORES.

(A) Citò creſcit mulier, ſicut mala herba. *gloſſ. in l. 2. C. de his, qui veniam ætat. impetra.* (b) *B. Theodoretus, q. 47. in Geneſ.* (c) *Jerem. 8. v. 6.* (d) *Alcorani lib. 1. c. 1. juxta citationem, & editionem: quam habuit Joan. Andreæ, in l. de Confuſione ſectæ Mahometicæ, cap. 4. & Georg. Scherer. Concione ultimâ, adversùs Alcoranum.* (e) *capite. 3. v. 6.* Ibi fuerunt Gigantes, nominati illi, qui ab Initio fuerunt, ſtaturâ magnâ, ſcientes bellum. (f) *Numeror. 13. v. 33. & 34. Hebraico in textu. In Latina verò vulgatâ;* Populus proceræ ſtaturæ, & monſtra: quibus comparati (nos) quaſi locu-

Digitized by Google

locuſtæ videbamur. (g) *Deuteron. 3. v. 11.* (h) *Itinerarii ſui, parte 1. Julii 8. die, anno 1483. Qod autem ad Lacerdæ locum citatum attinet: eſt is in libro 10. Æneid. verſ. 474. Notâ 11. ex Galeoto Martio lib. de doctr. Promiſſ. c. 36. ubi ait.* Gigantes fuiſſe, ſacra narrat hiſtoria: & Romæ, tempore Henrici. 3. inventum eſt cadaver Pallantis, quem Turnus occidit; tantæ magnitudinis, ut longitudine ſuâ Romanos muros æquaret. *Idem ait Dalecampius, in Plinium.* (i) *libro. 1. capit. 6. & citatur etiam à Cornelio de Lapide, in cap. 6. Geneſ. ad verba;* Poſtquam enim. *v. 4.* (k) *Deuteronom, 2. v. 11. & v. 20. & 21. de Zomzommim.* (l) *Cornelius à Lapide, in c. 6. Geneſ. v. 4.* Fecit enim (*inquit*) libido, ut natura in iis omnem ſuam vim, & extremum potentiæ ſuæ, exſereret. Itaque vaſtiſſimi, & validiſſimi, homines prognati ſunt. (m) *Cornel. in c. 6. Geneſ. cit. v. 3. & 4.* Gigantes, *ait*, maximam & potiſſimam fuiſſe Diluvii cauſſam; *ex libro Sapientiæ capite 14. v. 6. & Jobi cap. 26. v. 5.* Ideóque (*ſubdit Cornel.*) deſcripturus Diluvium Moſes, præmittit Gigantes; quaſi Cauſſam diluvii: ut paſſim docent Interpretes. *Hæc autem alibi fuſiùs oſtendi, libro*, De Mirabilibus DEI Operibus, ἀνεκδότῳ, *Conſideratione*

Ruina Mundi, per Diluvium.

tione 19. (n) *Matthæi 24. v. 38.* Erant in diebus Noë, ante diluvium, Edentes, & bibentes: nubentes, & nuptui tradentes, &c. (o) *Geneſ. 6. v. 12.* (p) *Geneſ. 6. v. 13.* (q) *Habacuc 1. v. 13.* Mundi ſunt Oculi tui, ne videas malum &c. (r) *S. Ambroſ. l. de Noë, & Arca. cap. 14.* (ſ) *Idem S. Ambroſ. ibid. cap. 4. circa med.* (t) *S. Salvianus Maſſilienſis, lib. 1. de Gubernatione DEI. ante med.* (u) *Inter hos (quod miréré) Joannes Cluverus eſt, ſectarius: qui Epitomicæ Hiſtoriæ ſuæ lib. 1. paginâ 3. editionis Lugduno-Batavicæ ann. 1645. columnn. 2. vult;* Eum, ad annum ætatis quingenteſimum *uſque*, conjugio abſtinuiſſe: in DEI, & cœleſtium, meditatione defixum. *Sed diſſentit Jacobus Salian. in Ann. Mundi 1140. num. 4. quem vide, ſi lubet; & vacat.* (vv.) *Martin. Delrius, ſic explicat locum illum Geneſ. 6. v. 9.* Noë, vir Juſtus, atque Perfectus, fuit, in generationibus ſuis. *Aítque;* Eodem modô omnes, quotquot legerit ipſe, explicare. (x) *Centum, & Septuaginta novem annorum: ut aſſignat Salianus, in An. Mund. 1235.* (y) *Joann. Cluverus, l. 1. in Noë, ante fin.* (z) *Sebaſtianus Barretarius (aut, ut alii ſcribunt, Berretarius) in vita Joſephi Anchietæ.*

(Aa) *Jacobus Salianus, in Epitomâ Hiſtoriarum,*

Digitized by Google

riarum, Anno Mundi 1557. *num. ultimo.* (bb) *In Hebræo, dicuntur Ligna* Gopher: *quæ,* à tribus Paraphraſibus Chaldaicis, *non, niſi de CEDRO, explicari, affirmat Jacobus Cappellus, in Ann. Mund.* 1652. §. Noë igitur. (cc) *Jacobus Cappellus, idem, in* Dimenſione Arcæ. (dd) *Sethus Calviſius, pag.* 233. *& anteſignanus Calviſii.* (ee) *In cap.* 6. *Geneſ. verſ.* 15. *pag.* 115. *columm.* 1. *med.* (ff) *Cappellus, pag.* 28. *columm.* 2. *ad med. ait;* Se numerare annos Julianos, 1652. diésque octo, à Solis Creatione, uſque ad finem Diluvii. *Ex quo deducitur, Eum, ad uſque* principium *Diluvii, numerare ann.* 1651. (gg) *Salianus, vult,* Majum *fuiſſe menſem; ut & Cornel. à Lapide, in Pentateuch. pag.* 118. *col.* 2. *ante fin.* (hh) *Pro* Aprili, *videtur ſtare S. Ambroſius, dum ait,* *SECUNDUM* menſem *VERNI* temporis fuiſſe, non ambigitur, &c. *ubi deſcribit vernam amœnitatem, libr. de Noë & Arca. Porrò, inter ſectarios, Joannes Cluverus;* Pluvias cœpiſſe, *ait,* à 17. die menſis Secundi, qui Romanis Aprilis eſt. *Jacobus Cappellus item;* Pluviæ cœperunt (*inquit*) ſecundi menſis die 17. *ſed addit;* Aprilis undeviceſimo, Arietis undecimo, biduo ante novilunium. *pag.* 26. *columm.* 2. *ad fin. At ab iſtis longè diverſus, abit, cum*

Ruina Mundi, per Diluvium.

Torniello, Antonius Fonſeca, in Cajetanum: qui menſem Januarium *aſſignant, tam* ingreſſui *in Arcam, quàm* egreſſui *ex eâdem. Cauſſam adferunt, quæ planè Sacræ Moſis narrationi repugnat: & poëticis potiùs fundamentis, quàm* Theologicis, *innititur. Vide Cornelium à Lapide, in Pentateuch. pag. 119. col. 1. in cap. 6. Geneſ. ante med. Longiùs adhuc, à menſe vero, abit Sethus Calviſius, qui;* Pluviæ, *ait*, incipiunt die 28. Novembris. *pag. 233. editionis Lipſienſis, an. 1605. Hic Sethus, quod & alibi monui, in verba Ioſephi Scaligeri juravit. & id de eo Scaliger ipſe valde, more ſuo, gloriatur, mancipium vanitatis! ut videbis, epiloſt. ad Heliam Putſchium. Quod proinde Sethi opus chronologicum*, quoniam à Scaligerianis rationibus, nec latum quidem unguem, diſcedat, *proclamat ille, lucubrationum ſuarum immodicus æſtimator;* Æternitate dignum! (ii) *Quidam, è recentioribus, ſecus ſentit: cùm par unum propagationi, par alterum Sacrificio (ſed, num* in Arca?) *tertium ad eſum, poſt diluvium: marem denique reſtantem, in hoſtiam, poſt Diluvium, diſpertit. Sed meritò magìs placet Saliani diſtributio: quam idcirco & ego in narratione ſum amplexus.* (kk) *In Hebræo enim, pro,* catarrhactis cœli, *ponuntur,* Feneſtræ.

neſtræ. (ll) *Loco illi*, Catadupis *nomen eſt: ubi homines accolæ, aquarum tam effuſè decidentium ſtrepitu, penitùs exſurdantur.* (mm) *De his montibus ſcripſi, in Hiſtoria Petri de Victoria, libro 14. cap. 6.* (nn) *Lucæ* 17. *v.* 26. Sicut factum eſt in diebus Noë, ità erit & in (*Adventu, &*) diebus Filii hominis, &c. (oo) *cap.* 1. *v.* 15. (pp) *Hippolytus Guarinonius in his fuit; Medicus temporum noſtrorum Halæ, in valle Oenanâ, alibíque, celebris, ac pius.* (qq) *Sanctus Chryſoſtom. homil.* 25. *in Geneſin, indicat;* Credibilius eſſe, maximam illorum partem, in ſceleribus ſuis extinctam. *Innuere nonnihil & S. Petrus videtur, cùm epiſt.* 2. *c.* 2. *v.* 5. *ait;* Diluvium mundo IMPIORVM iuduxiſſe Deum, &c. *Sed clariſſimè Rupertus Tuitienſis, lib.* 4. *in Geneſin, cap.* 4. Pleroſque ex iis, *ait*, ab illo temporali Aquarum diluvio, ad æternum tranſiſſe Incendium. (rr) 1. *Petri* 3. *v.* 20. In quo & his, qui in Carcere erant, Spiritibus veniens prædicavit; qui Increduli fuerant aliquando, in Diebus Noë, &c. (ſſ) *Sethus Calviſius; pag.* 233. *fin. Sed illud idem ipſe incongruè; quòd*, Quinque tantùm menſium ſpatio navigâſſe, *docet: aliter videlicet dies numerans, cadere incipientium, & deſinentium, ac poſtea eodem ſtatu quieſcentium, undarum; quàm debu-*

debuiſſet. (tt) *Iacobo Capello nominatim, pag. 28. colum. 2. quos & ab eo tempore, ait,* ἀποβατήριον (*hoc eſt,* Locum exſcenſûs, *ex Arca*) *dictos fuiſſe.* (uu) *Ioſephus libro 10. Antiquitat. Iudaicar. cap. 4.* (vv. vv.) *1. Corinth. 14. v. 20.* Nolite Pueri effici Senſibus; ſed Malitiâ Parvuli eſtote (xx) *Roman. 10. v. 12.* Idem Dominus omnium: Dives in omnes, qui invocant illum.

RUINA V.

Quæ fuit,

BABYLONICÆ TVRRIS.

BREVIARIUM CAPITUM.

I. *In hanc hiſtoriam, Ruinarum, referuntur, jure ſuo, etiam Ruinæ rerum, vitâ carentium. Poſt Diluvium depulſum, mortales, ad loca Armeniæ ſuperioris, haud multùm ab Araratæis montibus remota, incolentes; annos intrà* 130. *multam genuerant ſobolem. In hæc, familiarum principes, convocatos, Noachus jubet, aliò ſenſim terrarum colonias educere: ſuáſque ſingu-*

lus filio-

Digitized by Google

lis filiorum ſuorum, terras aſſignat. Illi, tardè primùm obediunt. Paullatim deinde ſe commoventes; per circuitum, perveniunt in campum Sennaar: cujus locus & ſitus exprimitur. Eorum, qui illic conſederant, dux, & caput, Nemrodus (qui & Belus) Chami nepos, ambitioſa conſilia volutat.

II. *Nemródi, ad eos, qui in campo Sennaar conſederant, Oratio ſuaſoria: cujus argumentum, ſunt illa S. Scripturæ verba, Geneſeos c. 11. v. 4.* Venite! faciamus nobis civitatem, & turrim; cujus culmen pertingat ad cœlum: & celebremus nomen noſtrum; antequam dividamur, in univerſas terras.

III. *Orationi Nemrodi magnum pondus, tum inſita viro facundia, tum clientes & amici, addunt: quos ille ſubornârat, ad animos populi ſibi conciliandos. Ejus vafrum conſilium; ad rapiendam ſibi dominationem, clientes, amiciorésque promiſſis onerantis: & altè tamen id animi propoſitum diſſimulantis. Multitudini porrò, Turris & urbis exſtruendæ conſilio aſſentienti; dubitationem operis perficiendi omnem eximit: dictando eis, láteres, pro ſaxis; & bitumen, pro cæmento.*

IV. *Inchoatur urbis, ac Turris, conſtructio; manuum animorúmque contentione magnâ. Quan-*

Ruina Turris Babylonicæ.

Digitized by Google

Quanta fuerit operarum multitudo; ex aliis, id genus, operibus, conjectura deducitur. Turris fundamenta, quanta: necnon altitudo; & numerus plurium, in una turri, turrium. Spatium templi, in ea, poſtea Belo dedicati. Labor ædificandi; tum aliis ex cauſſis, vehementer promotus; tum verò maximè, ob linguæ commercium: quæ, inter tot ſtructorum millia, una tunc & unica erat. Conſilium autem eorum erat; eam, ad cælum uſque perducere, ſtructuræ inſaniam.

V. *Hoc eorum conſilium, deſtructurus Deus, vanitatis omnis, & inſolentiæ hoſtis; Linguam ædificantium, quæ prius unica fuerat, ſcindit in plurimas. Unde laboris quoque ſequitur miranda, miſerandáque, tum perturbatio, tum interruptio, ad uſque deſiſtendi neceſſitatem: indignante fruſtra præſide ædificationis, Nemrodo. Dialabuntur denique plerique.*

VI. *Rationibus aliquot demonſtratur; Linguarum illam multitudinem, licèt Dei mirandum Opus ſit, ſimul tamen Incommoda ſecum plurima mortalium generi advexiſſe.*

VII. *Nemrodus, quanquam plurimis, alio terrarum, migrantibus; paullatim tamen ſuorum confirmatâ multitudine, Babylonis regnum orditur. Agit autem ità per vim, & artes*

tes, omnia, ut meritò Venator robuſtus coram Domino, *dici meruerit. Sub hujus imperio (quod diuturnum fuit) urbes aliquot, & Tyrannidis initia: ſub filio verò iſtius, Nino, Idololatriæ exordia, naſcuntur; corrupti Orbis in perniciem.*

VIII. *Turris Babylonica, Ruinam ſecum traxit, & alienam, & propriam. Alienam, in concordia tam linguæ, quàm animorum ſubruendâ. Propriam verò: cùm, perpetuò ſtans imperfecta, & opere ædificationis interrupto; etiam, poſtquam adornari cœpta eſt, rurſum defluxit: variiſque ſtrata cauſſis, noſtrâ tandem ætate penitùs exciſa jacet. Illius ruderum, & loci adjacentis, quàm horrida ſit, ac deſerta, facies; accuratè, è teſtimonio cujusdam oculato, deſcribitur: ubi curioſa, non pauca.*

IX. *Exagitatio eorum, qui ædificationibus ſumptuoſis, jactantiæ tantùm, & proferendæ memoriæ ſuæ, cauſſâ, pecuniam prodigunt: utilitate interim, & pauperum curâ, neglectis. Quò ſpectant etiam, quicunque quovis modo impenſas faciunt, in inſtrumenta ſuperbiæ, ac Vanitatis: quorum omnium opera, ſicut Turrim Babylonicam, & DEVS tandem, & dies ipſa, vertit in pulverem, & interitum.*

RUI-

Ruina Turris Babylonicæ.

RUINA BABYLONICÆ TURRIS.

(I.)

AB ipſis operis hujus primis conatibus, propoſitum nobis erat; ILLUSTRIORES, non hominum tantùm, ſed aliarum quoque rerum, proſequi RUINAS. Nec, ut ego reor, immeritò. TAM enim, ſuo modo, LAPIDES etiam, & ædificia, quàm corpora noſtra moriuntur: & experta fatorum legem eſt, illa quoque, quâ grandiorem, ab humano conatu, molem, Sol nuſquam alibi terrarum vidit; TURRIS *Babylonica.* Cujus auctores nunc, & initia, progreſſus, ac finem, damus. Jam Cainus Abelis fraterno ſanguini, per homicidium fuſo, pœnas dederat; Lamechi, ſicut memoravi, miniſteriô ſublatus. Jam dudum, Cainitis immixti, per connubia, Sethiani; Filiorum Dei nomen, intemperanti mulieroſitate, fœdaverant: &, irritatus mortalium unanimi ſcelere nequitiáque, Deus, inundatione terrarum prodigiosâ, delêrat; quidquid vivere priùs juſſerat; ſeminario duntaxat conjugiorum, tam in brutis;

tis, quàm in hominibus, intrà Noæam arcam reſervato. Jam denique, ſiccato rurſus orbe, Noachi tres filii, totidémque nurus, ex Araráto monte, (cujus vertici tandem (*a*) inſtiterat Arca) deſcendentes, Armeniæ Superioris, vicina quæque loca, repleverant, ingenti poſteritate; quámque, poſt annos, à Diluvio, non ampliùs centum, triginta duos, illius regni nec fines jam, neque ſterilitas, caperent. Tanta vis divini fuit oris, quo Noacho, filiíſque, poſt cataclyſmum, bene precatum Numen erat! Cùm, ecce, repentino Numinis ejusdem inſtinctu, Noachus convocatos, & Natos ſuos, & familiarum ex his principes, ſeptuaginta duos; vetuit, porrò veteribus attineri terrarum anguſtiis: juſsítque, comprimentem ſeſe multitudinem, per colonias, aliò, tam regionum, quàm Inſularum, educere. Quod ut ordinè, partitóque, fieret; *Semo*, filiorum ſuorum natu maximo, Semóque genitis, ab Euphratis ripis, ad *Gangem* uſque, maréque, quod *Oceanum Indicum* appellant, *Orientem omnem* aſſignat: (*b*) *Chamo*, quidquid à Syria, per Phœnicem & Palæſtinos, pérque Nilô rigatas terras, ab Arabico ſinu, jacet, ad uſque Gades, Atlanticúmque pelagus. *Japhéto* verò dat, à ripa citima fluminis Euphratis, & Amáno Tau-

Ruina Turris Babylonicæ.

Digitized by Google

róque montibus, omne; quod, ab Orientis regnis, ad ultimas Hiſpanias excurrit: quódque ſitum ad Aquilones, inacceſſa Sole maria, terrásque, ſpectat. Hæc quidem Noachus ità partitus, itáque partiri ſuos quoque jubens: ad id aſſiduò cohortatus erat. Sed illi, *PATRIÆ* veteris *amore, qui plerumque cæteros amores unà rapit*, ac ſubjugat, *& cum homine, ſicut naſcitur, ità deſinit*; imperio tardi parebant: moniti ſæpe, ſæpiúſque tamen adhuc monendi. Donec, poſt annorum multa curricula (ducenti quippe jam, & ſeptuaginta quinque, fluxerant à mundi diluvio) tandem aliquando, commovere ſe, pedetentim, cœpêre; déque frigidis Armeniæ regionibus, per circuitus retrò multos, ad Solis matutini terras iter adornare. Cùm autem, ut fieri ſolet *in magna turba*, cujus, *quot ingenia, tot conſilia, ſunt*; multa multis placerent, & plura pluribus cordi non eſſent, in æſtuoſioribus Orientis plagis: immutatâ plerique voluntate primâ; quodam velut, ab Armenia, ſemicirculo ſeſe circumagentes, per Mediæ fines, & Uxios, Aſſyriósque, demum in campum incidunt, quem Hebræorum ſacræ litteræ *Sennaárem* appellant. (*c*) Is, ut tabulæ docent exactiorum *Geographiæ* ſculptorum, inſula quondam fluminea, planitiéſque

Digitized by Google

que fuit; amnium, Euphratis, ac Sudæ, Tigríſque, confluente clauſa. Cujus cùm ubertatem ſoli, ſylveſtribus Armeniæ nivoſíſque ſolitudinibus longè potiorem, inſpexiſſent; defixis ibi tabernaculis, extemporalibúſque ſtructis tuguriis, conſederunt. Erat inter eos, quidam, *Chuſo* patre genitus, avóque *Chamo*; qui *Chamus* Noachi quondam genitoris, ob nudatum, per temulentum ſomnum, corpus, illuſor, per filium petulantem, nec ab ſe caſtigatum, fuerat. Illi, *Nemrodo* nomen fuit, tum quidem, à natalibus acceptum. nam poſtea, dignitatem adeptus regiam, *Belum* ſe quoque dici, vel juſſit, vel ſuſtinuit: quod, in loco, nos infrà rurſus memorabimus; cùm illius regni primordia, ſedémque, referemus. Is igitur, jam tum cæteros robore proceritatéque corporis, &, propter hanc (ut pleriſque *barbarorum* mos *eſt*, *è membris, animum ac meritum æſtimare*) ſpectabilitate præcellens, & auctoritate præcipuus: adhæc, præfídens, tumidus, ferox, ac divinorum neglector, avitô vitiô; nec (ut tum eloquentia colebatur, inter illiteratos) inferior oris facundiâ: tali fertur, ad expeditionis ſuæ ſocios, oratione concionatus;

II. *Compertum ego, comites, & exploratum, habeo; jam indè, temporis ab illo curſu,*

Z 2 *quo*

Ruina Turris Babylonicæ.

quo Noachus nobis, ſui Numinis, (ut ipſe videri vult, at, ut ego reor, ſomniorum) impulſu, terrarum orbem, tanquam teſtamenti tabulîs, deſcripſit; exteráſque mundi plagas inſidere, juſſit, Armeniæ cunabulis ejuratîs, veſtrum plerosque, ſi non univerſos, invitis id auribus, & animis, accepiſſe. Declaravit id, annorum, plusquam centum & quadragenûm, mora; quam adhuc, ab imperii decretorii tempore, traximus in natali ſolo. Nec tam nos (ſatìs ſcio) patriæ glebæ felicitas, aut regionis ulla dulcedo, tenuit illigatos (quid enim alibi non florentius, pinguiúſque?) quantùm tergiverſari, prolataréque migrationis tempus, ſubegit, oblivionis apud poſteritatem metus; néve nominis aut gloriæ noſtræ nulla, ſecuturas apud ætates, recordatio ſupereſſet. Nec is metus, reſpectúsque futurorum, ſanè vanus erat: quippe, cùm, aliis aliò diſperſis, amiſſo ſemel patriæ fundo, pariter & noſtri memoria ſine controverſia dilaberetur; & in perpetua ſæcula concideret: quod tamen, unius intrà gentis ac telluris Armenæ *terminos, communione vitæ, cognationis, ac ſepulcrorum, perennare potuiſſet. Hôc autem, in quo nunc ſumus, erimúſque, rerum ſtatu, quis noſtri, poſt nos, quis nominum, factorúmque noſtrorum, recordabitur? præſertim,*

Ruina Turris Babylonicæ.

tim, nullódum ab noſtrûm quoquam inſignio-re patrato, vel edito, facinore, quod annos fe-rat, ac famam proferat? Eſt autem inſitus omni mortalium, viriliſque cumprimis, generi, lau-dis atque celebritatis, apud futurum ævum, acerrimus amor: oblivionis, è contrario, fuga ſtudioſiſſima; quódque potius his omnibus eſt, honeſtiſſima. Quotus enim quisque vir fortis, non mavult, naſci nunquam, quàm ſemper laté-re? pariáque putat, vel in vivis non fuiſſe, vel, in nulla fama? *Flagramus enim omnes æterni-tatis, neſcio cujus, inſanâ cupiditate: quam, cùm nobis corpora præſtare noſtra non poſſint, quippe fragilia caducáque; reſtat, ut vel Ani-marum donet Immortalitas (quam ego quidem,* fabulas *puto): vel, quam unicam ego ſolidám-que mortis fugam cenſeo, marmora, ſtatuæ, fa-bricarúmque celſæ moles; ſeris adhuc abnepo-tibus aſpectandæ. Videlicet, illa nos opera lo-quentur; illa monimenta, nominabunt. Inter-rogabunt minores; Quibúſnam majoribus, & quorum heroum manibus, ac robore, tam ſtu-pendæ molitiones ſurrexerint? &*, ſiquando ſi-luerint de nobis homines, clamare *ſaltem* lapi-des pergent. *Quapropter, agite, ſi viri ſumus: &, dum tempus, dum ætas, atque vires, dúmq; locus ipſe nos hortatur & excitat; aggrediamur*

Ruina Turris Babylonicæ.

opus, ſæculis cantandum: ac, quod oblivionis unum unicúmque futurum effugium eſt, arripiamus avidè. TANTUS EST QUISQUE, QUANTUM IPSE SE FACIT, *egregiè geſtîs. Struamus ergo, dum innumeræ manus, dum adhuc conjunctæ ſunt, urbem; ſpatiô latè patentem, muríſque firmam.* (*d*) *Addamus, in medio,* Turrim; *cujus apex, ingreſſus ſuprema nubila, perveniat ad Solis uſque viciniam.* (*e*) *Serviet hæc altitudo, primò quidem gloriæ conditorum, procùl aliunde venientibus conſpicua futura; nec immemorem noſtri ſinet advenarum ſtuporem, quem intuentibus eſt incuſſura. Serviet quoque, ni fallor,* ſecuritati (*f*): *ſi quando, (quod abſit!) iterata nimborum & æquorum eluvio, terras inundaret: eámque, quàm* ante ducentos abhinc, & ſeptuaginta quinque *plus minùs* annos, *patres noſtri pertulerunt, calamitatem renovaret. Tum enim, longè nobis forent, Armeniorum montium excelſa cacumina; longè, vertex Alpis Araratææ: qui tamen ipſe, ſupernatantibus (utì ferunt) aquîs,* arcáque, *multùm inferior, non potuit ulli naufrago fluctuantíque ſubminiſtrare ſtationem. Quod, quantò minùs, camporum, in quibus nunc conſiſtimus, planities præſtabit, & humilitas? Non tam igitur* memoriæ noſtrî monimen-

mentum, *in hac turri, quàm* incolumitatis Aſylum, *erigemus; haud ſanè naturâ, ſicut in jugis Armeniæ, ſed noſtrapte manu, compoſitum. Opere tanto, támque gentibus memorando, ſuum ad culmen perducto; tum enimverò, bonâ cunctorum veniâ, dividi licebit, ac diſcedere, tanquam emeritis: quò ſua quemque mens, & Noachi ſenis deſcripta partitio, deducent. Tantùm, ſocii, ne (quæſo vos) vivamus malè tuti; ne moriamur inglorii; ne diſpergamur ignavi.*

III. Poſtquam acceperunt ea, qui dicenti Nemrodo ſe circumfuderant, immenſo numero, mortales: etſi pro multitudinis eâ copiâ, quam jam tum inſulæ campus ille, conſtrictior, ægrè capiebat, ad ſedes laxiores primo quoque tempore vehementer aſpirarent; facundiâ tamen potentiáque ſuaſoris inclinati, tantillum adhuc moræ ſe, declarant, operi tanti nominis gratificaturos eſſe. Quocirca, ſi, quemadmodum auctor, ſic & dictator eſſe fabricæ, princépsque, vellet; in illius ſe poteſtate fore, ſignificant. Id primò pauciores; paullatim deinde frequentes, & conferti, conclamant: donec, ad extremum; nemo quiſquam detrectaret. Quod quò promptiùs fieret; ingens ad id contuliſſe pondus, Nemrodi cognatio, clienteláque, perhibe-

Ruina Turris Babylonicæ.

hibetur; (*g*) jam antè, vel ad idem cupiendum non ſegniter affecta; vel (quod à moribus hominis non abhorret) ad impellendam multitudinem, ſubornata conductáque. DIFFICULTER *enim, etiam Principes, ingentia negotia, magnóque conſtatura, plerumque moliuntur; multò verò difficillimè promovent: niſi, vel gratiâ comparatos, vel emptos auro, vel ex interioris amicitiæ ſinu* (diſſimulanter tamen) *eductos, aut ampliſſimis denique promiſſis oneratos, cardini conſiliorum, tanquam aliud penitùs acturos, admoveant: quorum interpoſito, veluti rei communis, ſtudiô, curiæ nutantis, aut populi fluctuantis, ſuffragia, trudantur in regnantis votum.* Is jam tum calliditatis modus, circa prima regnorum meditamenta, caput exſeruit: qui, poſterorum ſæculîs, accepto robore, dominationum maxima quæque momenta, confecit, & extricavit. Itaque factum eſt; ut, *qui tunc Aſtus fuerat, hodie gubernaculorum Prudentia cenſeatur.* Sunt igitur (ut, ad inſtitutum revertamur) quibus haud abſurdè videatur, nec id unum, nec id ſummum, Nemrodus agitâſſe; qua ratione coloniarum memoria, conſtructionis quapiam inſaniâ famoſâ, poſteritati proderetur. Sed, ferunt, eum ſagax illud conſilium, quod jam tum

tum animo volvebat, ut totius Orientis potiretur, non preſſiſſe diuturniore ſilentio; verùm, amiciſſimo cuique, ſuarúmque curarum intimo, cogitata, remotis paullatim arbitris, aperuiſſe. Secundùm hæc, iis dominationis ſupremæ communionem quandam, & gradus, à primo proximos, ſpopondiſſe. Super id, honoratiſſima quæque munia; præfecturas gentium, ac locorum; belli, pacis, ac laborum, luculentiora, pro cujusque meritis, præmia. Sed adhæc, *arce* ſibi, ſedéque *dominationis*, ſentiebat, opus eſſe; quam humanæ nullæ vires convellerent, & quam, utì novum quoddam in terra *cælum*, mortales formidarent. Eam autem, talem, qualem animo comprehendiſſet, niſi ſociatîs omnium opibus operíſque, videbat, ſuſcitari non poſſe. Poſſe verò; Si, per altiſſimam diſſimulationem, ſuppreſsâ regni cogitatione, ſtructuræ tam laborioſæ ſpecioſus *Æternæ Memoriæ* titulus, nec alius, præpanderetur. Ad id porrò multùm amicos collaturos: ſi ſuis, ſuorúmque, quisque vocibus; ſi clientes præterea ſui, tanquam pro Gloria publicâ, jactîs incitamentis, operam ſibi commodarent, in multitudine pertrahendâ. Quod totum, utì Nemrodus concupiverat, ità ſucceſſit. Promptos enim in ea, quæ ſuaſiſſet Nemrodus,

Ruina Turris Babylonicæ.

ſe cuncti demonſtrant. Quærere tantummodo; Cùm ſaxorum, lapidúmque nativorum, inops ſit (ut erat) Aſſyria: cúmque, ſi vel maximè redundaret, operoſa nimis, in tam incredibilem *turris* altitudinem conſummandam, futura foret immaniſſimarum molium attractio; quæ tandem ædificio ſubſidia, quáſve machinas, animo conceptas haberet? Quippe, nec invito telluris geniô naſcitura marmora; nec, tanquam aves, in altum eſſe ſpontè volatura: ſi ſuis inſtrumentis, veluti pennis, deſtituerentur. Tum Nemrodus, ut erat ad inveniendum expeditus; terram, docet, illam, ut glebæ feracis, ſic inprimis argilloſæ, limíque mollis, eſſe. Poſſe, fornacibus exſtructîs, & excitatis figlinis, in ſaxorum formam quadratam, effingi coquíque lateres; pondere, vel fœmineis manibus tolerabili; numero, ſupra fidem ingenti, ſoliditate, quantiſvis ſæculis pari, durabilíque. Quòd ſi ligaminum quoque, quibus inter ſe tot laterum millia committerentur, eos cura ſollicitaret: non eſſe (ſicut in ſaxis) ferro; non chalybinis plumbeíſve nexibus; ac, ne calce quidem, opus, atque cæmentô: cujus utique, regionibus illis, haud ſecus, ac lapidum, neceſſariâ premerentur penuriâ. Sed, obſervâſſe ſe creberrimos inſoliti liquoris fontes, per uni-

univerſum illum Chaldææ tractum; qui, cum aquis unà, glutinoſum quoddam, ac tenax, &, diverſis inter ſe colligandis perquam idoneum, viſcum expellant; ſummo latici, ſpumarum in morem, ſupernatans, picei lentoris, odoris ſulphurei, candidíque coloris. (*h*) *Id calx nobis, id cæmentum* (inquit) *erit.*

IV. Nec mora; calentibus cunctorum animis atque manibus, inchoatur opus: urbíſque dimenſis ſpatiis, ac pomœriis, & egeſto limo, collectóque certatim bitumine; compinguntur & excoquuntur, dies noctéſque, *fictiles* (ut ſic dicam) *lapides*; verorum, ſeu ſimulacra, ſeu ſupplementa. Murorum, propugnaculorum, turrium, ac domorum, firma demittuntur fundamenta; præcipuéque *Turris* illius, ac veriùs, arcis, & Capitolii; quod in urbis, parabant, meditullio machinari. Convénit autem operarum opificúmque ſexûs utriuſque, ſuprà, quàm quiſquam numerum inierit, multitudo: quam nos ex eo, licebit, æſtimemus; quòd ad molitiones poſtea Pharaonis Ægyptiacas, ſiqua Joſepho Flavio fides, compulſa ſint Hebræorum trecenta ſexaginta millia: quorum aſſiduo labore, Phiton, & Rameſſes, oppida ſurrexerunt. (*i*) Ad Epheſium verò Dianæ fanum exſtruendum, Aſia

Digitized by Google

ſia tota Minor, per annos ducentos viginti, fertur occupata; vix tamen ſupremam inveniſſe manum. (*k*) At hujus, de qua nobis ſermo, ſub Nemrodo, laboris, & tempus fuiſſe perhibetur multò contractius; & opus, præſertim *Turris* primariæ, vaſtius: cujus tamen, inconſummata quamvis, at incomparabilis, fabrica, vulgò creditur *annos, haud plures, viginti duobus*, exhauſiſſe. Quare nihil ſupra fidem ſcripſerit, qui ſtructorum *quingenta millia*, tantæ moli tribuerit; Saliani quadam phraſi duce. (k k) Quanta verò fuerit illius *Turris* ſolius (nam *urbem* nunc relinquimus, ad eam forſitan in *Semiramide* redituri) majeſtas, & amplitudo; non erit nimis operoſum, ex iis, quæ Græcus poſtea ſcriptor, Herodotus, inſpexiſſe ſe commemoravit, (*l*) æſtimare veſtigiis. Qui, præter cætera, fide fortaſſis apud inexpertos laboratura, refert; *murorum*, ex lateritia materiâ, *craſſitudinem*, unius fuiſſe ſtadii; ſive, partem octavam milliaris Italici: *Fundamentorum* verò latitudinem, prorſus incredibilem. Cùm enim *octo* ſupereſſent, etiam illius tempeſtate, *turres*, in una turri: ſic alias aliis fuiſſe ſuperimpoſitas, ut prima quidem, ſicut omnium infima locô, ſic omnium eſſet, mole ſpatióque, maxima. Quæ, poſt-

Digitized by Google

poſteaquam ad altitudinem (ſi ſola fuiſſet) inſignem educta jam eſſet: tum huic, interiore nonnihil ſitu, ſuperinjectam alteram: & iſti ſecundæ, poſtquam & illa proceritatem, inferiore celſiorem, eſſet nacta, tertiam, priore contractiorem: tertiæ quartam, quartæque quintam; & huic, ex ordine quamque ſuo, ſuperinſtructas alias; quoad in octavam perveniretur. Eam, velut inferiorum unaquæque, ſibi ſubjectas, ad *proportionis regulam*, altitudine vicerat; ſic ipſam ſuperâſſe cunctas. Conſtat autem & Hieronymi Stridonenſis ſacro teſtimonio; totius Operis ſublimitatem, ad *quatuor ſaltem paſſuum millia* denique (quanquam & hanc inconſummatam) aſcendiſſe. (*m*) Referunt autem, qui ſuiſmet oculis inſpexerunt; & *templum*, in infima turrium, ſtetiſſe, figurâ quadriformi: cujus circuitum fuiſſe *duûm ſtadiorum*: quæ pars eſt quarta milliaris Italici (*n*). Quam equidem *baſilicam*, Herodoti conſpectam adhuc ævo; ſi minùs à Nemrodo poſitam, at herculè deſignatam ab illo, deſcriptámque, ſuſpicer: poſteáque, rerum potiente Nino filio, Beli ſacrilegis honoribus conſecratam. Et iſta quidem, in eam tum formam, magnitudinémque, ſe *Turris* attollebat; à plerorumque Numinis contemptorum mani-

Ruina Turris Babylonicæ.

manibus, ad altitudinis inſaniam uſque, quotidie creſcens: ut propemodum haud immeritò, nec inſulsè, quodam ab recentiore (*o*) *GIGANTVM turris*, *ac TVRRIVM gigas*, appellata ſit. Procedebat autem & incrementis ſuis illa moles, & annîs; in vicennium jam, & ulteriùs: indè quidem, præcipiente ſedulitatem Nemrodo, dictantéque fabricæ formam, ac leges, hinc verò, præceptis obtemperante cœtu laborantium. Et ad operis maturationem conferebat id quoque, quod, exiguum vulgò viſum, poſtea tamen, experimentô contrarii, deprehenſum eſt; vel inter maxima numerari ſtructuræ ſubſidia debuiſſe. Fuit autem id, quòd *unâ* tum omnes uterentur *linguâ*: nec aliâ ſcilicet, quàm, quâ generis noſtri propagatores primi ſuos poſteros imbuerunt à teneris: & quæ deinceps, in Hebéris retenta poſteris, *Hebraicæ* nomen ac dignitatem ſola conſervavit. Ergo nullâ ferè difficultate, dabantur à Nemrodo jura, ſtruendíque leges: & ab intelligentibus accipiebantur, imperiíque fructum referebant. Quocirca ſtrenuè labor ibat: nullámque concedente remiſſionem, ambitionis, & gloriæ, dulcedine, quam ex opere conſummato ſperabant; pergebat induſtria, tum coacta, tum ſpontanea: nec mo-

modum ſibi poſitura, nec finem, occupationis, quoad evaſiſſet ad deſtinata; *turrímque* ſuam *ſideribus* admoviſſet. Quippe, *nubium* jam plurimâ penetratâ regione; quid infrà ſitum eſſet, nihil penſi ducebant: ad ſuperiora sê, duntaxat anhelantes. Uſqueadeò verè poſtea Venuſinus cecinit; *NIL eſſe mortalibus*, præ cupiditate, *nimis arduum. Cœlum ipſum ab humana peti ſtultitiâ: neque, per ſcelus noſtrum, licere Deo fulmen iracundum ſeponere.* (*p*) Cujus proinde fulminis tunc ſtringendi, poſt longam diſſimulationem, matura tandem eſt viſa cauſſa.

V. Proritatus enim Deus *ter maximus* eſt, & arrogantiâ mortalium, cujus inprimis oſor eſt; & coloniarum in diverſa loca tarditate: ſuúmque, quod interprete Noacho promulgârat, emigrationis imperium, inſupèr haberi, ſtomachatus eſt ex merito. Totius igitur Triadis inito conſilio, decretóque; nec ſegniùs *Angelorum*, qui circumſteterant, aſſentiente curiâ (*q*): turbavit unô momentô multorum annorum negotium; ídque, conturbatîs, potentiâ ſuâ, ſtructorum verbîs. Imaginibus enim animi, quibus, in ſermonem efformatis, mentium ſenſa per voces expromuntur; hinc quidem, veteribus apud pleroſque deletîs, illinc

Ruina Turris Babylonicæ.

linc verò, novis, & antehac incognitis, cerebro firmiter impreſſis: ex omnibus, illi ſoli, qui pertinebant ad *Hebéris* familiam, antiquum ſermonis uſum exercere perſeverârunt. Cæteros, quorum erat, in comparatione ſui, numerus immenſus, obſtupuerunt ii, qui priſcè loquebantur; peregrinas inter ſe miſcere linguas: nullorum, ad id tempus uſque, matribus nutricibúsque notas. At nec ii quidem, qui diversùm ab Hebræis ſonabant, quantumvis loco ſtudiiſque conjuncti, concordare linguis, ac verborum intellectu, poterant: quippe, *ſeptuaginta duobus* (*r*), pro numero totidem principum familiarum, diſtinctiſſimis idiomatibus, intrà temporis unicum articulum, enatîs. Mirabantur ergo; ſe nec ab iis quidem, qui proximi ſtabant, quíque laboris conſortes erant, percipi; quoties juberentur quidpiam, aut rogarentur. Principióque, ſurditatem ſuſpicati, cùm voces, inſanîs quantumvis acclamationibus, intenderent; nec tamen, aut obſequium extunderent, aut familiare ſibi reſponſum: rumpebantur irâ; ringebantúrque diu, caſsâ, nihilque profuturâ, bile. Donec ad extremum, quid actum eſſet, intellectô, verterunt indignationem, in commiſerantis affectum: nec jam, *contumaciam*

hanc

Digitized by Google

hanc eſſe, ſed, *pœnam*, ſenſerunt; ultione Numinis immiſſam. Fréndere verò præ cæteris *Nemrodus*, cœleſtium alioquin (uti ſuprà dictum eſt) exiguus æſtimator; &, ob idipſum, vindictæ ſerus agnitor. Fúrere, ferus & impotens animi vir; nec imperium curari ſuum, nec capi voces, ac juſſa; nec fabricæ præſcripto jam uſpiam obtemperari: nec adeò Nemrodi nomen ampliùs, nedum auctoritatem, in aures admitti. Quódque non ſine lacrymis interdum, ab iracundia protruſis, lamentabatur, & expoſtulabat; *Non verbo ſe, non verbere, non minis, neque precibus, neque pollicitationibus, proficere quidquam: ſed imperatis contraria, voluntatíque dictantis pugnantia, fieri. Diſcedere, ſiquos vocaret; venire, ſiquos faceſſere juberet: ceſſare, laborantes; laborare, quibus ipſe ceſſationem indixiſſet. Pro látere lignum, pro ligno glebam, pro gleba ligonem, pro bitumine caſeum, aut lactis ſinum; pro bipenni, vel malleo, panem, aut fructibus refertam corbulam, adportari. Denique, cuncta fieri; præterquam ea, quæ facienda tunc inſtarent.* Ergo, manifeſtum verſus in furorem, quòd nec à ſuis quidem familiariſſimis audiretur; nec illi Dominum patronúmque viciſſim, modis notîs, affarentur: abegit à ſe cunctos. quæreré-

Ruina Turris Babylonicæ.

que cœpit in turba; Siquos fortè reperiret, à quibus aut obedientiam, aut mutui ſaltem ſermonis ſocietatem, extorqueret. Invenítque; ſed tardè, ſed ſparſim, ſed non pro numero copiáque; quantam, utì cœptum opus perficeretur, expoſceret. Potiùs & ipſos, deſperatione ſucceſsûs languentes, animóque dejectos, reperiebat: & ſemetipſum quoque, non minùs, ac cæteros, magnitudine portenti tam inſolentis, conſternatum; deprehendebat, ad opus tam ingens finiendum, haud paullò factum eſſe lentiorem. Paucitate potiſſimùm abſterrebatur operarum, quas eadem ſecum lingua laboribus iisdem conjungeret. Nam cæteri, qui neque Nemrodum loquentem, neque collegas illius atque contribules, aſſequebantur; ſenſim, alius ex alio, trajectis amnibus, per manipulos, ac centurias, dilabebantur. Donec, ad extremum, de tam multis millibus, illi, remansêre ſoli, qui ſe *Nemrodianos* profitebantur. TANTI *refert: ad firmam ſtudiorum concordiam retinendam, ne ſermone quidem diſſonare!*

VI. Quæ mihi meditatiùs examinanti; mirabile cumprimis id ſemper viſum eſt: quàm Deus ter maximus Optimus, tum in ſpeciem molliter, tum in re tamen ipſa luculentè, mortalium

talium tunc arrogantiam caſtigârit; *Linguas conturbando.* Quis crediſſet; tam leniter, tam ſilenter, inflictæ ſcuticæ, tam profundè tamen adactum vulnus, ac vibices, eſſe? Videri *varietas* poterat, &, ut loquuntur doctiores, ORNATUS UNIVERSI; *Septuaginta duas*, per *unum* genus & *os* humanum, principes volitare *linguas*: linguarum autem ſingularum plurima diſcrimina, ſexcentóſque *dialectorum* (ut ſic dicam) *ramos*. Ac profectò, quid Mithridate poſtea, Ponti rege, plauſibilius; viginti, duarúmque, gentium ore fari perito? SED, ad verum rem expendenti, POENA fuit, hæc, quàm diſſerimus, *linguarum multiplicatio*; non, gloriandi materies. Et *Pæna* quidem (nequid diſſimulem) acerba, prægravíſque mortalitati, poſtmodo ſecuturæ. Nam, illorum quidem, qui tunc ædificabant, hôc compendiô concidiſſe *ſuperbiam*, tanti fuit: & gratulatione dignum. Sed poſteritati, quantum onus? Grave peregrinantibus, & commercia (rem neceſſariam) agitantibus: quandoquidem, ex patriis finibus efferenti pedem in exteros, *aliô* continuò *ſermone* fuit utendum; cùm *eodem* tamen uteretur utrobiq; *Sole*, Solíſque cœlô. Grave: propter ipſam diſcendi difficultatem; quâ, nonnullæ præſer-

Digitized by Google

tim linguarum, nec eæ paucæ, non dicam, pueris, ſed multò magìs, adultis, utpote ſiccioribus jam ad retinendum cerebrîs, incomprehenſibiles áccidunt, inexpugnabiléſque: cujuſmodi Germanica, Polonica, Perſarum, Japonum, Pœnorum. Ac ſanè; quis eſt hodie, qui ſe, profiteatur, abſque vanitate, vel unicum, ex integra ferè Pœnuli Plautini ſcenâ, (ſ) verſum interpretari poſſe? Plures ejus generis illic verſus ſunt. Unus ſufficit, quem nemo nunc, nec obiter quidem, aſſequitur. *Ny thalonim valôn uth ſi corathiſima conſith?* Ut cæteros, ei ſimiles linguâ, verſus prætercam. Grave pondus igitur iſtud, etiam litteratis; quos, in medio lectionis curſu, veluti voragine quadam, aut foſſis interjectîs, hauriri neceſſe ſit: aut, interſiſtere. Graviſſimum inſuper, plebejis, indoctíſque; quoties eos, peregrinas inter, aut tranſmarinas, gentes (ut ſæpe fit) cum extrema quapiam, aut corporis, aut animi, neceſſitate conflictari, contigerit. Quo diſcriminis articulo, nec æger corpore, remedium idoneum; nec afflictus mente, vitiíſque preſſus, allevamentum ſalutare, pro neceſſitate, poſcet: &, ſi popoſcerit, non audietur; ac, ſi penetrârit aures, non penetrabit intelligentem ſenſum. Depoſitus ergo jacebit, & con-

conclamatus. Quid igitur eſt? His omnibus, quæque proferri ſine numero poſſent, incommodis atque damnis aliis, ſuperſederi poterat; ſi *Linguarum* quiêſſet *multitudo*: compendioſiùs autem; ſi quieviſſet *Ira Dei*, quam hominum audax *ſuperbia* per ſuum ſcelus, evocavit in ultionem.

VII. Ex illo temporis igitur, ac rerum, puncto (quò revertamur in viam), ſolis pæne *Nemrodianis* remanentibus, ac, ſiquos præterea tunc, & poſtea, potuit ad ſe pertrahere, vir, eloquio, terroréque potens: cæteri, quo ſua quemque mens, caſus, ac Deus, impulêre; diverſiſſimas in terras inſuláſque dilapſi ſunt. Sic, *tribus* à *Noachi* filiis, ac *ſeptuaginta duobus*, indè prognatis, *ducibus*, ducúmque familiis: terrarum, ad Orientem Cadentémque Solem, &, quà polus uterque cœlum convolvit, impletus Orbis eſt. At inconſummata, pendentibus cœptis turribus, ac machinis, ſtetit urbs, & urbis arx illa, monſtroſa *Turris*. Quare, meritò *Babelis*, ab eo tempore, nomen útraque ſortitæ ſunt; quæ vox, *Confuſionem*, Hebræâ ſignificatione, præſefert; ex eo, qui Linguas *diſturbavit permiſcuítque*, ſucceſſu. Græci deinde Romaníque, *Babylona* nominârunt. In ea *Nemrodus* poſtea, convaleſcente magìs ac

Ruina Turris Babylonicæ.

magìs per propaginem populô, clientelíſque; *regnum*, quà voluntate ſpontéque ſubjectorum, quà viribus & armis, inſtituit: adjectis ſubinde pluribus quoque dominationis arcibus. In quibus, *Arácha* præ cæteris, & *Acháda*, *Chalannáque*, nunc *nomina* duntaxat, olim *urbes*, in Chaldæa, celebres, ſacris à faſtis memorantur. (*t*) Quas ille, pluréſque, ſibi ſuſcitavit; implevítque, non aliis artibus opibúſque, quàm, quibus *Babélem* primùm exorſus erat, & imperiô complexus. Formidabilî namque, nullíſque facilè declinandâ, potentiâ, ſic, ſub jugum ac ſervitutem homines, *tanquam in retia feras*, compellebat: non impediente Tyrannidem illam Deo, quem paullatim illi mortales, ſub duce profano, per ſacrilegos cultus, ejuratum ibant; & ideò merebantur, impietatis ſuæ dare pœnas; ac premi. Primáque confeſſio fuit, in cervices acceptæ ſervitutis: quòd, qui *Nemrodus* fuerat antehac, eum poſtea *BELVM*, vel juſſi, vel ſuâ voluntate, per aſſentationem dicerent. *Belus* enim, ſeu *Beel*, linguâ noſtrâ, DOMINUS eſt (*u*): quem, quiſquis agnoſcit in alio ſibi, vix audet in ſe ipſo ſervitium diffiteri. Quæ verò de *Nemrodicæ* dominationis exordiis diximus, per violentiam cœptis, ac propagatis: ea lucem dare poſſunt

ſunt

ſunt illi *Geneſeos* obſcuriori pronuntiato; quo *Nemrodus*, *Robuſtus venator coram Domino*, celebratus fertur. Is eſt, utì Juris Pontificii nobis oraculum exponit (*x*); *hominum oppreſſor, ac, ſiquis obſiſteret, extinctor: quos etiam* (inquit ulteriùs) *ad Turrim ædificandam allexit*. Hic, ſeu *Nemrodus*, ſeu mavis, *Belus*, imperium tenuit ad annos uſque *ſexaginta quinque*: re nullâ, quàm importunitate dominandi, memorabilior. (*y*) *Belum* autem filius excepit, *Ninus*: qui genitorem, vitâ functum, per exſecrabilem ſuperſtitionem, in illo, de quo dictum eſt, ipſo, *Turris Babylonicæ* templo, conſecravit; & eum, quem mors dudum ac Tartarus habebant, in impio ſimulacro *DEVM* eſſe, Divúmque, juſſit: adoraríque tanquam præſens adhuc vivúmque numen, ab Orientis univerſi populis, coëgit. Hoc Ninus *Idololatriæ* principium ſtabilivit; ſicut *Nemrodus* pater, *tyrannidis*. Quæ duo mala, tunc primùm propalam in orbem invecta, magnas cœlo terríſque turbas ſuſcitârunt; cùm, per eorum alterum, mortalibus libertas; per alterum, immortalibus ſuus honor, eriperetur; in indigniſſimos translatus. Cujus tamen utriuſque nequitiæ, ſuo, quo potuit, modô, *Turris illa* ſuperba, ſeſe miniſtram præbuit, &in-

Ruina Turris Babylonicæ.

Digitized by Google

& inſtrumentum. Id quod ex iis, quæ retulimus, ſatis elucet.

VIII. Ejus autem *Turris*, quæ tandem facta fuerint, aut quíſnam exitus; operæ fuerit quæſtus, & compendium, hôc locô ſuperioribus adjeciſſe. *Fundamenta montium conturbata* commotáque *ſunt*, in quos DEUS diſtrinxit iræ ſuæ tela. (Z) Retecta terrarum intima penetralia ſunt; *increpante Numine, per Spiritum furoris ſui* (*Aa*): quod poſtea divinus pſaltes cecinit. Et nos de *Turris* illius (quin, & *urbis*) DEO tam inviſæ, Ruinis dubitabimus? Quanquam igitur Ruina ſatis Illustris videri prudentibus, eſſéque, debuit, tanta, quantam terris ac rebus mortalium intulit, ſtrages: confuſione vocum, & mentium, ac ſtudiorum, & voluntatum, ac negotiorum; uti dictum eſt. Quanquam item Prolapsus haud parùm ſonorus fuit; quòd, à quo tempore diviſi primi conditores illius ſunt: altitudinis ſuæ cœptæ nec palmum ultrà nacta ſit; adeóque ſatìs ceciderit illa moles, cujus promovendæ conatus omnis, in ævum omne, corruerat: Super has tamen, alias etiam ſubiit, neque ſimplices, Ruinas. Cùm enim *poni cœpta* ſit, ſub annum, à mundo condito, *milleſimum nongenteſimum nonum*; deinde verò, *viceſimo*

fere

Ruina Turris Babylonicæ.

ferè *poſt*, ac *ſecundo*, diſceſſu ſtruentium, deſtituta, vix, poſt annum denique centeſimum, reſumpta retrectatáque ſit: multum, neceſſe fuit, eam, interea temporis, cepiſſe damnorum, ac detrimenti; tempeſtatum inſultibus. Sed, poſteaquam rerum, tam vivo, quàm extincto, maritô, *Semiramis* eſt potita; mulier, ædificationum & gloriæ cupida: tum demum *urbs* in immenſum amplificari: *Turris* autem, urbis umbilicus, non quidem aſſurgere; diſtendi tamen, adjectis ad firmitatem molitionibus novîs, exornaríque, cœpit. Tunc & *templum* illud, cujus olim inchoata ſpatia fuerant, areáque deſcripta, *Nemrodi* memoriæ tumulóque circumpoſitum: & BELEUM fuit, eo planè more, nuncupatum; quô, ſequentibus poſtea ſæculis, illud *Carum regis* ſepulcrum, Artemiſiæ conjugis Opus, MAUSOLEUM eſt appellatum. Sed, DEO nec ahenei muri, nec *ææreæ portæ* (cujusmodi *Beléum* illud habuit, nec adamantinæ munitiones, obſiſtunt: quoties in deſtinato vindictam habet. Stetit igitur & iſta quidem *Turris*, utcunque (ſiqua ſcriptoribus antiquis fides eſt), ad *Herodoti*, civis Halicarnaſséi (quis crederet?) ætatem: hoc eſt, *annis mille, ſexcentis, ſexaginta tribus*. Eámque ſe ſpectâſſe, priſcus hic auctor, in hiſtoria ſua

Ruina Turris Babylonicæ.

Digitized by Google

Græca, teſtatur. (*bb*) Verùm, eandem ipſam, ventorum deinceps ac turbinum violentiâ, dejectam altitudine ſuâ fuiſſe; Divus Epiphanius, Cypriorum Epiſcopus, & Abydenus, Eupolemúſque, ſcriptores veteres, apud Euſebium (*cc*) auctores ſunt. Acceſſerunt illi labi, proceſſu temporum, *eluviones* Tigris, & Euphratis, amnium: hoſtiles item concuſſiones: &, ut audire me legeréque memini, cœleſtes iræ, tam frequentes: ut, *anno* circiter, poſt natum Chriſtum, *quadringenteſimo*, præter muros jam reſtaret nihil; & eos quidem ipſos, quamplurimùm dirutos, ac convulſos: in quibus tunc cubilia tenebant erinacii. Circùm muros autem, uligines paludoſæ; quas eluvionum crebrarum voragines ſenſim induxerant. Quorum omnium, etiam *Hieronym. Stridonenſis* locuples teſtis eſt, ſuis, in Iſaiam, commentariis. (*dd*) At verò, longè poſt ætatem Hieronymi, cùm in ea loca *Benjaminus* veniſſet Judæus, *Jonæ* filius, anno reparatæ ſalutis milleſimo, centeſimo, ſeptuageſimo tertio; qui ſuæ profectionis *Hodæporicon* reliquit ſcriptum, quod hodiéque ſuperſtes eſt: oculatâ fide prodidit, etiam murorum ac parietinarum reliquias ſic ad imum, ab ſummis, vi fulminum, proſtratas ſe reperiſſe; nihil ut veteris magnificentiæ, ne ſimula-

Ruina Turris Babylonicæ.

mulacrum quidem, aut umbram, præ ſe ferret. Uſqueadeo *Cælum* exarſerat, in, æmulam ſui, *terreſtrem* illam altitudinem. Denique, cùm & patrum noſtrorum memoriâ, *Vindelici* quidam *cives* (*ee*) in Orientem iter ſuſcepiſſent, mercium potiſſimùm, & exterorum germinum luſtrandorum, ſtudiô: poſt multos Syriæ Chaldææque circuitus, tandem & in *Babylonis* erutæ *campum* inciderunt; eum ipſum, qui divinis libris *Sennaar* nominatur. De quo quid eorum nonnemo, ſtylo quidem *Alemannico*, ſed apto, prodiderit (*ff*) ex oculorum ſuorum experimentis: haud erit incongruum, nec extra propoſitum, in ſermonem *Latinum* transportari. TRACTUS, (inquit) *univerſus ille, vaſtus eſt, ac ſqualidus: &, propter ariditatem ſoli, culturæ prorſus impatiens. ſolitudine plantarum germinúmque cunctorum tantâ, multùm ut animi pependiſſem; Ibíne locorum, illa potens, & inclyta, totius propemodum orbis urbium aliquando princeps, urbs* (Babylon) *ſita fuiſſet; in amœna cumprimis ac fertili* Sinneáris *regione: niſi me duxiſſent in conjecturam illius, & locorum ipſa poſitura, monimentorum veterum deſcriptioni conſentiens; & antiquitatis illæ, celeberrimarum quondam, nunc autem penitùs obſoletarum, conſtructionum*

Ruina Turris Babylonicæ.

num reliquiæ: jacentes ac neglectæ. Cujus vaſtitatis exempla complura; præ cæteris autem, Pontis erant illius lapidei rudera: qui Pons deletus, in paucis etiamnum fragmentis, ac ſaxeorum fornicum oſtentis ſemirutis, ſe, fuiſſe quondam, demonſtrat. quandoquidem illô loco, qui paullò ſupra ripæ ſtationem illam jacet, quâ nos primùm exſcenderamus; Euphrate juncto, pedibus flumen transmittebatur. Ejus brachii, quod Euphrates illàc tranſituris præbebat, Baruchus quoque, Jeremiæ ſcriba meminit, Sudæ ſub nomine; vaticiniorum ſuorum primo capite. Sunt autem hi fornices lapide coctili: laterum compage tam ſolidâ valentíque connexi; mirandum ut magnopere ſit, eóque magìs: quòd, Euphratis univerſo tractu, quem navigiô pervaſeramus, à Byro præſertim (quo loco multò minor incedit amnis) extra pontem hunc unicum; pons alius nullus occurrat. Qui, quibúſnam machinis, aut opibus, imponi flumini potuerit; illic vel maximè, tum profundô, tum ſpatiosô (quippe, dimidiati ferè milliaris): id verò ſtupore dignum fuerit. Pontem porrò, cumuli bituminis Babylonici grandes, ac ſparſim, adjacent; navibus (ut ferebant) picandis. Cumulos illos bituminis, quibusdam in locis, adeò jacendi diuturnitas ſolidârat; ut, marmoris mo-

re,

Ruina Turris Babylonicæ.

Digitized by Google

re, nullo pedibus adhærente glutine, percurri vulgò ſoleant à viatoribus. Alibi contrà, recèns advectus liquor, tam molles in acervos coierat; ut, etiam poſt dierum aliquot moram, quâ deſederant, tamen ſuperincedentium veſtigia, viſcoſis colliculis impreſſa, non difficulter, ad unum, omnia numerares. Non procùl porrò Felúgô (nunc Elúgon quoque multi nominant) oppidô, quod hodie particulam occupat antiquæ Babylonis, quódque quartam ferè milliarii partem à Pontis ruderibus abſceſſit; collis jacet palatinus, in planitie mediâ: qui nunc quoque rudera ſervat, & oſtentat, veteris caſtelli; disjecta tamen penitùs, & habitatore nullo culta. Poſt hæc, à tergo caſtelli, proximus eſt, areæ locus illius, cui BABYLONICA TVRRIS inſtiterat; altitudine memorabilis: quam Noachæi poſteri, poſtquam primùm omnium hîs, à Cataclyſmo, terrîs ſibi delectîs inſeßísque, coloniam eò deduxiſſent; cœlo tenus ædificare ſunt aggreſſi. TVRRIS hujus fundamentorum, etiam hac adhuc tempeſtate, deprehenduntur veſtigia: quorum ſpatium, in ambitu, dimidiati facilè milliaris eſt. Ea tamen ipſa proſtrata, dirutáque, tantâ vaſtitate; vel, ut ſignificantiùs dicam, abolita deletáque ſunt, & oblitterata, caſibus & annîs: ut altitudinis omnem dignitatem,

Ruina Turris Babylonicæ.

tatem, ac ſpeciem, illa Turris *amiſerit. Inſe-ctis inſuper, atque venenati generis animalibus, adeò paſſim inſeſſa, ſuffoßáque, ſqualet: ut, præter* hybernum *tempus* (*idque* bimeſtre *tantummodo, quo receſſibus ſuis occuluntur angues*) *annô ſolidô, mortalium nulli pateat acceſſus, à dimidiati milliaris intervallo. Nulli quidem certè, propiùs penetranti, ceſſit unquam impunè temeritas accedendi, vel inſpectandi curioſitas. Inter virulenta porrò, principantur illic, ingenti frequentiâ, potentiſſimóque morsûs venenô,* ſtelliones *peſtiferi: genus quoddam viperarum quadrupedum;* Eglo *Perſis, & Arabibus, Chaldæíſque, dici ſuetum. Magnitudine corporis, noſtratibus* lacertis *ſuperiores;* terna *vibrant, & inſigunt,* capita: *quibus capitibus erectis, eorum ſinguli, verſicoloribus in fronte verticéque maculis ſparſi, terribiles incedunt. Aſſiduis autem vagi diſcurſibus; & collem, quem dixi, caſtellanum, & præ cæteris TVRRIM, inſuper &* fontem, *qui, collis ad radicem, in vicinia* Turris *ſcaturit, infeſtant, imbuúntque. Quo fit, ut* fontis *illius latices, qui claudis alioquin eſſe ſalutares ferebantur, non modò nihil ad ſanitatem jam conferant: ſed incolumes etiam, ſi ſitiant, abſterrere; ſi bibant, extinguere, cenſeantur.*

IX. Hic

Digitized by Google

IX. Hic igitur TURRIS eſt Babylonicæ *Lapſus*, atque finis. Quem, utinam animo ſæpius, quàm imaginibus foliíſque, voluntarent ii; qui frequenter illius effigie parietes ſuos, & aulæa, pingunt. Quid prodeſt enim, *exſpiraturam in fumos Gloriam, veſanîs ædificationibus* aucupari? Quid, crudeli clientum delaſſatione, nummorúmque ſumptuoſis impendiis, tecta *nubibus* admovere; cùm *cælum* interim, inclementiâ, vel exactionibus, amittas? O, quàm multi nunc quoque, *Nemrodi* tumidam vanitatem, ac ſtudia, ſectantur; qui *Chriſtiano* tamen nomine ſe jactant? Quot ſunt, qui, non dicam, è *Chami Belíque* progenie, ſed, *è ſordibus originis*, in *altum* provecti, pérque fas ac nefas ad ſummas opes perducti: ſi quando fortè (quod crebrò fit) liberis orbentur; omni modo pecuniam trahunt, ac vexant? cùm *inopum* interea multa millia fame, frigore, nuditate, variíſque morbis, intereant? Ipſi verò, neglectîs his, *celebrare nomen* ſuum, cum *Nemrodo*, quærunt. Hinc, omnium primò, *Nobilitatem* ambiunt, haud ſanè *belli pacíſve* meritîs; nec *eruditionis*, aut dexteritatis & *ingenii*, viâ (quâ *veriſſimam* ad *Nobilitatem* itur) ſed prece, pretio, blanditiis, aſtu, malíſque cæteris artibus. Ædificant deinde, ſimul ac eſſe ſupra plebem, *auri*

Digitized by Google

auri ſuffragiô, juſſi ſunt; domos ac villas: moliuntur arces, ac palatia; trahunt in ſe vicinorum prædia; nectunt agrum agro, campo campum: hortos, vineas, ſylvas, pagos, *toparchias*, commercantur. Parùm eſt hoc. Supellectilem omnem argento, veſtes auro, corpus gemmîs, adornant. Tum, auro fulgentia, ſua *nomina*, domibus, arcibus, turribus, affigunt: quódque *piis* omnibus, & in iis, *Bernardo* Clarævallenſi, meritò viſum intolerabilius eſt; etiam equorum mularúmque phaleris, quadrigarum pellibus & umbilicis, canúmque ſuorum numellis, pretioſioris metalli litterîs ductos titulos, & inſignia, ſuſpendunt. Et quam, obſecro, quàm memorandam, ob cauſſam? *Nemrodicam*, ajunt; *Ut Celebremus & ipſi nomen noſtrum: antequam dividamur*, morientes à vivis, maritus ab uxore, corpus ab anima. Sed, profectò, quantò fuiſſet ſatiùs, ſi *ſtruendum* omnino fuit; exſtruxiſſe diverſoria peregrinis, valetudinaria languentibus, templa Deo, ſibique *ſanctorum operum* in cœlo *gazophylacium*? Nunc, ut veriſſimè Salomon exclamavit; in his, quas agunt, nugis, *Vanitas* eſt *vanitatum*, *& Omnia Vanitas*! Et inter ambitioſas has curas, inſanáſque *ſtrues* ac *ſubſtructiones*, quid tandem fiet? *Iſti* (clamat, ore Malachiæ, Deus) *ædificabunt: & ego de-*

Ruina Turris Babylonicæ.

deſtruam (*gg*). Nec id ullâ cum difficultate Numen conficiet: quippe, cujus (divino Paulo monente nos) *arma, potentia ſunt, ad deſtructionem munitionum, & ad omnem ſubvertendam altitudinem, quæ ſe conatur adversùs DEUM extollere.* (*hh*) Sit exemplo, ſit ludibrio vobis, ô mortales, BABYLONICA TURRIS iſta! Quæ, Quid, oro, *fuit?* Hoc, quod nunc *Eſt*: adeóque, NIHIL. Nam, Si, doctiſſimis etiam viris adſtipulantibus, *ALIQVID Apparere nuſquam, & non eſſe, paria ſunt*: cenſeantur & in hac *Turri* paris fati; Jam *Apparere nuſquam*, & *nunquam Fuiſſe*. (*ii*)

AUCTORES.

(A) *S. Epiphanius, initio Panarii. qui verticem montis illius* Ararat (*ſicut in Hebræo Græcóque appellatur*) Lubac *nominat.* (b) *S. Hieronymus, & Joſephus libro 1. Antiquitatum, capite 1.* (c) *Geneſeos 11. v. 2.* (d) *Non* Turrim *tantùm ab eis, ſed &* Civitatem, *exſtructam eſſe; ſignatè S. Scriptura meminit, Geneſ. 11. v. 4. & 5. & 8. Et illa fuit urbis* Babylonis *rudis, ac prima, velut Infantia: poſtmodum à Semiramide perducta, tanquam in ætatem perfectam.* (e) *Sic Abydenus, de* Turris *illius Altitudi-*

Digitized by Google

tudine prodidit, in hiſtoria Medorum & Aſſyriorum. (f) *Hanc cauſſam ædificationis probabilem credidit, aliíſque nonnullis perſuaſit, Flavius Joſephus, Antiquitatum lib. 1. cap. 4.* (g) *Ità magnâ ratione, cum aliis quibuſdam, conjectat, Jacobus Salianus, Annalium Eccleſiaſticorum, tom. 1. in ann. mund. 1909. num. 5. Docuítque eventus.* (h) *Vide Plinium, hiſtor. natural. libro 35. cap. 15.* (i) *Exod. cap. 1. v. 11.* (k) *Vide Matthæum Raderum, in libr. Spectaculorum Martialis, commentatione in Epigram. 1.* (kk) *Jacob. Salian. in anno Mundi 1931. num. 7. ubi;* Linguis, *ait*, opus futurum fuiſſe 500000: ſi Singuli operariorum illorum Turris, diſtincto ſermone fuiſſent prædici. (l) *Herodotus, libro 1.* (m) *S. Hieronymus, in cap. Iſaiæ 14. verſ. 22.* (n) *Herodotus, l. cit.* (o) Emmanuel Theſaurus, *in* Inſcriptionibus Genealogicis, *verb.* Nemroth. (p) *Horatius Flaccus, lib. 1. Carminum, odâ 3.* (q) *Geneſ. 11. verſ. 7.* Venite, Deſcendamus, & Confundamus *ibi linguam eorum. Quæ omnia verba ſunt πληθυντικά, ſeu*, Pluralia. (r) *Joann. Cluverus, & Horatius Turſellinus, in ſuis Hiſtoriarum Epitomis: & Jacobus Salianus, in Annal. Eccleſ. tom. 1. ex Euſebii Chronico, S. Auguſtino, Epiphanio, aliiſque compluribus;* quos

Digitized by Google

quos Salianus citat. num. 10. in ann. mundi. 1931. (ſ) *Accius Plautus, Pœnuli Act. 5. ſcen. 1.* (t) *Geneſ. 10. verſ. 10.* (u) *Joannes Cluverus, Epitomês Hiſtoriarum totius mundi libro 2. §.* de regni Aſſyriorum primordiis. (x) *Decreti 1. part. diſtinct. 6. cap. 3.* (y) Nihil memoriâ dignum geſſiſſe *dicit* (*miôsi fortaſſis* ὑπερβολικωτέρα) *Turſellinus, in Epitom. hiſt. lib. 1. titulo* Nembrothus (*ſic enim ipſe, cum aliis quibuſdam auctoribus, ſcribit, non,* Nemrodum). *De annis autem Imperii, idem Turſellinus, & Salianus, anno mund. 1996. cum pluribus, & Summis quidem auctoribus, concordant.* (z) *Pſalm. 17. verſ. 8.* (Aa) *Ibid. Pſalmi verſu 16.* (bb) *Herodotus, libro 1. hiſtor.* (cc) *Vide Salianum, in anno mundi 1931. num. 11. citantem auctorum illorum loca.* (dd) *In cap. 14. verſ. 22.* (ee) *Fridericus Renzius; & Leonardus Rauchvvolfius, Medicinæ Doctor,* Auguſtâ Vindelicorum *in Aſſyriam profecti. Quorum poſterior, iter omne, tribus Partibus deſcripſit.* (ff) *De Turri, Rauchvvolfius, Parte 2. cap. 7.* (gg) *Malachiæ, cap. 1. verſ. 4.* (hh) *S. Paulus, 2. ad Corinth. cap. 10. v. 4.* (ii) De non Apparentibus, & non Exiſtentibus, idem eſt Judicium. *ff. de contrahen. empt. l. in lege. Sicut & in ſimili*

Ruina Turris Babylonicæ.

mili ferè; Non eſſe aliquid, & non poſſe Fieri, paria ſunt. *l. multa. in princ. ff. de condit. & demon. l. naturalem. in princ. ff. de acquir. re. dom. l. Gallus, &c.*

In Nemrodo *porrò, eundem faciendo cum* Belo, *tametſi, cum ſuis quibuſdam diſſentiat Cluvierus Sectarius,* (*qui* Aſſurem, *Semô genitum, non* Nemrodum, *Chuſi filium, facit* Belum, *& Babylonis primum regem; argumento tenui*) *ſecutus ſum Horatium Turſellinum: qui ait;* Eundem fortaſſis fuiſſe Belum, quem ipſe Nemrodum appellat. *Magìs autem,* Joannem de Buſſieres, *in* Floſculis hiſtoriarum delibatis, *Edit. 2. Lugduni anno 1651. Part. 1. c. 2. qui & in hoc, & in pleriſque cæteris, de* Nemrodo *narratis, expreſſè conſentit. Omnium autem maximè, Jacobum Salianum hujus ſententiæ meæ auctorem habui: qui, Eundem eſſe* Belum *cum* Nemrodo, *Syllogiſmo clarô, cujus nervus è S. Scriptura petitus eſt, oſtendit. Denique, cùm hæc jam ſcripſiſſem; in manus venit* Edvvardus Simſon, Cantabrigienſis, *Anglus. Is in Chronico ſuo, quod anno præterito 1652. Oxoniæ excuſum eſt, in annum Mundi 2786. in eandem prorſus ſententiam, cum Saliano & ſequacibus ejus, tranſit: auctoribus eam firmans.*

Ruina Turris Babylonicæ.

RUINA VI.

Quæ fuit,

ZOROASTRIS, BACTRORUM. REGIS.

BREVIARIUM CAPITUM.

I. *Zoroaſtris nomen, unde videatur deductum, aut, cujatis ſit linguæ; diverſorum ponitur opinio. Plures quoque fuiſſe ejus nominis Viros, eóſque magos; oſtenditur. De primo tamen ſolo, ſequentis inſtituetur* Ruinæ *narratio.*

II. *Zoroaſtres, Nemrodi pæne æqualis, ſeu coævus ei, fuit. Non tamen eum è Chamo fuiſſe, ſed Semô potiùs, oriundum, rationibus bonis evincitur: contrariis, eádem operâ, refutatîs. Cur autem Chaldæus, & Perſomédes, ac Medus, ac deniq; Bactrianus, ſit appellatus; cùm revera patriâ eſſet Armenius: afferuntur compendiô cauſſæ; negatúrque, idem fuiſſe, cum* Meſraimo.

III. *Zoroaſtris ortus, duobus admirandis notatus. Primis adoleſcentiæ Juventutíſque annis, creditur Zoroaſtres Meſraimi quoq; commerciô uſus; & afflatus, in pravum. Magiam*

Digitized by Google

ſubinde, vetitáſque artes hauſit è diſciplina Agonazis. Poſt quæ profectus in Perſidem: & in montibus ſolitarius; prima concepit Idololatriæ meditamenta, ex occaſione ſtellarum contemplandarum. Ex iis Solem, & adorare cæpit ipſe; & Perſis adorandum publicè, ſicut & Ignem, proponere. Quæ Superſtitio latiùs deinde ſerpſit: & aucta Idololatria *Diîs eſt.*

IV. *Nam à Zoroaſtre,* Tres *excogitati DI; Mitren habuêre, velut ſui principem. Ejus cultus vigebat, in Spelunca; cujus varius erat apparatus, & ornatus. Quid autem eo ſignificaretur; exponitur. Simulacrum* Mitræ *deſcribitur: & explicatur. Ejuſdem cultus, in alias quoque gentes propagatus: cùm interim tamen, apud Perſas maximè, & eorum Reges, floreret; Zoroaſtris inſtitutô.*

V. *Is idem, in artibus* magicis *plurimùm ſe exercens, ſuper iisdem etiam volumina multa vulgavit; immixta libris, qui* naturalia *quoq; docebant. Eorum voluminum quædam enumerantur: eorúmque, quæ præ cæteris noxia fuerunt, cum deteſtatione, tituli & inſcriptiones, ponuntur: &, quid in iis doceatur, attingitur. Fabula, de XIV. Zoroaſtris* Columnis, *irridetur: & Zoroaſtris magici quidam ritus, taxantur.*

VI. *Is, magicîs, tam ſcriptis, quàm exercitamentis,*

Ruina Zoroaſtris.

Digitized by Google

tamentis, perfecit tandem; ut Magorum primus, *ac princeps, meritò ferretur. Idem,* Perſicis *deinde* Magis, *& originem dedit, & auctoritatem conciliavit. Cujus inſtituti exemplô, deinceps omnes Mundi partes impletæ ſunt magîs, ariolis, & veneficis: quarum mundi partium potiſſimæ nominantur. Zoroaſtris autem imitatorum impiæ erant victimæ. Sectatores quoque ejusdem,* hæretici *quidam; è Zoroaſtris libris fœdiſſimè agebant, & crudeliſſimè ſacrificabant.*

VII. *Zoroaſtres, diſcipulorum, & artis ſuæ admiratorum, multitudine ſenſim circumfluens; è Perſide, movet in Bactrianam: ibíque, ſtructâ ſibi ſede, Regnum occupat; quod, ſicut & vitam, multos in annos, extendit: Deo tamen daturus tandem pœnas.*

VIII. *Namque Zoroaſtri Deus ſenſim hoſtem ſuſcitat;* Nini *regis ſuccreſcentem potentiam. Is Ninus, Nemrodo patre vivis exemptô; latè Babylonis regnum extendit: Aſſyriâ, cæteríſque quibuſdam terris, ſibi ſubjunctis; & urbibus novis conditis, veteribúſve amplificatîs. In earum numero,* Ninive *fuit. Bella paſſim, anníſque multìs, circumfert. Patrem ſuum Nemrodum, ſub Beli nomine, Deorum in cenſum refert.*

IX. *Ninus animum denuò adjicit bello Bactria-*

Ruina Zoroaſtris.

Digitized by Google

ctriano: cujus tamen belli difficultates ingentes oſtenduntur, ex deſcriptione accuratâ ſitûs, fluminum, montium, & arenoſi ſoli, regionis illius. Additur, de barbarie gentis illius, in parentes ſenes: déque mulierum improbitate, luxu, dominatu.

X. *Nini ingens, & numeroſus, in Bactrianam ductus, exercitus. Copiarum quoque Zoroaſtris* multitudo. *Fortuna belli, primò varia; tandem Nino ſe totam adjungit: fruſtra Zoroaſtre,* magicis *etiam artibus, ſibi conſulere nitente. Is in regiam tandem urbem trepidus réfugit. Circumſidetur à Nino: ſed aliquamdiu, nullo ſucceſſu; donec, arte audaciáque Semiramidis, in poteſtatem Nini Bactra rediguntur: urbsq́; capitur.*

XI. *Arce porrò etiam occupatâ; Zoroaſtres, poſt fortiſſimam pugnam, cadit: ac pro cæſo, mortuóque, etiam in libros nônnullorum, refertur. Id, cujusmodi fuerit; diſcutitur. Ninus, ac Nini miles, omnia Zoroaſtris diripiunt: Libros quoque illius Magicos, repertos, Vulcano conſecrant: meritô quidem ipſarum artium pravarum; ſed Nini interim futili metu; nec profuturo.*

XII. *Poſt aliquantum verò temporis, qui extinctus credebatur, Zoroaſtres, vivus reperitur:*

tur: injectíſque vinculis, ab Nino rege, in Aſſyrios reditum adornante, abducitur; reliquâ cum prædâ. Negligit, eum morte afficere, Ninus; ſed triumpho reſervat. Eum interim, etiam illo in itinere, depravare mortales non deſiſtentem; ex utilitate publica erat, ad pœnam rapi: ſaltem ab Judice & ultore Deo: quò multi abſterrerentur ab ejus imitatione. Quare, ad extremum, in via fulminatur.

XIII. Poſt hujus mortem, aſtutè Zoroaſtris ſectatores ſparſerunt: eum, hôc ipſo interitûs genere ſe periturum, providiſſe: & à DIS optâſſe, & aliquando prædixiſſe ſuis. Qua de re, quid ſentiendum ſit; obiter diſpicitur. Zoroaſtris reprehenditur exſecranda ambitio; quâ Reliquias, & cinerem, corporis ſui, mandavit, religiosè accuratéque aſſervari. Eum interim, Infernis addictum ſuppliciis, & eorum in vivis habuiſſe notitiam; dubium non eſt: &, cur Orionoblétus ſit à morte dictus; explicatur.

XIV. Mendaciis ſectatorum Zoroaſtris omiſſis, & explosîs; nec dubitandum eſt, nec adeò mirandum: eum Fulmine fuiſſe extinctum. Confirmatur hujus rei fides, exemplis etiam aliorum; qui, magica quoquo modo tractantes, de cœlo ſunt tacti: cùm præſertim & Libris ejus artis eſſent addicti. Ejuſmodi codicum lectio

Ruina Zoroaſtris.

Digitized by Google

proinde, velis ac remis, fugienda; conſideratis multorum, ex ea ſubſecutis, naufragiis. Laude digna, Scientia; ſed rei bonæ: *Curioſitas, è contrario, proſcribenda.*

XV. *Fulminantis cœli vindex furor, proſequitur nonnunquam etiam vitâ jam functos; qui magicis fuerant occupati. Cujus exemplum adponitur: &, quantis Diris, naturalia, Divina, Canonica, Civiliáque jura, meritò proſequantur eos, qui magica ſectantur, aut tractant; per congeriem adnectitur. Mors denique Zoroaſtris, in quotum mundi annum inciderit; adnotatur.*

RUINA
ZOROASTRIS,
BACTRORVM
REGIS.

I.

ZOROASTRIS (*a*) nomen, ſunt, qui deduxerint à *Siderum cultu* (b). Quod haud admodum improbandum rear; ſi præſertim illa, quibus *Aſtra* coluit, ſacrificia, teméro perfecta fuerint: quod vox Græca, ζωρός, (*c*) ſignifi-

Digitized by Google

gnificat. Certè, minùs eorum arridet opinio, quibus (*d*) ZOROASTRES à morte demum, ab eventu, quem exſequemur, dictus ab aſſeclis ſuis, quaſi VIVENS STELLA vel ASTRUM, cenſetur, repugnante planè vocabuli ſecundâ litterâ. Cujus interpoſitu fit: ut, ſi prima, quam attulimus, notio repellatur; *barbaricam* potiùs, ac ſolo natali congruam, dictionem, quàm omnino Græcam, exiſtimemus. Quare Joſephus quoque SCALIGER, apud Edvvardum Simſonem, agnoſcit; vocem eſſe *Perſicam*: & *ἀςροθύτην*, hoc eſt, Aſtrorum Sacrificum, ſignificare. Sed is hoc, ut alia ſæpe multa, divinat. Fuiſſe verò ZOROASTRES duos, Gentianus Hervetus, Aurelianenſis (*e*) tradit: ac, poſt hunc, Joannes Cluverus, in *hiſtoriarum Epitoma* ſua; (*f*) ſecutus, ut ipſe putat, Suidæ veſtigia. Qui tamen Suidas fortaſſe non negaret; unum eundémque, quem ipſe primo loco memorat, & quem ſecundo, credi meritò poſſe. Quid enim obſtat, quò minùs & *Aſtronomus* quiſpiam, &, *aſtronomis ſapientiâ ſuperior*, ac *Magus* ſimùl; &, præter hæc omnia, *ſub Aſſyriorum rege Nino*, fuerit? Sed id quidquid eſt; *Lumen* tantùm & *claritatem* hiſtoriæ tollit, niſi tenebræ pellantur: *rem*, ac *veritatem* ipſam, non tollit. Nam ego quidem,

dem, non *Duos* tantummodo floruiſſe Zoroaſtres, ſed *multò plures*, exiſtimo. Nec tamen in unum cuncta falsò congeſta facta crediderim, quæ plurium fuerint; ſed, ſuum cujusque geſtorum, inventorúmque, diſcrimen, inviolatum adhuc utcunque, reor, aſſignari poſſe. Quod idem & multis contigit aliis; idem nomen, nec eandem tamen vitæ doctrinæque rationem, ſortitis: ut puta, Gregoriis, Euſebiis, Cyprianis; aut, Herodis, Pharaonis, ac Ptolemæorum, appellationem ſortitis. Quos omnes, ac ſingulos, nemo, niſi penitùs imperitus, in hiſtoria ſic permiſcuerit; ut, quod dixiſſet, egiſſétve, *Gregorius* unus, idem etiam egiſſent ac dixiſſent omnes: aut, quod è diverſo ſinguli patrâſſent, in unum omnia *Gregorium* convenirent. Idem igitur & de *Zoroaſtre* judicium eſto: cujus appellationem unam, perſonam non unam, concedamus; ne ſuam Scriptoribus fidem, & ætatibus alumnos, ereptum eamus. Sanè quidem, his jam ſcriptis, animadverti; Delrio quoque videri *Suidam* cum Secundo Zoroaſtre confudiſſe Primum. Emineat igitur, inter ZOROASTRES complures, ſic unus, veteribus è monumentis hominum eruditorum; ut, cæterorum, ei cognominum, nec omnia concurrant in illum, nec nihil:

nihil: ſed, in quæ potior doctiórque pars auctorum conſonat; ea, veritatis lege, Zoroaſtri præcipuo tribuantur.

Primus ergo nominis hujus (*g*) ille ſit, quem Arnobius, ac Martinus Delrius, *Chaldæum* appellant: aut, à Chaldaicis, utì dicam, artibus arcanis; aut, quòd è Chaldæa, Nemrodo coævus, profectus ſit; in aliis Orientis regnis ſedem quæſiturus. Hunc eundem ego *Bactrianum* fuiſſe, licèt diſſentiente fortaſſis uno, de viris doctis; inferiùs demonſtrabo: non à patria tamen, ſed ab regno, nuncupatione *Bactriani* petitâ. Secundum, genere *Pamphylium* faciunt (*h*): aliter, *Herum Armenium* dictum; aut, ut ipſe de ſe *Zoroaſtres* ille ſcripſit, *Heri filium*: ac fortaſſis eodem (quod frequenter fit) cum patre ſuo, nomine gaudentem. Ut adeò vir unus idémque, ſimùl *Herus-Armenius* Zoroastres, ortu *Pamphylius*, diceretur. Tertium, & ipſum ponunt *Armenium*; non *Heri* tamen, ſed *Hoſthánis*, filium. (*i*) Quartum, ex Suida, diſtinguunt; dum *Perſo-médum* adducunt: qui mihi tamen, ut in loco dicam, à primo Zoroastre, nihil videtur diſcrepare: ne Suidâ quidem repugnaturô. Quintum autem Plinius nobis ſuppeditat (*k*), ex inſula Propontidis oriundum,

câ; quam, è *Sporadibus* illius maris, ſolam habitabilem, *Proconnéſum* (*l*) appellant: quaſi Roris *Inſulam*, ſive Roscidam, dicas. (*m*) Hæc, ſupra Cyzicum, ad ſeptentriones, eſt ſita. Sextum denique Zoroastrem ſiqui velint effingere (*quid enim, antiquitatis fiduciâ, non excogîtamus?*) illum, oportet, conſtituant; qui (quod Eudoxo, quin & ipſi viſum eſt Ariſtoteli) (*n*), *ſex millibus annorum* Platonis philoſophi mortem anteceſſit. *Tunc* igitur fuiſſe *Zoroaſtren* illum, neceſſariò dicunt: *quo tempore, neque tempus fuit* ullum adhuc, neque rerum conditarum aliqua: cùm, à Platonis exceſſu, ſi retrò numeres, ad primam mundi conſtitutionem, anni plures, *tribus millibus, ſeptingentis, ac ſex*, (*o*) non reperiantur. Sed de pluribus ejuſdem nominis, five *philoſophis*, ſive *magis*, iſta ſint hactenus præmonita. Namque, verè *Magos*, eosdémque *nefarios*, fuiſſe Zoroastras omnes, quos nominavit ipſe diſtinxítque; Delrius (*p*) haud abſurdè pronuntiat. Cæterùm ex horum omni numero, non alium, niſi, quem loco primo nominavimus, impræſentiarum exſequemur: utpote, cujus & ortûs, ac vitæ, ratio, præ reliquis omnibus fuerit admirabilis: & Ruina tandem, apud vetuſtatis ſcriptores,

cele-

Ruina Zoroaſtris.

Digitized by Google

celebratior. Ejus igitur in hunc ſe modum habet hiſtoria.

II. ZOROASTRES hic, bonis ac doctis auctoribus (*q*), eodem, quo *Nemrodus*, ævo fuit in vivis. Quod ſi verum eſt; haud ità multùm utriusque natales anni diſtiterint. Ortus eſt autem *Nemrodus* circiter annum, ab orbe condito, milleſimum, ſexcenteſimum, nonageſimum; aut, non multò, poſt eum; *Chusô* patre, qui *Chamum* habuit genitorem. Sub idem igitur ferè tempus in lucem editus ZOROASTRES, non eodem ſanè, quo *Nemrodus*, progenitore; ſicut nonnemini viſum eſt antiquorum; è noſtris (*r*): ſed è *Semi* poſterorum aliquo, ſive nepote, ſive pronepote. Cùm enim *Semo* ſoli, cum poſteris, Orientis tractus omnis, ab Euphrate flumine, trans Gangem uſque, tránsque pelagus Indicum, poſſidendus ceſſerit (*ſ*): *Chamo* contrà, Chuſóque, cum familiis eorum, Syria, tres Arabiæ, quæque jacent ad Auſtrum, Ægyptus, & omnis Africa manifeſtum eſt, ZOROASTREM, niſi *Semidárum* generis fuiſſet, in eorum regionibus non utique, ſed in *Chamidarum* potiùs terris, vitam acturum, ac ſedem, fuiſſe defixurum. At nunc, in *Armenia* quidem genitum videmus; quo tempore terras adhuc illas,

Ruina Zoroaſtris.

illas, poſt diluvium, Noachi nepotes tenuêre. Quo fortaſſis eſt factum; ut Zoroaster unus, & item alius, Armenii dicerentur: à *primi Zoroaſtris* illius cunabulis, ac natali terrâ, nominatione deductâ. Poſt emigrationem autem, ductore *Nemrodo* cœptam; ſicut in *Turri Babylonicâ* diſſeruimus: dum, per annos viginti duos, urbi turrique *Babelis* ædificandis aſſident; locum illum, alteram quodammodo ſibi patriam fecerunt; ut, *Armenii* qui fuiſſent ortu, fierent diuturnitate moræ paulatim *Chaldæi*. Quo rurſus accidit, uti *Chaldæus* quibusdam, Zoroastres, appellaretur: & quòd in *Chaldæa*, vel regionis illius viciniâ, diu feciſſet operam; & quòd inſuper (ſicut inferiùs, memorabimus (*Chaldaicarum artium* non pauca poſtea ſcripſiſſe. Quoniam autem, poſterioribus temporibus, poſtquam, tùm linguîs dividi, tum regionibus, cœpêre cuncti; diceſſit in Perſidem, è Chaldæa *Zoroaſtres* cum cæteris ſuis contribulibus: in eáque terrarum parte multîs eſt annis verſatus; mirum minimè fuit, ſi *Perſes* etiam, & à Pythagora quondam demonſtratus, & à Clemente, *compoſitore Stromatum*, ſit productus. (*t*) Nec mirandum magis illud, quod à Suida *Perſo-médus*; ab *Herveto* verò, ſimpliciter *Medus*

dus, (*u*) tradatur: quippe, qui *Perſidem diu*, ſubindéque vicinam quoque *Mediam*, incoluerit. Etenim, longævus admodum extitit. Donec ad extremum, in *Bactrianos* profectus; & illic reliquam ætatem omnem degens, *BACTRIANI* gentile *cognomen*, apud pleroſque reperit. Et id, priora *cognomina*, propter dignitatem, utì dicam, culminis, propemodum dominatu quodam, oblitteravit. Ex quibus omnibus id conficitur: cùm, tot inter, ſeu *patria* nomina, ſeu *gentilitia*, quæ Zoroastri tributa quondam ab auctoribus ſunt, nullum eorum, *Syriam* aut *Phœniten*, aut *Arabiam*; nec *Ægyptum*, *Africámve*, vel eminus ſonet: è diverſo verò, cuncta, ſicut vidimus, *Semi* terras, ac poſterorum illius, ſuis unumquodque de cauſſis, indicent: exploratum ſatis eſſe debere nobis, Eum *Semidarum* potiùs, quàm *Chami*, gentis fuiſſe. Quare, bonâ quoque, diverſa ſentientis, Scriptoris, priſci (*x*) veniâ, negamus; Zoroastrem, eundem cum Mesraimo, Chami filio, germanóque Chuſi, fuiſſe: ſatiúsque ducimus, compertâ ſemel propagine generatim, patris de reliquo neſcire nomen, quàm illud ſine ratione confingere. De genere Zoroastsris iſta ſufficiunto; déque cognominum ejus multiplici diverſitate.

Ruina Zoroaſtris.

III. Proditus autem in lucem ZOROASTRES hic, ſolus mortalium omnium, poſt hominum natum genus, non *ploratu* modò, quem recentes edunt partus, abſtinuit; ſed neque *Riſum* quidem, quem infantium cæteri vulgò perhibentur in diem ab ortu ſexageſimum ac ſecundum (*y*) differre, diſtulit. Namque *riſit ſtatim*, ut primùm effuſus eſt uterô; *paradoxum*, neſcio quem; *mortalem* ſe fore, ſignificans: & inferis geniis, ludibriô mortalitatis, gaudia præbiturum. (*z*) Ferunt, & cerebrum tunc infantis, vi tantâ, támque continenti, ſubſultâſſe, motibus extraordinariis: ut applicatam capiti manum obſtetricis repelleret. Id in præſagium futuræ *Scientiæ* nonnulli traxerunt: quam tamen utiliùs homines, cum auctore pariter, ignoraviſſent. (*aa*) Porrò *Pueritia* ZOROASTRIS, & *adoleſcentia* quales fuerint, cujusmodíque fuerit uſus educatione; propter nimiam vetuſtatem, latet: niſi, quòd, idoneo ſatìs auctore, conſtet; (*bb*) Jam tum, è Chami filiis nonneminem, cui *Meſraimo* nomen, & quem Ægyptii, Caldæi, Perſæque, *ſecretiorum artium* agnoſcunt auctorem, *magicam* ſpargere diſciplinam cœpiſſe. Pro ſumma verò compendióque *nefandæ Scientiæ*, jactabatur iſtud; *Invocationes* *eſſe*

Ruina Zoroaſtris.

eſſe quaſdam numinum certorum, & incantamenta; quibus evocati *Cacodæmones*, hominum imperata facerent. Ex quibus, execrandis ſanè, myſteriis, *tanquam è fornace quadam & officinâ malitiæ (cc), mundus univerſus impietatis eſt fumô repletus.* His igitur æqualium ſuorum commerciis atque ſtudiis infectus etiam ZOROASTRES; adhæc, & propriâ curioſioris indolis invitante pravitate ſtimulatus: ad malitiæ ſpontaneum impetum, nactus eſt etiam calcar, MALUM MAGISTRUM. *Agonazes (dd)* is fuit; quantùm apparet è barbarie nominis, ac terminatione vocis, *homo Perſa*: qui ZOROASTREM, ut auctor Hermippus eſt *(ee)*, *magorum* arcanis imbuit, & Chaldæorum inſtitutis. Ea ZOROASTRES, adultior factus, diviſiſque jam & linguis (ut dictum eſt) & ſedibus; è *Babelis* campis, in *Perſida* ſecum deportavit: ſecutus cæteram *Semidarum* multitudinem, quæ tunc Orientis in regna commigrabat. Nec abſurda fuerit conjectura; præceptorem cum unà ſecum traxiſſe: vel ab illo potiùs tractum fuiſſe diſcipulum. Quod autem ab *Agonaze* diu didicit; id diutiùs ſecum ZOROASTRES exercuit: magiſtro tandem à ſe divulſo. Tum enim, ut extra mortalem omnem conſtitueretur arbitrum; in *Perſidis* abſtruſiſſimos,

Ruina Zoroaſtris.

Digitized by Google

ſiſſimos, altiſſimóſque, ſe montes abdidit: ibique *viginti totos annos*, deſertis in locis, exegit ſolus; *caseô* tantummodo victitans, ità per artem attemperatô, vel per aëris beneficium: ut nunquam ille, vel humore vitioſo cariem, vel vetuſtate duritiem, colligeret. (*ff*) Verùm, ut *ſemper ferè DIVTVRNA SOLITVDO, magni publicíque, ſeu BONI, mediatrix, ſeu MALI, fuit: nec unquam facilè, qui Mortales omnes fugit, Immortalium familiaritates effúgit*; ZOROASTRES, qui receſſerat ab *Hominibus, malos* in *genios* incidit. Sed id quidem, per certos quosdam, ac plerisque generis ejus lucifugis ſuetos, *dæmonolatriæ* gradus, eſt factum. *Primùm* enim omnium, in altiſſimis illis Perſicarum Alpium verticibus, mundi ſpeculatus principia; diligentiſſimè ſtellarum motus obſervavit, ac diſtinxit: præ cæteris, tam fixis, quàm vagantibus, aſtris, Solem, ac Lunam, admiratus. Et hactenus quidem, *innocens* erat hæc *altiorum indagatio*. Sed (quod & aliis, poſt eum, non paucis uſuvénit) Zoroaſtres, à cœleſtium luminum attonitâ conſideratione, delapſus paulatim eſt, in eorundem, deſerto DEO conditore, venerationem: coluítque tanquam Numina (*), luces illas; quæ ſurgebant & occidebant in adoratoris miniſterium:

niſterium. Quare, ſub unum idémque tempus factus eſt, & *Aſtronomus* experientiſſimus (**), & *Idololatra* peſſimus, damnoſiſſimúsque. Non enim contentus, delirare ſecum ipſe, totáque divinorum aberrare viâ: completô demum Solitudinis ſuæ *vicennio*, traxit, eundem in errorem, Perſidis regionem omnem; & dictis ſuis, & ſcriptis, Nam certè quidem, Zoroaſtris è libris, *Comeſtor*, commentator diligens atque doctus (*gg*), *idolorum* orta fuiſſe fundamenta, tradit. quæ tamen rectiùs ego, propagata per eos, affirmârim; aut, ſi multum, tanquam in ſemine ſuo primô, nequiter inchoata. Difficulter enim auctorum torrenti, qui Ninum, in Belo patre, *primum* fuiſſe *Simulacrorum adoratorem*, notant, obſiſteretur. Quidquid id tamen eſt: Epiphanio quoque, magno, vetere, ſanctóque teſte (*hh*), receptum ſatìs eſt; Ex eo ZOROASTRIS errore dementi, *quæcunque poſtea fuerunt in Orbem invecta mala: Deorum è multitudine, fuiſſe propagata.* Pronum autem fuit; à *Stellarum* docendo *cultu*, progredi tandem & ad illius Elementi venerationem, quod *Stellis* apparebat ſimillimum. Inſtituit igitur & *Ignis* adorationem, (*ii*) apud Perſas, omnium primus: ſed accuratiore longè ſtudio, SOLIS cultum, ſub

Ruina Zoroaſtris.

MITRÆ (*kk*) nomine. Quo factum eſt, ut gentes illæ, quos *Heroas* in pace venerabantur, quaſi *Deos*; eoſdem, ne bellorum quidem in expeditionibus, in caſtra trahere prætermitterent: tanquam *victoriæ* certa, vel præſidia, vel auſpicia. Præferebatur igitur *Sacer & æternus* (ut eum Perſæ vocabant) IGNIS, argenteîs altaribus; quoties in hoſtem moverent. SOLIS autem effigies aurea, cryſtallino clauſa ſpeculô, coruſcabat. (*ll*) Hæc autem ut Perſæ, Medíque, (quos & ipſos, ceu Perſidi propinquos, inſtructos ab eo fuiſſe, propiùs fidem eſt) religioſiùs in animos demitterent: parùm habuit, librîs tantum, ac *verbis*, erudire; niſi *facto* quoque ſuo præmonſtraviſſet.

IV. Cùm igitur, tum multos quidem alios, tum verò TRES potiſſimùm, DEOS, homo ſuperſtitioſus, conſtituiſſet (*mm*); BONUM videlicet unum, quem *Oromazon* (*nn*); MALUM alterum, quem dixit *Aramánum*; tertium denique ΜΕΣΙ´ΤΗΝ hoc eſt, *Interceſſorem*: (*oo*) poſtremum hunc, omnium Principem dignitate, promulgavit. Eum, MITRÆ, ſicut diximus, titulô cohoneſtatum, *Deorum* omnium PRIMUM (*pp*), Deorum MAXIMUM, ac Regem, illi genti ſacravit (*qq*). *Deus* autem ille, SOL erat. Hujus iſte gloriam ac magni-

tudinem,

tudinem, cùm, hiſtoriæ ſuæ multis voluminibus, deſcripſiſſet (quam HISTORIAM, MITRÆ, nominavit) populis illis legendam eam, deſcribendámque, diſtribuit (*rr*). Ejus autem *Numinis* honori *Speluncam* nativam, floribus undequaque vernantem, ac fontibus ſcatentem, in templi ſimilitudinem quandam aptavit. Ea ſita fuit in montibus ac ſylvis Perſicis; Zoroaſtri quondam, propter longam habitationem, familiaribus. (*ſſ*) In antro porrò, quod is ad ſuperſtitionem eam delegerat, MUNDI quandam ſibi viſus eſt ſpeciem expreſſiſſe; rotunditate, ni fallor, antri; vel fornicis cujusdam naturali ſuſpenſione; tum præterea germinum, florum, ac lapidum, congruis intervallis, (*tt*) vario diſpoſitu; quin & *Elementorum* quatuor, & orbis, ac Cœli plagarum, depictis intus lineamentis. Quibus omnibus, moneri rudes, & credere, volebat; MITREN, hoc eſt, SOLEM, *Perſarum Deum*, qui coleretur eô ſpecu, *ceu Rerum omnium auctorem ac Parentem*, eſſe venerandum. (*uu*) Operæ verò pretium fuerit, & *Simulacri*, quo MITREN Perſæ colere ſolerent, auctore ZOROASTRE, formam cognoſci. Medio *ſpeluncæ*, Deus ſedebat; exornatus habitu Perſarum. Vultus illi, *Leoninus*; eò, quòd, ut inter ani-

Ruina Zoroaſtris.

malia *Leo*, ſic inter *aſtra* principatum, SOL haberet: quòd item *Signorum*, quæ SOL in cingulo *Zodiaci* percurſat, præcipuum eſſet, LEO. Caput quoque *Mitræ* Tiarâ barbaricâ ſtabat evinctum. Illud autem præquam ridiculum: quòd ſtantis ante ſe *bovis* utrumque *cornu*, manibus ambabus comprehenſum, retentabat. Cujus geſtûs ac ſtatûs ſignificationem, qui detorquent in LUNAM, quæ coacta ſit ſequi SOLEM, & ab eo vel invita lucem accipere: neſcio, ſapiántne magis, an delirent, cum primo dementiæ talis excogitatore? *(xx)* Suſpicarer faciliùs: *Zoroaſtrem*, cùm præter MITREN, utrimque Deos alios præterea commentus eſſet, OROMAZON (utì dictum eſt) *Bonum*, ac LUCI ſimilem; alterum autem, ARAMANUM, *Malum*, & *obſcuritatis* indicem: ſubindicare voluiſſe, Diem æquè Noctémque *Sole* contineri; *Diémque* confici peragíque *Mitræ*, ſive *Solis*, nativo lumine: *Noctem* autem, ejuſdem mutuatô ſplendore. Sed, utut hæc ſunt, erántve; manſit, ex eo primo ZOROASTRIS inſtituto, Perſico *Mitræ*, religio vetus: ut, quocunque locorum deinceps MITRES coleretur, apud Perſas, Chaldæos, Ægyptios, Cretas; *(yy)*; SPECUS ei, templi ſpecie, conſtitueretur, fontibus irrigatus. At in

Per-

Ruina Zoroaſtris.

Perſide tamen id fiebat apparatu, quàm exquiſitiſſimo; quaſi *Sacrorum* illius *natali primóque* ſolô. Cujus *Sacrificiorum* tanta fuit, diebus illi feſtis, dignitas, ac veluti *privilegium*: ut Perſarum regibus (ſiqua fides eſt antiquæ narrationi) cùm interdicta cæteroquin eſſet temulentia; Mitræ tamen Sollemnibus, inebriari fas eſſet. (zz) Verùm, hæc quidem, ſuper Deorum cultu ſuperſtitioſo, per Zoroastrem invecto, ſatìs, pro rei neceſſitate, dicta ſunto. De *Magiæ* præſtigiarúmque ſtudio, plus erit aliquantò dicendum.

V. Ut enim ferè cognatæ ſunt, Idolorum, ac Dæmonum, ſervitus; alteráque plerumque, vel naſcitur ex altera, vel vires accipit: Zoroastrem, quem jam olim à teneris prava magiſteria tetrîs artibus haud intactum fecerant; accedens poſtea Solitudo, novorúmque Numinum excogitatio, vehementiùs inflammârant, ad *arcaniora* quæque conſectanda. Quæ, quoniam ab *homine*, quippe fugitans hominum, haurire non poterat; à *Deo* verò, quem unum ac verum ejurârat, nullo modo debebat: reſtabat, utì malis ab geniis adipiſceretur. Ab illis igitur, quorum ſimilior moribus erat, vir pravus ac teter, iis imbutus arcanis eſt; quæ nondum à *Meſraimitis*,

Ruina Zoroaſtris.

& *Agonaze* præceptore, didicerat. Profectóque, dubium eſſe nemini debet; quin illis cum *Geniis* familiariter, & aſſiduò, ſit verſatus. Et quidem, ne memoriam ulla præcepta dictatáque fugerent; ſtylo cuncta complexus eſt. Quanquam ad poſteritatem ſanè non omnia pervenerint; ídque, Numinis clementiâ: quò minor eſſet miſeræ mortalitatis depravatio. Tamen eorum, qui ſæculis deinceps aliquot in manibus verſati ſunt, iſti, quos memorabo, præ cæteris, eminuerunt, ZOROASTRIS *Libri.* De *Natura*, quatuor. De *gemmis*, ac lapidibus magni pretii, Liber unus. *Aſteroſcopicorum Apoteléſmatum*, libri quinque (*aaa*). De *Siderum* item, circa terræ culturam, obſervationibus, Liber unus; in quo tradit auctor, inter cætera, *Sationem* in agris inſtituendam eſſe; cùm jam Sol, partes *Scorpionis* duodecim transgreſſus, Lunam in *Tauri* ſigno reliquiſſet. (*bbb*) In quibus quidem omnibus, ſi quis *Inſcriptiones* ſpectare ſolas velit, nihil magnopere, quod reprehendat, invenerit; *Aſteroſcopicis* exceptis, quos *Prædictionum* nomine, quæ fiunt ex inſpectione Stellarum, vel auctor ſignavit, vel lector aliquis exercitatus. In quibus, dubium non eſt; Aſtrologiæ, quam vocant, *Divinantis* fuiſſe plus,

plus, quàm merè *Naturalis*. (*ccc*) Accedit, quòd, iisdem in voluminibus, aliiſque generis ejuſdem, aut diſparis, ab *Ammiano* quoque *Marcellino*, qui Juliani Cæſaris *apoſtatæ* mortem deſcripſit, ZOROASTRES arguatur; (*ddd*) *Chaldæorum ex Arcanis* petîſſe multa. Quæ præſtigiis ſolitis caruiſſe, nemo dixerit; cui, *Chaldaicarum* artium, ac *Prædictionum*, vel tenuiſſimè nota ſit, è Scriptoribus, infamia. Ponitur autem in *Civili* quoque crimine, quidquid *Chaldæam* olet; ipsúmque nomen nudum. Verùm longè deteriora fuerunt, & ex profeſſo nefaria, ZOROASTRIS opera quædam alia. Cujusmodi, nominatim, illa *Vicies centena verſuum millia*, de *Magia*, quorum Eudoxus meminit (*eee*): &, quos Hermippus, *Magicorum* ipſe quoque compoſitor, indicibus voluminum cofectîs, explanavit. ORACULA præterea *Magica*; quæ, *Symbola* quoque, nonnullis inſcribuntur (*fff*): in quibus, de *Dæmonibus* erat ſermo multus, & arcanus: quos ZOROASTRES vocat κύνας χθονίες, hoc eſt, *TERRESTRES CANES*; *Hi, de terræ gremiis,* inquit, *proſiliunt: nec unquam tamen homini corpus exhibere conſueverunt.* Aliâ quoq; voluminis illius parte, *Cacodæmonas* eoſdem θῆρας appellat χθονίες, id eſt, *Terræ Feras*: ac *Dæmoni*

Ruina Zoroaſtris.

moni προσγείῳ, ſive *Terræ-propinquo*, ſacrificari mandat *lapidem*; Perſicè, MNUZIRIN, appellatum. Qui *Lapis*, ex compoſito malis cum geniis fœdere, vim habebat evocandi *Cacodæmonis*, *altioris* cujusdam *decuriæ*. Feruntur autem Voluminis hujus *Oraculorum* Reliquiæ *magicæ*, de Perſico ſermone Græcam in linguam traductæ, verſibus hexametrîs; in Gallia, (*ggg*) noſtrorum avorum memoriâ, formis typicis editæ. Paullò pòſt autem, & *Latinâ* verſione vulgatæ ſunt: ne peſſimus auctor, etiam bonos, ullo terrarum in angulo, lateret. Extant inſuper hodiéque, ZOROASTRIS *Chaldaica*: quos Libros alii, μαγικοὺς λόγους, inſcribunt; ſúntque *Sermones*, è Platonicorum quorundam operibus, labore magno Franciſci Patritii, collecti. Quæcuncta, ZOROASTRIS ex Operibus, verba ſunt: eáque commentariis ſuis Plethon olim, ac Pſellus, Græci *Philologi*, conati ſunt illuſtrare (*hhh*). Quòd autem ſint, qui, ZOROASTREN, & *utilia* quædam *innoxiáque* poſteris reliquiſſe, tradant: equidem, ſi de *noſtro Zoroaſtre*, ſermo ſit, probum & idoneum auctorem reperio nullum. *Quatuordecim* enim COLUMNAS illas, ex *ære* ſeptem, totidémque *lateritias*; quas eum erexiſſe ferunt (*iii*), *ſeptem* Ingenuarum Artium compendio

nota-

notatas: equidem commentum, *ingenioſius*, quàm *verius*, exiſtimo. Cùm præſertim & alius quidam, *ſaxeam* ejuſcemodi columnam, adversùs diluvium; *lateritiam* autem, adversùs *incendium mundi*, ſit auſus, vel Adamo, vel Noacho, tribuere: ſuâ tantummodo fide; ſcriptoris autem ſacri, profundiſſimô ſilentiô. Vellem tamen; Eas potiùs *Columnas*, ZOROASTRES; quàm, tot noxia *deteſtabilis artis*, poſteritati mortalium erexiſſet! Quam Artem ipſe, non *ſcriptis* modò, verùm inſuper (utì fecerat, in *Idololatria* proferendâ) ſuis *factis*, ac præſtigiis, inſtillavit. Nam & *Ignem*, ac *ſtellas*, cœlô devocavit: & è *Ritibus* illis, quorum *commentarium* reliquit ſcriptum, *magica ſacra* fecit (*kkk*): iiſque, qui veniſſent ad expugnandum ſe, carminibus arcanis, quoad potuit, opibúſque *Tartari*, reſtitit; quoties *humana* præſidia minùs valuiſſent. Denique, ſummatim! In *Divinationibus* fuit (*lll*), plusquam multus.

VI. Quibus omnibus, aliiſque compluribus, ex cauſſis, evénit: ut (quod conſenſu quodam, multi prodiderunt) non MAGUS tantummodo, ſed, *Magorum omnium princeps*, ac *primus*, præ *Meſraimo*, vel *Agonaze*, proclamaretur. Perfecítque ſuâ, quam obtinuit inter

Per-

Ruina Zoroaſtris.

Perſas, auctoritate, ZOROASTRES: ut *Ars, digna flammis*, tunc digna cenſeretur & præmiis: ac *diſciplina* fieret *publica, quod occulta nequitia fuerat*; eſſétque deinceps ampliſſimus quidam honos; *Apud Perſas, eſſe MAGVM!* utpote, cujus nominis ac profeſſionis viri, *regum-regibus* frequenter imperitarent, eiſque jura præſcriberent. Id MAGI Perſarum, tanquam auctori primo, ZOROASTRI, debebant in acceptis referre (*mmmm*). Perniciosum id quidem, *Perſicorum magorum*, ſive collegium, ac Sacerdotium; ſive, pæne *regibus æquale*, munus, ac ſplendor! Sed perniciosior, aſſectatio peſtilentis inſtituti: quòd, quicunque poſt hæc apud mortales auctoritatem ſibi conciliatam compendiô vellet; fieri *Magus*, ac *præſtigiator*, ambiret. Quo fiebat, ut ariolîs, divinatoribus, veneficis, ac *Necromantîs*, terrarum orbis inundaret: ac ſentinam illam, ne *Chriſtiana* quidem (pròh dolor!) *ſæcula*, ſatis exhaurirent. Succeſſerunt itaque *Zoroaſtri* progenitori, filii, nepotes, ac pronepotes, ſine numero finéque, quàm plurimi. Nominatiores, *in Perſis* quidem, *Hoſthánes* duo: quorum poſterior, *Alexandri Macedonis* expeditionum comes; prior autem, & ætate ſuperior, *Xerxis*, bellô Græcanicô. Qui Sophiſta nefarius, per occaſionem illam,

Digitized by Google

illam, *Minoris Aſiæ* gentes, & oram Helleſponti Græciámque propemodum univerſam, *Magicarum* artium ſtudiîs infecit. Factúmque tunc eſt, ut, ignari priùs, intactíque talium, populi, propereáque *rerum incognitarum nullâ cupidine* prurientes; *Hoſthánis* poſtea doctrinâ faſcinati, veluti rabie quadam illius diſciplinæ deteſtabilis, agitarentur. Indè, tanquam ex alveari prolifico numeroſus apum exercitus; ita, de Schola Perſarum Zoroastris, & Hoſthánæ, Græcorum agmina *Magorum*, evolârunt. In Thracibus, vetus *Orpheus*; in Phrygia, *Dardanus*; in Peloponneſo, *Calchas*; in Bœotis, *Amphion*; in Theſſalia, quidquid ferè *Theſſalarum* erat. In Inſulis, & extra cultiorem Græciam, *Empedocles* Siculus, *Pythagoras* Samius, & alii. Nec minore numero gentes, extra Græciam quoque, *Magos* protulerunt: Colchi, *Medeam*; Campanum littus, *Circen*; ipſa Roma, *Numam* Pompilium, *Ægeriam*; Tullum *Hoſtilium*, Atium *Navum*, augurem; &, *Hetruſcos* innumeros, iſtius ſcientiæ callidos, Italia. *Nectanébum*, ac *Typhónem*, & *Berenicen*, Ægyptus; ipſa tota ferè præſtigiis emancipata. *Jannem* item, ac *Mambren*, Divo Paulo memoratos veneficos, (*n n n*) urbs Memphis. Quibus omnibus, falsò, pérque ſummam cœli contume-

Ruina Zoroaſtris.

tumeliam, Plinius, cum Jotópata Judæo, MOYSEN adjungit (*ooo*): Quippe, non *Magum*; ſed, *magorum potentiſſimum triumphatorem*. Plerorúmque verò ZOROASTRIS, quos attuli, ſectatorum, ea fuerunt, ſuis in myſteriis, *ſacrificia*: de quibus, qualiánam ipſius etiam ZOROASTRIS fuiſſent, facilè conjecturam duceres. HUMANAS enim *victimas* cædebant in antris: quas cæſas, deinde mandi, religionem ſummam; devorari verò, ſanitatis compendium, ducebant (*ppp*). Tantum nefas, ac talia rituum monſtra, ſcelerati *Magi*, ZOROASTRIS, & Hoſthánis, è libris excerpta; ſuperſtitionibus impiis demerſo mundo, per manus tradidêre. Deteriora verò longè, *Chriſtianis* jam ſæculîs, *hæreticorum* Sectæ quædam, ex iisdem ZOROASTRIS codicibus (quos habere ſe volutaréque gloriabantur) deprompſerunt. Et *Prodiciani* quidem, ex ARCANIS, ut appellabant, ZOROASTRÆIS, eouſque turpitudinis impudentiæque proceſſerunt; ut etiam Diogenis *Cynici* dedecora revocarent: eorúmque princeps, *Pródicus*, id quoque *Sanctionibus ſuis* adjiceret; *Fas eſſe, communiter inter ſe nuptîs uti: palámque, ſpectante populo, ſcortis conjungi*. Quod ipſum, etiam hæreticorum fœdiſſimo, *Carpocrati*, jam antea viſum erat, haud abſurdum. (*qqq*) At,

his

Ruina Zoroaſtris.

his ſceleſtiores adhuc erant *Gnoſtici:* quod nebulonum monſtrum, ipſum quoque, ZOROASTRIS libros, è latebris ſuis extractos, publicârat, ac circumferebat; ut auctor eſt, in Vita Plotini, Porphyrius Philoſophus. Hi namque, voluminum illorum è diſciplinâ, ſive verâ, ſive confictâ, diligebant (ut Athenagoras loquebatur) *Cœnas Thyeſtæas*: ut Divus Juſtinus martyr, *Viſcerationes humanas:* ut denique Tertullianus, *Infanticidium*; *& indè, ventri ſuo Pabulum.* Infantulum enim, farre coopertum, infeſtis mucronibus, ex omni parte ſuperirruentes, transverberabant: cruorem, vulneribus eductum, ac ſpumantem, dum recens æſtuaret, lambebant: artus verò, ſuîs quoſque membris reciſos, ac direptos, præſentium ſingulis fruendos diſpertiebant; (*rrr*) abominandô per omnia ſacrilegiô. Quæ cuncta, pluráque talia, quæ memorari poſſent, facinora; ſi conficti non erant ZOROASTRIS libri: ſuum in auctorem, cum illius exſecratione meritiſſimâ, relabebantur.

VII. Et his ille tamen, tam infandis inſtitutis, ultra privati ſe ſortem evexit. Cùm enim, Perſis jam, Medíſque, ſibi validè conciliatis; magnâ tandem cum manu, per Parthiénes quoque fines, ac Dahárum montes,

Ruina Zoroaſtris.

in regionem *Bactrianam* penetrâſſet: eam ille, partim artis ſuæ miraculîs, partim vi copiíſque, ſub obſequium redegit. Eandem, ædificatâ ſibi ſtrenuè munitiſſimâ dominationis ſede, quam, à vicino flumine, *Bactra* nominavit, titulô REGIS occupavit. Occupatam autem, annis permultis (nam ad *plurimos* ætatem extendit) iis rexit artibus; quibus imperium ſibi comparârat. Id, quod de *præſtigiatore*, ſi præſertim & *vir fortis* fuit, videri nemini debet incredibile; maximè, ſi recordari velimus, non diſparibus viis & *Julianum* poſtea Cæſarem, & *Mahometen* Arabem, ad ſupremam potentiam aſcendiſſe. Quorum uterque tamen, extra controverſiam, *Magus*, *impoſtórque* fuit.

Sed, NULLA POTESTAS, omnium minimè verò, *poteſtas*, *Superis inimica*, mortalibus eſſe ſolet, aut debet, ÆTERNA. *Collabi* namque, *neceſſum eſt*; *quidquid DEO non innititur*. Quantò magis ergo perire debet; quidquid fundamentum aliud, quàm *Orcum*, non habet? cujus STATUS univerſus, quid eſt aliud, quàm INTERITUS?

VIII. Eâ tempeſtate, rerum in Aſſyria Ninus potiebatur; *Belo*, ſeu, qui prorſus idem fuit, *Nemrodo*, patre progenitus. Is Nemrodus

Digitized by Google

rodus è vivis exceſſerat; filióque, Babylonis, à ſe condi cœptæ, cæterarúmque quarundam urbium, gubernacula reliquerat. Id ei regnum, ceu viro, dominationis ampliſſimæ cupiditate flagranti, parvum eſt anguſtúmque viſum. Quare, ſuorum fortiſſimâ, numeroſáque, collectâ manu; primùm quidem, quod Meſopotamiæ Chaldææque reliquum erat, & adhuc alieni juris: id ſuæ ditionis celeriter effecit. Progreſſus deinde trans Tigrim, ad ſurgentis Solis oras; adjecit animum ad opulentos illos pinguéſque campos, qui, Tigrim inter & Choaſpen fluvios, procumbunt. Eos, jam ante *Ninum*, occupârat Assur, *Semô* progenitus. Hic, exempla ſecutus, coævorum ſibi, virorum fortium; qui, ſub idem tempus, in Phœniciæ finibus ad Auſtrum, urbem *Hebrónem*; in Ægypto verò, *Tanim*, ac *Memphin*, & *Thebas*, ædificabant: orſus eſt & ipſe, tutelæ ſecuritatíſque cauſsâ, mœnibus ſe ſuóſque circummunire. Molitus eſt igitur urbem; quam, ſuo de nomine, fertur, *Aſſurem* appellâſſe; firmam, &, idoneô cumprimis ad repugnandum loco, ſuper Tigridis fluminis ulteriora conſtitutam. Regioni verò circùm omni, nomen impoſuit Assuriæ: quam poſteri, pronuntiationis ſecuti ſuavitatem, *Aſſy-*

Ruina Zoroaſtris.

Digitized by Google

riam nominârunt. Ibi, quietum annis aliquot imperium exercuit; donec, & ad illud adjectis oculis, *Ninus* cum ingentibus copiis supervénit. Commiſſo prælio, *ſuperior poſſeſſione fuit, qui ſuperârat armis.* Profligatus cum ſuis, ac deletus, *Aſſur*; regiam, *ac regnum*, *Nino* victori ceſſit. Is, ut *Aſſuris* urbis ſitum & opportunitatem, introſpexit; non contentus, eam cepiſſe: captam, etiam amplificare, ſtatim eſt aggreſſus. Utque patre Belo, Babélis conditore, non modò non minor, ſed etiam longè ſuperior, eſſet; ac molem jam multò ſpectabiliorem *Tigris* amnis oſtenderet, quàm antehac *Euphrates* oſtentâſſet: magnitudine, ſæculis omnibus memorabilî, muros *Aſſuris*, atque tecta, *triduani* curſoris in ſpatium extendit. Opus autem abſolutum, abolitâ vetere nuncupatione, juſſit, à ſuo, ceu nobilioris Conditoris, nomine, NINUM appellari; quæ deinceps Hebræis NINIVE fuit. In ea, NINUS ſimùl dominationis arcem, (ſſſ) & gloriæ ſuæ monimentum, defixit. Poſt hæc, ad Armenos etiam, ac Medos, & reliquos Aſiæ *majoris*, *minoríſque*, Boſphoro tenus, ac Tanai, populos converſus: celeriter omnia, ſecundiſſimo Marte, pervolavit; imperióque ſuo ſubjunxit utriuſque Solis regna,

Digitized by Google

regna. Sunt tamen, qui decem ac ſeptem annos his *Nini* bellis aſſignent. Quod temporis ſpatium, etſi latius eſt, quàm, quo poſtea *Magnus Alexander* Perſarum imperium evertit; breve tamen utique cenſeri debet, æſtimantibus: hinc quidem, regnorum Nini multitudinem; indè verò, crudos adhuc, & ſervitutis impatientes, ideóque ſæpius in rebellionem revolutos, populos. Præterquam, quòd ſint, qui cenſeant; (*ttt*) intrà tempus illud ipſum annorum *ſeptendecim*, à Nino Belum patrem Babylone, quò tantiſper regreſſus ſit, in Deos relatum eſſe: ſollemnibus adhibitis cæremoniis, victarúmque gentium undique concione convocatâ. Quæ res & ipſa, temporis intervallum, haud exiguum, abſorpſit: quò paſſim, Simulacra, templa, ſacra, novo nomini ſuſcitarentur. Quódque difficillimum erat: diu perſuadendum populis erat; *Eſſe nunc DEVM, quem nuper Hominem ipſi viderant*; ac *vivere, quem ipſi ſepelîſſent.*

IX. Cæterùm, eo perfecto *Sacrilegii* munere, quod, *Pietatem* tamen ſummam, credi Ninus volebat: India reſtabat, ac *Bactra*, ſubjuganda. Jam enim, inter hæc, Perſis etiam, ac Parthiéne, cum Suſis, Hyrcanis, Caramannis, cæteriſque, notæ minoris gentibus, in

Ruina Zoroaſtris.

Digitized by Google

poteſtatem Nini conceſſerant. Erátque *cunctorum in terris imperiorum Maximum*, quod jam tunc *ASSYRIORVM* appellabatur. Viſus igitur eſt Nino, *Bactrianus* quoque domandus eſſe: qui tunc omnis, uti dictum eſt, Zoroastri parebat Regi. Sed expeditio, crebriùs jam olim tentata, fœdè ſemper, & aſperè, pretióque laboris nullo, ſucceſſerat. Cauſſa, gentis erat ferocia; locorúmque, per quæ penetrandum erat, perdifficilis indoles. Quod, quò fidem habeat expeditiorem; haud abs re fuerit, nonnullam hîc regionis illius picturam interſeri: paucáque quædam, de moribus etiam gentis illius, attingi. Sic fiet; ut in conſpectu clariore ponantur, hinc quidem, ex aditu *Bactrorum* moleſto, belli difficultas; indè verò, victoriæ tandem, unde minimè ſperari debuerat, facultas enata. Bactrorum ergo regio, paucis ut rem expediam, *Scythiæ pars* eſt; non Europææ, ſed *Aſiaticæ:* trans *Aſſyriam*, ultra Tapurorum montes, ac Daharum Alpes, procùl jacens. Ab Occiduo Sole, Caſpium habet mare: quod, *Ponticum* Curtio; *Magnum* autem, Arriano dicitur. Eodem à tractu, clauditur & Hyrcanorum, Mardorum, Maſſagetarum, ac Margianæ gentis, finibus. Ad Orientem, Parapamíſi vaſtiſſimis

Ruina Zoroaſtris.

mis ſepitur montibus; quibus Macedones, *Alexandri* gloriæ faventes, falsò *Caucaſi* nomen indiderunt. Quà meridiem reſpicit; Arimaſporum, Ariorum, Zarangorum, ac Bubacénes, Alpibus vallatur: potiſſimùm autem, Taurô Scythico; qui, montium perpetuo ferè, ſed diversè flexo, cingulô *Bactrianam* circumplectitur. Quà denique Septentrionibus objacet; Gabazâ, Memaceníſque, Sogdianæ provinciæ terrìs, obſidetur. Ab eodem cœli tractu, flumine, quod *Orxantem* incolæ vocant, ingenti circumſcribitur; ac, veluti muri vicem, ambitur. Id, è Daorum Sacorúmque finibus, ad Orientem poſitis, exortum; flexu deinde ſpatioſo, Boréas petens plagas, in Caſpium tandem æquor effunditur. At ipſa *Bactrorum* media regio, fluviis minoris famæ, Ginde, Margóque; propiùs autem, Ocho, perluitur: ſed omnium maximo diffuſiſſimóque, quem *Oxum* illi dicunt. Is, Araſacorum è montibus, medio, meridiem intér & Orientem, limite coortus; aquarum præcipiti decurſu Nantacénos in campos devolvitur: pérque Nauræ terras, fontibus identidem rivíſque cumulatior, urbis *Bactrorum* mœnia, quà Solem ſurgentem aſpiciunt, prælabitur. Tardè denique, compluréſque, no-

Dd 4 minis

Ruina Zoroaſtris.

minis inclyti terras, & urbes, prætergreſſus; ac multorum amnium illapſibus amplificatus: in Caſpium & ipſe pelagus exoneratur. Ità Bactra ferè, quà patent. univerſa, venientibus ab Aſſyria, Parthiáque, fluminibus, Choaſpe, Rhindaco, Zióberi. Gindéque: prætereà, montibus plurimis editiſſimíſque, clauduntur. A Caramannia verò meridiéque penetraturis; multò pluribus adhuc amnibus, in quibus Medus, Araxes, Cyrus, Arbius, Erymanthus, & Aréus, obſtatur: inſupérque continenti montium immenſorum objectu. Venturis autem ab Armeniæ finibus; viam Hyrcanum æquor, & Orxantes fluvius, atque Scytharum Aſianorum ferocia, præcîdit, ac deſperandam efficit. Quòd ſiquis tamen, his omnibus perruptis difficultatibus, in ipſum adeò Bactriani regni meditullium penetrârit: illic quoque cum terrarum ei, cœlíque, cúmque ventorum, auſtero genio pugnandum erit. Felix enim magnâ ſui parte gleba; ſegetem, poma, vites, éducat. Alibi verò, ſpatio terrarum vix minore, ſabuloſis ſolitudinibus, & arenarum ingentibus campîs, ſterileſcit. Diceres, non *terram*, hanc eſſe, ſed *Oceanum*, pulvere glareáque fluctuantem: ac, ſine littoribus, ipſa Bactra longè latéque littus.

Ruina Zoroaſtris.

tus. Planities, inopiâ gignentium, nuda: vaſtitas, propter ſabuli profunditatem, impervia: ſpatium, ob caliginem, æſtu Solis offuſam, oculis infinitum: progreſſus autem, propter arenæ crebros repentinóſque colles, ineluctabilis. Nam, quoties à mari Caſpio venti turbinéſve cooriuntur; agitatum (haud aliter, ac medio Ponto fluctus) ſabulum conglomeratur: & procellâ raptum, quidquid corripuerit, homines, jumenta, tentoria, ſarcinas, ipſúmque proſpectum, & itineris veſtigia, pariter involvit, & aſportat: donec, accumulatîs denique crebris, & immanibus, arenarum montibus, univerſa ſepeliat. Ergo, maximam partem impermeabilis eſt regio; ventosô præcipuè, turbulentóque, cœlo. Quà tamen, minùs profundo pulvere, camporum quodammodo vadoſum eſt iter; id, nocturnorum potiſſimùm ſplendore ſiderum, eſt regendum: quæ non ſegnioribus oculîs, ac marî medio nautæ ſolent, viatori reſpectanda ſunt. Peroperoſum igitur, iis in terris, ob eas, quas attuli cauſſas, *externo* regi bellum eſt. Conſpirat autem cum pravitate *ſoli*, barbaries ac malitia *cultorum*. Eorum inhumanos mores æſtimare poſſis, è *canibus*, quos alunt; quóſque *Sepulcrales* appellant. Origo tam triſtis ac

Ruina Zoroaſtris.

funeſtæ nuncupationis, eſt ex eo: quòd horum ingluviei, parentes, ſenio valetudinéque confectos, objicere laniandos; antiquiſſimus Bactrianorum mos obtinuerit. Improbitatis autem, in illa gente, *turpitudiniſque*, multùm effœminatæ, perſpicuum ſatis argumentum eſt; quòd viri, dominatum & imperia *mulierum* tolerent: mulieres autem, à ſervis ancilliſque multò magìs, quàm patresfamilias, obſervari ſuetæ; pretioſis corpora liquoribus perfundant: unguentis exquiſitis delicientur: in publicum nunquam, niſi multo margaritarum, auri, gemmarúmque luxu, prodeant; nec unquam, extra domum pedibus ſuis, ſed equîs inſidentes, prodeambulare dignentur. Domi verò, quà caſtitate tori leges cuſtodiant: è promiſcuo, cum ſervis, hoſpitibus, adveníſque, commercio corporum, apertum eſt. Quo paullatim, vitium in eam uſque conſuetudinem tranſierat; ut inter maritum exterúmque non diſtinguerent: & *viris* tamen eſſet illa muſſitanda ferendáque contumelia. Sed de Bactrianorum iſta moribus, ac terris, ad lucem, hiſtoriæ ſecuturíſque geſtis, affundendam, ſatis eſſe debent. (*uuu*)

X. NINUS itaque, tentatam frequenter antehac, & infeliciter, expeditionem (utì dictum eſt)

Ruina Zoroaſtris.

eſt) Bactrianam: anno tandem imperii circiter octavo, ſupra quadrageſimum, hoc eſt, quatriennio vitæ ſupremô, reſumpſit. (*xxx*) Fuítque poſtremum hoc operum *Nini* bellicorum. (*yyy*) Cùm autem, per tot præteritos Aſſyriacæ dominationis annos, in immenſum *Ninus*, & opibus creviſſet, & gentibus ſubactis; ac multò denique magìs, militum multitudine: ſpem, ut ſibi videbatur, haud decepturam, animô concepit; regem Bactrorum Zoroastrem, aut ſolio vitáque deturbandi, ſi ferociùs is obſiſtere perſeveraret: aut, ſi ſubmittere mentis impotentiam didiciſſet, vectigalem ſibi faciendi. Fertur autem, exercitum ad id collegiſſe, propemodum *innumerabilem*: nihílque ſupra verum ac fidem extuliſſe *Cteſias* Diodoro Siculo viſus eſt; dum Nini *peditum decies ſepties centena millia*; copiarum autem *equeſtrium*, *millia ducenta*, *ſupráque*, tradidit. Contrà, Zoroastres numerum haud minorem eduxiſſe nonnemini perhibetur (*zzz*). *Quadringenta* tamen *millia*, ſubſtrictiore cenſu, numeravit, ex monimentis antiquitatis, alius. (*aaaa*) Ac primo quidem conflictu, pulſus *Ninus*; Aſſyriorum amiſit *centies mille*. Poſt iſta tamen, exercitu, qui ſparſus fuerat, animíſque, qui territi, recol-

Ruina Zoroaſtris.

recollectis : ZOROASTREN iterum, iterúmque: *Ninus*, ac ſæpius, aggreſſus; Martem utrique dubium aliquamdiu fecit. Certabatur enim, ab utroque Ducum, non viribus tantùm mortalibus, & acie ferri; ſed Tartareis etiam præſtigiis: cùm reconditæ *Chaldæorum* artes, & *Nino* populares eſſent, & ZOROASTRI, per longævam exercitationem, domeſticæ. Quem, vix dubium eſt, humanîs tunc, & puerorum, hoſtiis, ſuo more conatum eſſe *Deos* omnes *inferos*, in partes ſuas pertrahere, quippe, cùm id nec in pace quidem unquam horruiſſet: ac poſteris tempeſtatibus, ex eadem *magorum* diſciplinâ, ſciamus, *Moabitarum* quendam regem, obſidioni, quâ premebatur, ſolvendæ, ſuper murum palàm mactato filio, litâſſe. (*bbbb*) Sed poſteaquam ZOROASTRES, quantò ſuis incantamentis potentiorem, tantò copiarum viribus, ac numero, ſe vidit inferiorem: cum ea, quam ſibi pugnæ fortuna reliquam fecerat, multitudine, *Bactra* ſe, regiam in urbem, recepit: ibíque caſtello clauſus arcis munitiſſimæ; conſtituit, belli noviſſimam opperiri ſortem. Nam illuc eum, & poſtremi conflictûs infelix eventus, & victor *Ninus*, ac rerum cæterarum deſperatio, compulerant. Verùm, celeriter inſecutus *Ninus*, qui jam, armis

mis latè ſuperior, ſub poteſtatem cætera cuncta redegerat; ſecum exercitum rapit omnem: poſitíſque caſtris, urbi *Bactrorum* ſe quaquaverſum circumfundit. Ac difficultate quidem, moleſtáque morâ, non caruit illud obſidium: quippe, foris *Bactro* flumine, viam oppugnatoribus & aditum intercludente; de mœnibus autem intus ZOROASTRE, ſe, ſuas, ac Tartari cunctas opes, in hoſtem expediente: nec quidquam humanum, ſuperum, aut inferum, intentatum relinquente. SED *Nino*, jam propemodum ad expugnationis deſperationem inclinato; fortuna ſuccurrit illa; quæ Minoi, circumſidenti Mégaram urbem, in *fabulis* (*cccc*) opém tulit, *Scyllæ virginis* miniſteriis: aut qualis, in *hiſtoria* poſtea, Sabinos ac Tatium, per Tarpejam Capitolinam; vel Cáchanum, Avarum regem; ad expugnandum Forojulium, ope Romildæ, juvit. (*dddd*) Nam, quæ licentia tunc fuit *mulierum*, de quibus diximus, & Bactrianarum, & plurium aliarum *Orientis* gentium; ut aliter nunquam in publico, quàm ex equis, conſpicuæ, militaribus æquè, civilibúſque, ſe miſcerent; ac, maritis conniventibus, cum exteris quoque familiariter verſarentur: per *Semiramida* quandam, Bactrorum expugnatio, totáque confecta

Ruina Zoroaſtris.

&a *Nino* res ad votum fuit. Ea namque, liberè militibus, in ipſis mœnium ac portarum incurſibus, intermixta; compoſitô tandem dolo, *Ninum* & Aſſyrios introduxit. (*eeee*) Sed nos ſuper hujus *viraginis* vita moribúſque trademus, quod reliquum eſt, in ea, quæ propria *Semiramidis* erit, RUINA.

XI. Cæterùm, urbe potitus *Ninus*, & in poteſtatem ſuam arce quoque redactâ; ZOROASTREM, inopinatô malo fractum, oppreſſit. At hic quidem, tametſi defectus annîs (*trecentos* enim, ut tum tempora ferebant, exegerat) quanquam item proditus à ſuis, deſtitutus à prætorianis, & utcunque denique deſertus à familiaribus etiam *geniis*: arma tamen ac ferrum nec tum intermiſit. Ad extremum, memorabili decertatâ pugnâ, proſtratus; inter occiſos eſt aliquantiſper habitus. Ejúſque mortis opinio quorundam etiam in Scriptorum libros poſtmodum irrepſit: in quibus, Trogus fuit Pompejus, ac, breviator Trogi, Juſtinus. (*ffff*) Quos poſtea ſecuti, recentiſſimi quidam, alius exſcribentes ex alio, *cecidiſſe* ZOROASTREM *eô prælio*, tradidêre, (*gggg*) *ferro cæſum*. Verùm, primò quidem, id Trogi Juſtinívе verba, nequaquam affirmare cogunt. Tam enim OCCIDITUR (*hhhh*),

Ruina Zoroaſtris.

(*hhhh*)', quem *vis altior* perdit; quàm, quem *humana manus* interficit. Deinde PRÆLIO DELETI *Zoroaſtris* fama, non ex eo ſolo didi cœpit, & invaleſcere: quòd, revera pugnans in extremo diſcrimine, dejectus ad terram ab Aſſyriis eſſet; ſicut paullò ſuperiùs narratum eſt: ſed, ex ipſa quoque, *Zoroaſtris* nomen gerentium, multitudine. Verè namque *Zoroaſtres ille* poſteriorum temporum, qui prænominatus eſt *Herus-Armenius*, gente *Pamphylius*, hôc eſt genere mortis extinctus. Eum enim Plato, Librorum, quos *de Republica* conſcripſit, *decimô*, producit, ſuiſmet è lucubrationibus jactantem; *In BELLO ſe mortuum, apud inferos poſtea fuiſſe: didiciſſéque, Deorum magiſteriô.* Quibus non obeſt; quòd ea deinde ſubnectat, quæ nonnullâ parte ſpectare videantur ad *Zoroaſtrem* hunc *primum*. Quid enim in Antiquitate, tam longè petitâ, non obvium confuſioni; niſi ſollertiſſimè diſtinguas? Id, quod nos facere, lucis gratiâ, conamur. (*iiii*) ZOROASTRES igitur, à *Nino* debellatus, jacebat. At *Ninus*, inter hæc, regiam atque theſauros *Zoroaſtris*; miles, urbem ac pudicitiam (ſiquam illic tamen invénit) expilabat. Ipſius quidem *regis victoris* præda prima, ſtatímque conjunx, *Semiramis* fuit; in pre-

Ruina Zoroaſtris.

Digitized by Google

pretium conciliatæ ſupremæ victoriæ. Tanquam videlicet & illa fuiſſet capta; quæ Bactrianos omnes, urbémque, calliditate ſuâ cepiſſet. (*kkkk*) Dum autem arcas & ſcrinia ZOROASTRIS abditiſſima quæque, *Ninus*, ac miniſtri, reſerant: dum, quid in ſingulis abstruſum occultúmque ſit, excutiunt; in monumenta librorum, à ZOROASTRE conſcriptorum, incidunt. Ea dum pervolutant; valentiores longè ſuîs *Chaldaicis* incantationes, & carmina, reperiunt: deprehenſáque tandem *Ninus* cauſsâ, cur ipſe, tantis & copiis, & *geniorum* adjurationibus, adversùs Bactrianas præſtigias, tardiùs profeciſſet; ZOROASTRIS omnia, quotquot tunc nactus eſt, Volumina flammis abolevit (*llll*): nequid ex iis ſibi poſthumi poſſet periculi creari; ſiquis illis adversùm ſe quondam eſſet auſurus uti. Videlicet; non ſuccurrebat regis hujus, (cæteroquin acuti) vel memoriæ, vel conjecturæ: Jam pridem Libros eos, ac plurimîs quidem exemplis, ab aliis eſſe deſcriptos; &, per Bactra Perſidémque, latiſſimè vulgatos, *dum tam ſerò vetantur, ex eo vel maximè commendari: dúmque comburuntur, illuſtrari. SEMPER enim mortales in prohibita flagrantiùs feruntur: & in malum, etiam bonâ lege repreſſum, pejùs anhelatur.*

XII. Dum

Ruina Zoroaſtris.

XII. Dum autem iſta fiunt; ut, ſceleſtorum ope *geniorum*, invulnerabilem agnoſceres virum, Tartaro juratum: ZOROASTRES, ecce, qui pro cæſo mortuóque jacuerat, adhuc ſpirans ac vivus reperitur: ſubitóque, nec exſpectatus ulli, ſoſpes, at à ſatellitio, ſicut res poſcebat, vinctus, ad *Ninum* pertrahitur. Delirant enim, ac plus nimiô *Cacodæmonum* potentiæ tribuunt; qui, *Zoroaſtren duodecimo* demum, à morte, *die*, fabulantur, in vitam fuiſſe revocatum: poſteaquam is in rogum jam, ſubjectis flammis, injectus eſſet. (λ) Qualemcunque tamen, aut quocunque, poſt caſum illum, de quo diximus, articulô temporis reſpirantem; *Ninus* aſſervari voluit, triumphi materiem futurum. Juſsítque, ſecum, rebus omnibus in *Bactriana* compoſitîs, per Perſidem in Aſſyriam reverti; ſive catenîs, (ut veriſimilius eſt) oneratum: ſive liberâ, ſicuti reges ſolent, cuſtodiâ circumſeptum. Ipſe quidem, præfectis impoſitîs, ac deductâ ſecum *Semiramide*, copiiſque; ſe dedit in viam. In ea profectione multa *Zoroaſtres* captivus, cum Perſis; neque pauca, cum Aſſyriis, contuliſſe verba ſecretò, perhibetur. Nec dubitari debet; complures ad eum, in expeditione tanta, ſive diſcipulos, ſive diſcipulorum aſſeclas, confluxiſſe:

Ruina Zoroaſtris.

Digitized by Google

xiſſe: quos omnes ille, *myſteriis* antehac imbutos, vel ſuis, vel ſuorum; ſuperſtitionibus inſuper novis corroborârit: ad *magicæ* diſciplinæ ſempiternam propaginem. Dixiſſéque nonnihil fertur, conjectantis more, quod, ab eventu poſtea fortuito, creduli mortales pro vaticinio receperunt. Gravis utique victori *Nino Zoroaſter*, etiam captivus, erat: ſed eò tolerabilior, quia, *quàm victus, tam vinctus*: &, quoniam (ut opinor) talis hominis cervicibus illatam mortem, vel irritam putaret; vel, noxiam ſibi fore, metueret. In quem igitur diſtringere vindictam *homines* dubitabant: iracundiam ſuam exoneravit *Numen*. Et expediebat ſanè, ſi non & neceſſarium erat; ab inveterata, tot annorum, immò verò ſæculorum, malitiâ, pœnas tandem expeti manifeſtas: ac, quod in *antris* diu ZOROASTRES exercuerat, ſummam per *impunitatem*; id, publicum tandem in *Solem*, produci, per *vindictam*. Sic enim & illarum tunc ætatum populos, qui veri Numinis timorem, ac religionem, à ſe vel maximè longiſſiméque projecerant; redúci, conveniebat, ſi vellent ad officium: aut, ſi recuſárent, ad caſtigationis exemplum. Unde fiebant, & qui delinquere perſeverabant *inexcuſábiles*: &, qui punitorum veſtigiis inhære-

hærerent, immiſerabiles; ac, ſuô quoque teſtimonio, perire digniſſimi. Quis enim, niſi planè demens, in poſterum, inter mala non numeraret facinus illud; cujus tam malum viderit, audierítque, vel legerit, eventum? Aut, cui mortalium immortaliúmve ſuam probaret cauſſam, trahendus ad pœnam, ob id; cujus, jam in altero, præceſſiſſe ſpecimen, cognôſſet: nec tamen vitare pœnæ cauſſam ſtuduiſſet? Quámnam hic talis, aut quâ fronte, prætexat inſcientiam? cùm & in *Civili* foro non audiatur, qui ſe dicat, *ignorare*, *quæ tractavit:* (*mmmm*), &, in cujus, vel diſciplinæ profeſſione, vel negotii, fuerit uſu verſatus? Verùm, hæc hactenus; ad *divinorum*, in ſceleſtos, *judiciorum* æquitatem commonſtrandam. ZOROASTRES igitur, obducto, die quadam, ſpiſſis nubibus omni cœlo, crebríſque micantibus fulgétris, ac formidandis tonitruîs aëre mugiente; dum trepidant alii, ſuóque quiſque capiti metuit, immiſſo divinitus (*nnnn*) igne, ſolus in agmine *fulminatur:* repentináque depaſtus flammâ, redigitur funeſtam in favillam (*oooo*). Id, in Perſide jam conſtitutô *Nino*, Niníque copiis, accidiſſe; magni nominis ex auctoribus colligitur: *Gregoriô* præſertim, *Turonenſium* antiſtite; qui, libri, de Fran-

Ruina Zoroaſtris.

corum geſtis, primi, quinto capite, *tranſiiſſe Zoroaſtren ad Perſas*, memorat. Quod de regis *Nini*, ſuam in Aſſyriam, per fines Perſidis, remeantis; expeditione, ſine controverſia capiendum eſt.

XIII. Fulminato ZOROASTRE; nequid ex magiſtri diro caſu, ſive diſcipulis hæreret infamiæ, ſive diſciplinæ *magorum*; cujus inſtitutor ipſe princépsque fuiſſet: diſpersêre per omnes latè Perſas, Aſſyriósque, famam; *Id ipſum, nec aliud ullum, mortis genus, precatum à DIS frequenter eſſe ZOROASTREN.* Prædixiſſe quoque; voti compotem ſe futurum: ac monuiſſe; *Cura cinerem ſuum, ac venerationi, ſemper haberent: nec unquam ejus adſervandi religionem interrumperent. Fatorum enim æternâ lege, gentibus illis ſtabile fore, perpetuúmque, regnum; quæ gentes, præ cæteris Orientis nationibus, ZOROASTRIS cadaveris pulverem cuſtodîſſent.* Id autem, ſive commenti *Perſæ* tum fuerint, aſtutô mendaciô rebus ſuis cauturi; ſive potiùs id verè ZOROASTRES, in vivis adhuc agens, mandârit: à narrationis probabilitate neutrum admodum alienum eſt. Nam & *Magis* familiarius nihil eſt, figmentis, ac ludibriis; & ipſe ZOROASTRES, tot ſcelerum multitudine, moléque, conſcien-tiam

Ruina Zoroaſtris.

tiam perurgente, cum aliud nihil, pro meritis, niſi tetrum ac funeſtum, exſpectare poſſet; quid vetat, quò minùs quàm *celerrimum* ſibi vitæ ſit exitum precatus? &, *atris* ab *geniis*, talis interitûs, cujus ipſi poſſent ac vellent opifices eſſe, promiſſum acceperit? In hunc modum, depactîs omnibus; *vaticinari* Mago facillimum fuit. Plenum autem fraudis, pleniſſimum ambitionis ſacrilegæ, fuit iſtud: quòd fulminandi *corporis reliquias*, & in perpetuo involuerit honore collocatas; &, tanquam *Imperii* ſibi *fatum* haberent affixum, ſacras cœleſtéſque credi. Deteſtabilem utique *veneficum*! quique, vel ob hanc ſolam noviſſimam pravitatem, ſi cætera flagitia defuiſſent omnia, promeruerit; ad incendia *Tartari* ſempiterna, *fulmine* deturbari. Quorum *Tartari* ſuppliciorum, illum haud planè rudem, aut inſcium, neque prorſus hoſpitem, adiiſſe poſſeſſionem; ſatìs illud argumento ſit: quòd & Plato, *Zoroaſtris* (ut ait) *ex doctrina*, multis pòſt ſæculis, *ardentes quoſdam & ignitos in Orco tortores eſſe, tradiderit; qui, Tyrannos præcipuè, ſuppliciîs, finem nullum habituris, affligant.* (pppp) Quæ, ſi verè ſic *Zoroaſtres*, & ex animo, docuit: præſcivit utique, quò prudens, volens, ac *vivens vidénſque*, deſcenſurus ipſe quoque foret.

Ee 3

Ruina Zoroaſtris.

Digitized by Google

ret. *Deſcendit* igitur. At interim, *in cœlum ſuſtulerunt* eum ſuperſtitioſi *Perſæ*: DIS illum *Indigetibus* inſerentes; ac, memoriam ejus æternis cœlitum ritibus conſecrantes. Quin, & appellationem in majus extollentes: ſicut BELUM nuper, ORIONEM, noti fulgoris aſtrum, nuncupârant; (qqqq) ità poſtea ZOROASTREN, (rrrr) *velut ab illo DEO tactum*, celebrârunt. Comminiſcebantur enim; Eum, antequam interiret, *Orioni-Belo* ſupplicem factum: ut, igne de ſtellis ſuis jacto, ſe mortalibus ærumnis eriperet. (ſſſſ) Hunc in modum ZOROASTRES quidem, in hac vita, quod voluit, impetravit: inter Deos Semideóſve, quales eſſe poterant DI fabuloſi, relatus; & cinere quoque, per Aſſyriorum ac Perſarum imperium omne, fidelibus urnis, aſſervatô. Quem, ad ſuam ætatem uſque cuſtoditum fuiſſe, Suidas; oſtentatum autem, & opinione plebejâ jactatum, alius quidam, cenſuerunt.

XIV. Id quidquid eſt: ego, de cœlo tactum fuiſſe *Zoroaſtrem*, ſimpliciter, ac ſine præviis ullis, aut invocationibus, aut præſagiis, ac promiſſis, exiſtimo. Cætera; fabulas, ac figmentorum cæremonias, interpretor. Nihil enim, *nec inuſitatum*, *nec indignum eſt*; Hominem *Dæmonolatriæ* mancipatum, igne cœleſti

Digitized by Google

leſti deflagrare. Docuerunt id experimenta nos, exempláque, temporum, noviſſimorum æquè, priſcorúmque. Sic *Tullus* periit *Hoſtilius*, Romanorum rex: quem, commentariis Numæ Pompilii *magicis* evolvendis intentum, cupiditas inceſſerat; auctoris ſacrorum, iiſdem ritibus exprimendîs, imitandi: *Jovémque*, quem illi vocabant Elicium, ſollemnibus occultîs devocandi. Sed perperam, immò, totîs ipſis cæremoniis impietate refertîs, operantem; flamma, de cœlo jacta, cum omni domo conſumpſit. (σ) Sic, Alexandri Severi temporibus, itidem Romæ, *ſacerdotes* Deorum *quatuor*, dum ſub diluculum ſacra Jovi ſuperſtitioſa faciunt; icti fulmine, cœlô ſerenô, cum ara pariter religionéque ſuâ, conflagrârunt. (*tttt*) dies autem ille, tenebris tam ſpiſſis inhorruerat; ut ex urbe fugam, civium plerique, facerent: impendentem Romanis mœnibus, ac tectis, interitum ominati. Sic & *Julianus* imperator, Chriſti ſacrorum deſertor, &, è diverſo, *magicis* implicatus adjurationibus, quas aſſiduò locîs ſubterraneis exercebat: de cœlo tandem eſt ictus; occultâ, nec humanum auctorem agnoſcente, plagâ. Sic, *meâ memoriâ, meóque de contubernio, quo tempore litterarium ludum* puer (*inquit* AMMIRANTIVS) *fre-*

Ruina Zoroaſtris.

frequentabam; condiſcipulorum è numero, grandior quidam, ac, jam pubertate barbam inchoante, juvenis; cùm impuros Naſonis Amorum *libros, in deliciis haberet: iis non contentus, ad pejora (ſicut plerumque fit) paullatim provolutus eſt. Cúmque, fœdas mulierum cupiditates, ad ultrò conſectandum ſe, ſtatueret, ſibi modis omnibus eſſe conciliandas, ac pellicendas: vidimus eum, aliâs quidem in* Antonii Myzaldi, Baptiſtæque Portæ, *vitiatis libris; aliâs, in iis, quæ falsò quondam* Alberto *tribuebantur*, Secretis: *ſæpius autem, & quàm plurimùm, in ejuſcemodi verſari chartis, quibus amuleta, philtra, characteres, ac periapta, præſcribuntur, ad amorem immittendum. Aſpeximus etiam, veſperâ quadam, & exhorruimus; cùm, in querceto, celſiſſimarum quarumque ſtirpium vertices ſcanderet; &, in ilicum fagorúmve culminibus, nidos ſcrutaretur upuparum: cauſſatus, earum cerebella, cognitîs ſibi modis præcantata, quarumcunque mulierum corrumpendis mentibus valere. Plura talia, circa radicum, herbarum, florum, avium, ac quadrupedum vires, explorabat: &, ad inſaniam, admirabatur. Hic talis, demum, aliquot poſt annos, cùm nec* maſculorum *inſons, & inſuper* Viduæ *cujusdam, ſimilibus fortaſſis incantamen-*

Ruina Zoroaſtris.

tamentis captæ, conſuetudine viſcatus eſſe, crederetur; poſtquam ad linteatorum *collegium ſenſim aſpirare cœpit, ac tendere: prohibente* puriſſimi *providentiâ* Numinis *interceptus eſt, in ipſo progreſſu: dúmque, vaccis juxtà paſtoríque, ſub veſperam revertentibus, comes incedit; mediô ferè,* Tanaim *inter ac* civitatem noſtram, *ſpatio, deſuper eſt igne percuſſus, Idibus Auguſtæîs. A quo fulmine, cùm, loco non ità multum ſepoſito, bos item una, vel altera, tacta concidiſſet, ictu ſimplici: juvenis tamen illius vulnus, admirationem commovit ampliorem. Inflictum enim ſincipiti; pilei, quem prælatum geſtârat, marginem omnem redegit in cineres: ſicut oculis egó meis* (inquit) *expertus ſum. Pedis autem ſiniſtri dimidium flamma cœleſtis abſecuit: ac cremavit. Omnia, momentô! multis verò, caſu tam atroci, plurimùm attonitis.* Hæc *Ammirantius*, in eo, quem, *de ſæculi ſui rebus admirandis*, inſcripſit, Libro. Sed, quid in eo laboramus? Sollicitatores ſuos, iræ cœleſtes petunt. Ac, tametſi feriri vel innocentiſſimi quandoque poſſint, utì librorum monimenta *Chriſtiana* nos docent: ex præterita tamen, vel vitâ, vel diſciplinâ flagitioſa, quid ſibi *fulminis* conjectu DEUS æquus voluerit, lucidiùs intelligitur. Abſtineant ergò codicibus, æquè *libi-*

Ruina Zoroaſtris.

libidinem, ac *Tartareas artes*, tradentibus; quotquot degere ſub cœlo tuti volunt: memores, & hujus, quem modò produximus, *Interitûs*; & *Zoroſtris*, quem multis hucusque deſcripſimus: ac, ſuper hos, adoleſcentis illius; qui, noſtrum avorum memoriâ, cùm Lovanii contubernalem eum haberet *Cornelius Agrippa*, ſed tunc abſens; à *Cacodæmone*, faucibus obtortis, ſtrangulatus eſt. Cauſſa tragicæ mortis fuit; quòd in *Libellum*, cui titulus, *Conjurationum*, libens, volens incidiſſet; nec eum, ſine nefaria curioſitate, volutâſſet. (*uuuu*) Recordentur & *Gofridi*, magi præſignis, Galli; qui, noſtrâ non minùs & ipſe tempeſtate, quòd artis damnatæ libris *Petri Goffredi*, patrui ſui, defuncti, ſtudium impendiſſet; Galliarum evaſit potiſſimus, & *Zoroaſtres*, & *Nectanebus*: donec in favillam, infami rogô, deſidéret. (*xxxx*) Laude dignum, acre ſtudium eſt: &, quod civilia quoque fora jactant, *Optima vivendi ratio, diſcendi cupiditas!* (*yyyy*). Sed diſcrimen, in his quoque conatibus, & modus, ac prudentia, cum caſto Numinis metu, ſunt adhibenda. Rei Bonæ, *ſi bona ſit mens*; *Bona pariter eſt & Scientia. Curioſitas autem, rerum etiam bonarum, non bona ſemper: malarum, quantò rariùs? Peſſimarum verò, nunquam,*

Ruina Zoroaſtris.

quam, niſi peſſima. Quapropter, juſtiſſimè Deus, & ſtudioſos talium, & effectores, exſecratur: meritiſſimiſque pœnis proſequitur; non *viventes* modò ſpirantéſque, quod vidimus: ſed interdum & *ſepultos.* Ut proinde, tam in ſcelestos magos, quàm in mœchos incontinentes, illud Jobi (*zzzz*) cadat; *Ad INFEROS uſque, peccatum illorum!*

XV. Recentis memoriæ miraculum eſt, quod adjungo: tertio circiter, à Ratiſponâ, quartóve lapide, mortalibus oſtenſum. Per aliquam multos, ſibi ſuccedentes, annos continuos, in pago noti nominis, quíque Ratisponam ab Euronoto reſpicit; atrociſſimæ tempeſtates æſtivos plerumque menſes exercebant. Cadebant autem *fulmina* quotannis, in *cœmeterii* locum unum eundémque, parietibus templi proximum; & quidem, ſuper tumulum, in quo ſitus *villicus* erat, prædii propinqui cultor quondam, & inſeſſor. Deſcendebat autem flamma ſemper in ipſam ſepulcri profunditatem. Diu mirum id pleriſque, dignúmque cauſſarum indagine, videri. Suas inter ſe, pagani, conjecturas, ac ſuſpiciones, conferre; cùm aliud aliis in mentem, ac buccam, veniret. Sed rei veræ punctum, in divinatione magìs erat, quàm oraculo. Diúque ſic opiniones pependerunt: donec appulit eò

Ruina Zoroaſtris.

pretium conciliatæ ſupremæ victoriæ. Tanquam videlicet & illa fuiſſet capta; quæ Bactrianos omnes, urbémque, calliditate ſuâ cepiſſet. (*kkkk*) Dum autem arcas & ſcrinia ZOROASTRIS abditiſſima quæque, *Ninus*, ac miniſtri, reſerant: dum, quid in ſingulis abſtruſum occultúmque ſit, excutiunt; in monumenta librorum, à ZOROASTRE conſcriptorum, incidunt. Ea dum pervolutant; valentiores longè ſuîs *Chaldaicis* incantationes, & carmina, reperiunt: deprehenſáque tandem *Ninus* cauſsâ, cur ipſe, tantis & copiis, & *geniorum* adjurationibus, adversùs Bactrianas præſtigias, tardiùs profeciſſet; ZOROASTRIS omnia, quotquot tunc nactus eſt, Volumina flammis abolevit (*llll*): nequid ex iis ſibi poſthumi poſſet periculi creari; ſiquis illis adversùm ſe quondam eſſet auſurus uti. Videlicet; non ſuccurrebat regis hujus, (cæteroquin acuti) vel memoriæ, vel conjecturæ: Jam pridem Libros eos, ac plurimîs quidem exemplis, ab aliis eſſe deſcriptos; &, per Bactra Perſidémque, latiſſimè vulgatos, *dum tam ſerò vetantur, ex eo vel maximè commendari: dúmque comburuntur, illuſtrari. SEMPER enim mortales in prohibita flagrantiùs feruntur: & in malum, etiam bonâ lege repreſſum, pejùs anhelatur.*

XII. Dum

Ruina Zoroaſtris.

XII. Dum autem iſta fiunt; ut, ſceleſtorum ope *geniorum*, invulnerabilem agnoſceres virum, Tartaro juratum: ZOROASTRES, ecce, qui pro cæſo mortuóque jacuerat, adhuc ſpirans ac vivus reperitur: ſubitóque, nec exſpectatus ulli, ſoſpes, at à ſatellitio, ſicut res poſcebat, vinctus, ad *Ninum* pertrahitur. Delirant enim, ac plus nimiô *Cacodæmonum* potentiæ tribuunt; qui, *Zoroaſtren duodecimo* demum, à morte, *die*, fabulantur, in vitam fuiſſe revocatum: poſteaquam is in rogum jam, ſubjectis flammis, injectus eſſet. (λ) Qualemcunque tamen, aut quocunque, poſt caſum illum, de quo diximus, articulô temporis reſpirantem; *Ninus* aſſervari voluit, triumphi materiem futurum. Juſsítque, ſecum, rebus omnibus in *Bactriana* compoſitîs, per Perſidem in Aſſyriam reverti; ſive catenîs, (ut veriſimilius eſt) oneratum: ſive liberâ, ſicuti reges ſolent, cuſtodiâ circumſeptum. Ipſe quidem, præfectis impoſitîs, ac deductâ ſecum *Semiramide*, copiiſque; ſe dedit in viam. In ea profectione multa *Zoroaſtres* captivus, cum Perſis; neque pauca, cum Aſſyriis, contuliſſe verba ſecretò, perhibetur. Nec dubitari debet; complures ad eum, in expeditione tanta, ſive diſcipulos, ſive diſcipulorum aſſeclas, confluxiſſe:

Ruina Zoroaſtris.

xiſſe: quos omnes ille, *myſteriis* antehac imbutos, vel ſuis, vel ſuorum; ſuperſtitionibus inſuper novis corroborârit: ad *magicæ* diſciplinæ ſempiternam propaginem. Dixiſſéque nonnihil fertur, conjectantis more, quod, ab eventu poſtea fortuito, creduli mortales pro vaticinio receperunt. Gravis utique victori *Nino Zoroaſter*, etiam captivus, erat: ſed eò tolerabilior, quia, *quàm victus*, *tam vinctus*: &, quoniam (ut opinor) talis hominis cervicibus illatam mortem, vel irritam putaret; vel, noxiam ſibi fore, metueret. In quem igitur diſtringere vindictam *homines* dubitabant: iracundiam ſuam exoneravit *Numen*. Et expediebat ſanè, ſi non & neceſſarium erat; ab inveterata, tot annorum, immò verò ſæculorum, malitiâ, pœnas tandem expeti manifeſtas: ac, quod in *antris* diu Zoroastres exercuerat, ſummam per *impunitatem*; id, publicum tandem in *Solem*, produci, per *vindictam*. Sic enim & illarum tunc ætatum populos, qui veri Numinis timorem, ac religionem, à ſe vel maximè longiſſiméque projecerant; redúci, conveniebat, ſi vellent ad officium: aut, ſi recuſárent, ad caſtigationis exemplum. Unde fiebant, & qui delinquere perſeverabant *inexcuſabiles*: &, qui punitorum veſtigiis inhære-

hærerent, immiſerabiles; ac, ſuô quoque teſtimonio, perire digniſſimi. Quis enim, niſi planè demens, in poſterum, inter mala non numeraret facinus illud; cujus tam malum viderit, audierítque, vel legerit, eventum? Aut, cui mortalium immortaliúmve ſuam probaret cauſſam, trahendus ad pœnam, ob id; cujus, jam in altero, præceſſiſſe ſpecimen, cognôſſet: nec tamen vitare pœnæ cauſſam ſtuduiſſet? Quámnam hic talis, aut quâ fronte, prætexat inſcientiam? cùm & in *Civili* foro non audiatur, qui ſe dicat, *ignorare*, *quæ tractavit*: (*mmmm*), &, in cujus, vel diſciplinæ profeſſione, vel negotii, fuerit uſu verſatus? Verùm, hæc hactenus; ad *divinorum*, in ſceleſtos, *judiciorum* æquitatem commonſtrandam. Zoroastres igitur, obducto, die quadam, ſpiſſis nubibus omni cœlo, crebríſque micantibus fulgétris, ac formidandis tonitruîs aëre mugiente; dum trepidant alii, ſuóque quiſque capiti metuit, immiſſo divinitus (*nnnn*) igne, ſolus in agmine *fulminatur*: repentináque depaſtus flammâ, redigitur funeſtam in favillam (*oooo*). Id, in Perſide jam conſtitutô *Nino*, Niníque copiis, accidiſſe; magni nominis ex auctoribus colligitur: *Gregoriô* præſertim, *Turonenſium* antiſtite; qui, libri, de Fran-

Ruina Zoroaſtris.

corum geſtis, primi, quinto capite, *tranſiiſſe Zoroaſtren ad Perſas*, memorat. Quod de regis *Nini*, ſuam in Aſſyriam, per fines Perſidis, remeantis, expeditione, ſine controverſia capiendum eſt.

XIII. Fulminato ZOROASTRE; nequid ex magiſtri diro caſu, ſive diſcipulis hæreret infamiæ, ſive diſciplinæ *magorum*; cujus inſtitutor ipſe princépsque fuiſſet: diſpersêre per omnes latè Perſas, Aſſyrióſque, famam; *Idipſum, nec aliud ullum, mortis genus, precatum à DIS frequenter eſſe ZOROASTREN.* Prædixiſſe quoque; voti compotem ſe futurum; ac monuiſſe; *Curæ cinerem ſuum, ac venerationi, ſemper haberent: nec unquam ejus adſervandi religionem interrumperent. Fatorum enim æternâ lege, gentibus illis ſtabile fore, perpetuúmque, regnum; quæ gentes, præ cæteris Orientis nationibus, ZOROASTRIS cadaveris pulverem cuſtodîſſent.* Id autem, ſive commenti *Perſæ* tum fuerint, aſtutô mendaciô rebus ſuis cauturi; ſive potiùs id verè ZOROASTRES, in vivis adhuc agens, mandârit: à narrationis probabilitate neutrum admodum alienum eſt. Nam & *Magis* familiarius nihil eſt, figmentis, ac ludibriis; & ipſe ZOROASTRES, tot ſcelerum multitudine, moléque, conſcien-

tiam

Ruina Zoroaſtris.

Digitized by Google

tiam perurgente, cum aliud nihil, pro meritis, niſi tetrum ac funeſtum, exſpectare poſſet; quid vetat, quò minùs quàm *celerrimum* ſibi vitæ ſit exitum precatus? &, *atris* ab *geniis*, talis interitûs, cujus ipſi poſſent ac vellent opifices eſſe, promiſſum acceperit? In hunc modum, depactîs omnibus; *vaticinari* Mago facillimum fuit. Plenum autem fraudis, pleniſſimum ambitionis ſacrilegæ, fuit iſtud: quòd fulminandi *corporis reliquias*, & in perpetuo voluerit honore collocatas; &, tanquam *Imperii* ſibi *fatum* haberent affixum, ſacras cœleſtéſque credi. Deteſtabilem utique *veneficum*! quique, vel ob hanc ſolam noviſſimam pravitatem, ſi cætera flagitia defuiſſent omnia, promeruerit; ad incendia *Tartari* ſempiterna, *fulmine* deturbari. Quorum *Tartari* ſuppliciorum, illum haud planè rudem, aut inſcium, neque prorſus hoſpitem, adiiſſe poſſeſſionem; ſatìs illud argumento ſit: quòd & Plato, *Zoroaſtris* (ut ait) *ex doctrina*, multis pòſt ſæculis, *ardentes quoſdam & ignitos in Orco tortores eſſe, tradiderit; qui, Tyrannos præcipuè, ſuppliciîs, finem nullum habituris, affligant.* (*pppp*) Quæ, ſi verè ſic *Zoroaſtres*, & ex animo, docuit: præſcivit utique, quò prudens, volens, ac *vivens vidénſque*, deſcenſurus ipſe quoque fo-

Ruina Zoroaſtris.

ret. *Deſcendit* igitur. At interim, *in cœlum ſuſtulerunt* eum ſuperſtitioſi *Perſæ*: DIS illum *Indigetibus* inſerentes; ac, memoriam ejus æternis cœlitum ritibus conſecrantes. Quin, & appellationem in majus extollentes: ſicut BELUM nuper, ORIONEM, noti fulgoris aſtrum, nuncupârant; (*qqqq*) ità poſtea ZOROASTREN, (*rrrr*) *velut ab illo DEO tactum*, celebrârunt. Comminiſcebantur enim; Eum, antequam interiret, *Orioni-Belo* ſupplicem factum: ut, igne de ſtellis ſuis jacto, ſe mortalibus ærumnis eriperet. (*ſſſſ*) Hunc in modum ZOROASTRES quidem, in hac vita, quod voluit, impetravit: inter Deos Semideóſve, quales eſſe poterant DI fabuloſi, relatus; & cinere quoque, per Aſſyriorum ac Perſarum imperium omne, fidelibus urnis, aſſervatô. Quem, ad ſuam ætatem uſque cuſtoditum fuiſſe, Suidas; oſtentatum autem, & opinione plebejâ jactatum, alius quidam, cenſuerunt.

XIV. Id quidquid eſt: ego, de cœlo tactum fuiſſe *Zoroaſtrem*, ſimpliciter, ac ſine præviis ullis, aut invocationibus, aut præſagiis, ac promiſſis, exiſtimo. Cætera; fabulas, ac figmentorum cæremonias, interpretor. Nihil enim, *nec inuſitatum, nec indignum eſt*; Hominem *Dæmonolatriæ* mancipatum, igne cœleſti

Ruina Zoroaſtris.

leſti deflagrare. Docuerunt id experimenta nos, exempláque, temporum, noviſſimorum æquè, priſcorúmque. Sic *Tullus* periit *Hoſtilius*, Romanorum rex: quem, commentariis Numæ Pompilii *magicis* evolvendis intentum, cupiditas inceſſerat; auctoris ſacrorum, iiſdem ritibus exprimendîs, imitandi: *Jovémque*, quem illi vocabant ELICIUM, ſollemnibus occultîs devocandi. Sed perperam, immò, totîs ipſis cæremoniis impietate refertîs, operantem; flamma, de cœlo jacta, cum omni domo conſumpſit. (σ) Sic, Alexandri Severi temporibus, itidem Romæ, *ſacerdotes* Deorum *quatuor*, dum ſub diluculum ſacra Jovi ſuperſtitioſa faciunt; icti fulmine, cœlô ſerenô, cum ara pariter religionéque ſuâ, conflagrârunt. (*tttt*) dies autem ille, tenebris tam ſpiſſis inhorruerat; ut ex urbe fugam, civium plerique, facerent: impendentem Romanis mœnibus, ac tectis, interitum ominati. Sic & *Julianus* imperator, Chriſti ſacrorum deſertor, &, è diverſo, *magicis* implicatus adjurationibus, quas aſſiduò locîs ſubterraneis exercebat: de cœlo tandem eſt ictus; occultâ, nec humanum auctorem agnoſcente, plagâ. Sic, *meâ memoriâ, meóque de contubernio, quo tempore litterarium ludum* puer (*inquit AMMIRANTIVS*) *fre-*

Ruina Zoroaſtris.

frequentabam; condiſcipulorum è numero, grandior quidam, ac, jam pubertate barbam inchoante, juvenis; cùm impuros Naſonis Amorum *libros, in deliciis haberet: iis non contentus, ad pejora (ſicut plerumque fit) paullatim provolutus eſt. Cúmque, fœdas mulierum cupiditates, ad ultrò conſectandum ſe, ſtatueret, ſibi modis omnibus eſſe conciliandas, ac pellicendas: vidimus eum, aliàs quidem in* Antonii Myzaldi, Baptiſtæque Portæ, *vitiatis libris; aliâs, in iis, quæ falsò quondam* Alberto *tribuebantur*, Secretis: *ſæpius autem, & quàm plurimùm, in ejuſcemodi verſari chartis, quibus amuleta, philtra, characteres, ac periapta, præſcribuntur, ad amorem immittendum. Aſpeximus etiam, veſperâ quadam, & exhorruimus; cùm, in querceto, celſiſſimarum quarumque ſtirpium vertices ſcanderet; &, in ilicum fagorúmve culminibus, nidos ſcrutaretur upuparum: cauſſatus, earum cerebella, cognitîs ſibi modis præcantata, quarumcunque mulierum corrumpendis mentibus valere. Plura talia, circa radicum, herbarum, florum, avium, ac quadrupedum vires, explorabat: &, ad inſaniam, admirabatur. Hic talis, demum, aliquot poſt annos, cùm nec* maſculorum *inſons, & inſuper* Viduæ *cujusdam, ſimilibus fortaſſis incantamen-*

Ruina Zoroaſtris.

tamentis captæ, conſuetudine viſcatus eſſe, crederetur; poſtquam ad linteatorum *collegium ſenſim aſpirare cœpit, ac tendere: prohibente* puriſſimi *providentiâ* Numinis *interceptus eſt, in ipſo progreſſu: dúmque, vaccis juxtà paſtoríque, ſub veſperam revertentibus, comes incedit; mediô ferè*, Tanaim *inter ac* civitatem noſtram, *ſpatio, deſuper eſt igne percuſſus, Idibus Auguſtæîs. A quo fulmine, cùm, loco non ità multum ſepoſito, bos item una, vel altera, tacta concidiſſet, ictu ſimplici: juvenis tamen illius vulnus, admirationem commovit ampliorem. Inflictum enim ſincipiti; pilei, quem prœaltum geſtârat, marginem omnem redegit in cineres: ſicut oculis ego meis* (inquit) *expertus ſum. Pedis autem ſiniſtri dimidium flamma cœleſtis abſecuit: ac cremavit. Omnia, momentô! multis verò, caſu tam atroci, plurimùm attonitis.* Hæc *Ammirantius*, in eo, quem, *de ſæculi ſui rebus admirandis*, inſcripſit, Libro. Sed, quid in eo laboramus? Sollicitatores ſuos, iræ cœleſtes petunt Ac, tametſi feriri vel innocentiſſimi quandoque poſſint, utì librorum monimenta *Chriſtiana* nos docent: ex præterita tamen, vel vitâ, vel diſciplinâ flagitioſa, quid ſibi *fulminis* conjectu DEUS æquus voluerit, lucidiùs intelligitur. Abſtineant ergò codicibus, æquè *libi-*

Ruina Zoroaſtris.

Digitized by Google

libidinem, ac *Tartareas artes*, tradentibus; quotquot degere ſub cœlo tuti volunt: memores & hujus, quem modò produximus, *Interitûs*; & *Zoroſtris*, quem multis hucusque deſcripſimus: ac, ſuper hos, adoleſcentis illius; qui, noſtrum avorum memoriâ, cùm Lovanii contubernalem eum haberet *Cornelius Agrippa*, ſed tunc abſens; à *Cacodæmone*, faucibus obtortis, ſtrangulatus eſt. Cauſſa tragicæ mortis fuit; quòd in *Libellum*, cui titulus, *Conjurationum*, libens, volens incidiſſet; nec eum, ſine nefaria curioſitate, volutâſſet. (*uuuu*) Recordentur & *Gofridi*, magi præſignis, Galli; qui, noſtrâ non minùs & ipſe tempeſtate, quòd artis damnatæ libris *Petri Goffredi*, patrui ſui, defuncti, ſtudium impendiſſet; Galliarum evaſit potiſſimus, & *Zoroaſtres*, & *Nectanebus*: donec in favillam, infami rogô, deſidéret. (*xxxx*) Laude dignum, acre ſtudium eſt: &, quod civilia quoque fora jactant, *Optima vivendi ratio, diſcendi cupiditas!* (*yyyy*). Sed diſcrimen, in his quoque conatibus, & modus, ac prudentia, cum caſto Numinis metu, ſunt adhibenda. Rei Bonæ, *ſi bona ſit mens*; *Bona pariter eſt & Scientia. Curioſitas autem, rerum etiam bonarum, non bona ſemper: malarum, quantò rariùs? Peſſimarum verò, nunquam,*

Ruina Zoroaſtris.

Digitized by Google

quam, niſi peſſima. Quapropter, juſtiſſimè Deus, & ſtudioſos talium, & effectores, exſecratur: meritiſſimiſque pœnis proſequitur; non *viventes* modò ſpirantéſque, quod vidimus: ſed interdum & *ſepultos.* Ut proinde, tam in ſceleſtos magos, quàm in mœchos incontinentes, illud Jobi (zzzz) cadat; *Ad INFEROS uſque, peccatum illorum!*

XV. Recentis memoriæ miraculum eſt, quod adjungo: tertio circiter, à Ratiſponâ, quartóve lapide, mortalibus oſtenſum. Per aliquam multos, ſibi ſuccedentes, annos continuos, in pago noti nominis, quíque Ratisponam ab Euró-noto reſpicit; atrociſſimæ tempeſtates æſtivos plerumque menſes exercebant. Cadebant autem *fulmina* quotannis, in *cœmeterii* locum unum eundémque, parietibus templi proximum; & quidem, ſuper tumulum, in quo ſitus *villicus* erat, prædii propinqui cultor quondam, & inſeſſor. Deſcendebat autem flamma ſemper in ipſam ſepulcri profunditatem. Diu mirum id pleriſque, dignúmque cauſſarum indagine, videri. Suas inter ſe, pagani, conjecturas, ac ſuſpiciones, conferre; cùm aliud aliis in mentem, ac buccam, veniret. Sed rei veræ punctum, in divinatione magìs erat, quàm oraculo. Diúque ſic opiniones pependerunt: donec appulit

eò

Ruina Zoroaſtris.

eò tandem, qui certâ fide, juratúſque, cauſſam indubitabilem adferret, & in acta mitti publica juberet; *Hic*, inquit, *cujus cadaver per tot jam æſtates de cœlo petitur, vir ſacrilegus fuit; &, tàm ad audendum quidvis, quàm ad propalandum, projectus. Is, me quondam coràm, cæteríſque* (quos nominabat) *contribulibus, jactavit;* Dominicum ſe Chriſti Corpus, *Sacerdotis de manibus acceptum, ac ſubdolè poſtea reconditum, pedis ſui ſuræ diſciſſæ, cum carminibus, inſuiſſe; tamdiu circumligato crure, quoad vulnus, obductâ per cutem* Euchariſtiâ, *coaluerit. Id valere, & ad vulnera, ferríque vires eludendas; & ad copioſum, in luſu, quæſtum comparandum: aliáque præterea complura.* Quibus ille ſic narratis, adjecit; *In his vixiſſe ſceleſtum hominem: in his artibus, etiam extinctum eſſe.* Cùm autem idipſum & illi, quos narrator hic pro teſtimonio laudârat, affirmaſſent univerſi; qui verum priùs, criminis atrocitate deterriti, diſſimulârant; refoſſum cadaver impium eſt: inſpectúſque pes ille, qui ſupererat, incantatus: deprehenſa tam immanis impietatis aperta veſtigia; veneficúmque corpus (ni fallor) in cineres redactum *flammis* eſt: ut *flammæ* deinceps *cæleſtes* conquieſcerent. Id, quod & impetratum eſt. En, igitur, ut, vivum æquè mortuúmque

Ruina Zoroaſtris.

Digitized by Google

que *magum*, & quoſcunque, cum *Tartaro* damnatîs artibus colludentes, ira *Dei fulminatoris* perſequatur! Nec id immeritò. Quæ namque *jura* non iraſcuntur illis? *Naturalia* quidē certè, vel barbaris, id dictant? Alienum ab Hominis eſſe conſuetudine, *Dæmonis* commercium. *Divina*, maleficos, incantatores, augures, divinos, hariolos, aruſpices, conjectores, pythonum conſultores, pythoniſſas, ac necromantas, diris omnibus devovent (*aaaaa*): gentem, ejusmodi ſtudia complectentem, *projiciunt* (*bbbbb*). Adversùs eos, *qui declinant ad ariolos*, *faciem* obfirmant. (*ccccc*) *Maleficos*, in vivis retineri, vetant (*ddddd*): Et, ſi parcant mortales, ſe non parſura, jurant: ſed eos *interfectura*, *de medio populi ſui.* (*eeeee*) Poſt hanc autem decurſam vitam, *Timidis* ſuperſtitionum aſſeclis, ac *Veneficis*, *ſtagnum*, *igne ſulphuréq;* bulliens, minatur *Deus*; & præſtat (*fffff*). *Canonica* verò *decreta*, Magos, vulgò *Maleficos* nuncupari, contendunt: *ob ipſam facinorū magnitudinem* (*ggggg*). In *ligaturis*, quas vocant, exſecrabilium remediorum; in *Hydromanticis*, *necromanticis*, *præcantamentis & characteribus*, cæteríſque præſtigiis omnibus; *Artem eſſe Dæmonum*, clamant: *ex peſtifera quadam hominum & Angelorum malorum ſocietate progenitam.* Divinatores,

tores, ob deteſtationem criminis, *ab Accuſandi jure repellunt.* (*hhhhh*) Qui rigor & in eos extenditur; quicunque, per quamvis cauſſam, *ad magos, ac ſortilegos, concurſant*: ſacris denique, vivos ac ſepultos, interdici jubent. (*iiiii*) Quippe; quorum, etiam dum adhuc in vivis verſantur, *ſpes inter mortuos æſtimetur* (*kkkkk*), cum idololatris, &, *quorum omnis inquiſitio, curatióq;*, (*lllll*) *quæ vel à divinis magicíſque petitur artibus, vel à dæmonibus ipſis, mors ſit potiùs, quàm vita, dicenda.* Quo fiat, ut, qui ſectantur iſta, *ſempiternū ad interitum tendant.* Quibus, quid dici *gravius* triſtiúſq; poſſit? Quid autem & *verius*? Idéoque ſanctionibus quoque Civilibus, *Ars*, (qualis Zoroastri fuit) pravè *Mathematica, Divinationibúſq;* curam impendens, *damnabilis*, & interdicta, pronuntiatur. (*mmmmm*) Num mirum igitur, ſi rogis in eam, ac ferrô, forcipibúſque, lege Cæſarum, animadvertatur? Ad ſummam! Nefas. qnod *Deum* ejurat; quod *Hominibus* ac naturæ bellum indicit; quod *inferos* denique *genios* ſibi *Deos* conſtituit; nónne fas eſt, ut à *Numine*, fulminibus; ab *homine*, flammarum ſuppliciis; à *Tartaro*, tormentorum æternitate, plectatur?

Verùm, iſta ſuper Zoroastris vita, moribus, & interitu, dicta ſint hactenus.

Periit

Ruina Zoroaſtris.

Periit autem, circa mundi conditi, bis milleſimum quadrageſimum quartum, annum: (nnnnn) *flammis*, hîc accenſis *in exemplum*; illic duraturis, in divini *juris explementum*.

AVCTORES.

(A) *Alii, in Recto*, Zoroaſter, ri, *per ſecundam Declinationem, dicunt. In quibus eſt Lilius Gyraldus, ex Martiano, de DIS gentium, ſyntagmate 7. verbo*, μίτρας: *non ſemel. & ſyntagmate 15. verba*, σανᾶδλαι. *Joann. item Goropius Becanus, in Originibus Antvverpianis, libro 9. bis. Gentianus Hervetus, Commentario, in librum 1. Stromatum Clementis Alexandrini. Et ipſe Clementis interpres Latinus, libro 5. Stromatum. Joannes item, de Buſſieres, Floſculorum hiſtoric. Parte. 1. aliíque complures. Græcè tamen ſcribitur*, Ζωροαςρής, *per primam Græcorum pariſyllabicam; ac primam tertiámque Latinorum inflexionem. Quam & ego proinde retinui.* (b) *Carolus Stephanus, verbo*, Zoroaſtres; *ex Ariſtotelis, ut ipſe ait, libro: quem inſcripſit*, Magicum. (c) *Guilielmus Budæus, & Cælius Rhodiginus, in Lexico, v.* Ζωρὸς, ἐ. ὁ. vinum merum. (d) *S. Gregorius Turonenſis lib. 1. hiſtor. Francor. cap. 5. & Clemens, ll.* recognitionum. *cita-*

Ruina Zoroaſtris.

citatus à Martino Delrio, Magicar. diſquiſit. lib. 1. c. 3. (e) *Gentianus Hervetus, Commentario, in librum* 1. *Titi Flavii Clementis, Alexandrini, Stromatum.* (f) *Libro* 2. *titulo*, Ninus. (g) *Martin. Delrius, diſquiſitionum lib.* 1. *c.* 3. *qui tamen* Chaldæum *Zoroaſtren*, à Bactriano *ſubdubitanter diſtinguit: dum addit particulam*, fortè. *Arnobius quoque apud illum, l. contra gent.* (h) *Joan. Goropius Becanus, in Originibus Antvverpianis, libr.* 2. *ex Clemente Alexandrino quem vide, libro* 5. *ſtromatum, ex Platone lib.* 10. *de republ. Ibidem, etiam ipſum, de ſe, Zoroaſtren: qui ſe* Heri Armenii filium *nominat. cùm interim Raphaël Volateranus* Oromaſi filium *dicat, apud Theodorum Zvvingerum, Theatri Vitæ humanæ volumine ſecundo, libróque* 7. (i) *Vide Delrium, lib. cit. ex Arnobio,* (k) *libro* 30. *cap.* 1. (l) *Sic plerique ſcribunt, n, litterâ geminatâ: etiam ipſe Plinius. At Stephanus,* Proconéſon, *n, ſimplici.* (m) πρώξ *namque,* προωκὸς, ὁ, *linguâ Doricâ,* ROREM *ſignat.* (*Budæus.*) ἡ νῆσος *autem* νήσου, *Inſulam.* (n) *Plinius lib.* 30. *c.* 1. (o) *vide Jacob. Salianum, in annum Mundi* 3706. *num.* 2. (p) *Libro.* 1. *diſquiſit. c.* 3. *ubi, poſt* Sex *allatos Zoroaſtras, addit tandem*: Omnes hi Magi fuêre. (q) *S. Epiphanius, ſub initium Panarii: & Salianus*

nus, in annum Mundi 1694. (r) *S. Gregor. Turonenſ. l. hiſtoriæ Francorum; tractus in opinionem illam à Scriptoribus quibuſdam Græcis; qui* Zoroaſtren, *eundẽ eſſe cum* Nemrodo, *ſeu* Belo, *crediderunt.* (ſ) *S. Hieronymus: & ex Joſepho, l. 1. Antiquitat. c. 6.* (t) *Clemens l. 1. Stromat.* Perſoméden *verò, Conradus Lycoſthenes, & Joſias Simlerus, nominant, in bibliotheca Conradi Geſſneri.* (u) *Commentario, in libr. 1. Stromat. Clementis.* (x) *D. Clemens, lib. 4. Recognitionum: apud Delr. l. 1. c. 3. Interim, Raphaël Volaterranus,* Oromaſi *fuiſſe filium, tradit: incertum, quo, ante ſe, auctore?* (y) *Carol. Stephanus, in Zoroaſtre.* (z) *De* Riſu, primo die facto, *Plinius, lib. 7. cap. 16. ut & de palpitatione cerebri illius, ac, de præſagio futuræ illius Scientiæ.*

(AA) *Joannes de Buſſieres, Floſculorum hiſtor. delibatorum, Parte 1. cap. 3.* (bb) *D. Clemens Recognition. 4. de Angelis peccatoribus.* (cc). *verba S. Clementis, loc. cit.* (dd) *Delrius libro 1. diſquiſ. cap. 3.* AZONAZEM *nominat. & ſic potiùs loquendum, legendúmque apud Plinium quoque, cenſerem: cùm barbaræ gentium illarum linguæ magìs conſentiat.* (ee) *Apud Plin. l. 30. c. 1.* (ff) *Plinius libro XI. cap. 42. ad fin. & ex eo, Joan. Guilielm. Stukhius l. 2. conuivaliũ antiquitat. De Zoroaſtris porrò Aſtro-*

Ruina Zoroaſtris.

nomiæ ſtudio, de quo mox ſermo eſt, Juſtinus etiam narrat, libro primo hiſtoriarum. (*) *Ariſtoteles, in libro, quem inſcripſit,* Magicum, *Carolo Stephano teſte: in Zoroaſtre.* (**) *Suidas; & Conradus Lycoſthenes, in biblioth. Geſsneri. Et quidem Suidas*, Sapientiâ ſuperiorem aſtronomîs *fuiſſe, dicit.* (gg) *In caput 11. Geneſ. apud Carol. Stephanum, in Zoroaſtre.* (hh) *Sub initium Panarii.* (ii) *S. Gregor. Turonenſ. l. 1. de geſt. Franc. c. 1.* (kk) *alii plerique* Mithram, *per aſpiratam, ſcribunt. Lilius Gyrald. Syntagmate 7. de DIS gentium, ſine aſpiratione,* μίτρας, *non* μίϑρας. (ll) *Q. Curtius Ruffus, lib. 3. de geſt. Alexandri Macedonis.* (mm) *Plutarchus, in libro Iſidis, & Oſiris; apud Gyrald. Syntagm. 7. verb.* μίτρας. (nn) *Suidas*, Oromagdam; *at Agathias, lib. XI. hiſtoriar.* Ormiſdátim, *vocant.* (oo) μεσίτlω, mediatorem, & Interceſſorem *Budæus vertit.* (pp) *Heſychius, apud Gyrald. ſyntagm. 7.* (qq) *Xenophon, in Oeconomico, & oratione Cyri Junioris, ad Perſas.* (rr) *Lilius Gyrald. Syntagm. 7. id tribuit Eubúlo hiſtorico.* (ſſ) *Porphyrius Philoſophus, in commentario Antri Nympharum, ex Odyſſeæ 13. & Martianus, ad Solem.* (tt) *Porphyrius, ex Eubulo: apud Gyrald. ſyntagm. 7.* (uu) *Idem Porphyrius, ibid.* (xx) *Ex Oſthâne, & Lactantio Grammatico, Gyraldus affert,*

affert, ſyntagm. 7. Quod autem Diem, ac Noctem, geminum illud Bovis cornu ſignificabat: id nimirum hieroglyphicum erat. (yy) *Apud eos namque populos omnes, cultum fuiſſe; S. Epiphanius adſtruit, & alii, apud Gyrald. ſyntagm. cit.* (zz) *Duris, lib. 7. apud Athenæum.*

(Aaa) *Joſias Simlerus, in bibliotheca Geſsneri.* (bbb) *Plinius lib. 18. cap. 24.* (ccc) *Suidas, V.* Zoroaſtres, Prædictionum *Libros citat.* (ddd) *libro 23. citatus & ab Herveto Aurelianenſi, in Clementis Alexandrini Stromatum, Librum 5.* (eee) *Apud Plinium, libro 30. cap. 1.* (fff) *Gyraldus, Syntagmate 15. V.* σανᾶδαι. (ggg) *Pariſiis, anno 1538. apud Lodoicum Tiletanum. Conradus Lycoſthen. in bibliothecam Geſsneri.* (hhh) *Martinus Delrius, Diſquiſition. l. 1. cap. 3.* (iii) *Carolus Stephanus, in Zaroaſtre.* (kkk) *Euſebius libr. 1. de præpar. Evangelica.* (lll) *Gentianus Aurelianenſis, Commentar. in Clem. Alexandrini libr. 1.* (mmm) *Plinius l. 30. cap. 1. ſub ipſum initium; dum dicit*, Inter Auctores convenire. (nnn) *2. Timoth. 3. v. 8. de quorum* ſepulcro magico, *vide Ruffinum l. 2. vitæ SS. Patrum, c. 29. & l. 8. ejuſdem operis, ex Palladio, capite 19. &c.* (ooo) *Libro 30. cap. 1. ad fin. ex Hoſthánc Perſâ, Zoroaſtris ſectatore.* (ppp) *Natalis Comes, & Gyrald. ll. cit.* (qqq) *Gentia-*

Ruina Zoroaſtris.

nus Hervetus, commentario, in librum 1. Clementis Stromatum. (rrr) *Vide Delrium libro 1. diſquiſitionum. c. 3. ex Minucio, Epiphanio, & Euſebio.* (ſſſ) *De his omnibus, videri poteſt Salianus, Annal. Eccleſiaſtic. tom. 1. ad annos Mundi, 1996. n. 3. & 1997. n. 3. & Diodorus Siculus, lib. 1. Juſtinus item lib. 1. & alii.* (ttt) *Salianus ipſe, in ea eſt ſententia; ad ann. Mundi 2000. n. 3. Diſtulit tamen id S. Hieronymus, uſque ad victum jam deletúmque Zoroaſtrem. Id, quod confirmaret ſententiam eam, quâ ſuprà retuli, in* Turri Babylonica; *ad templi Belæi conſummationem, etiam Semiramidis operam interveniſſe, tam vivo, quàm extincto, marito Nino.* (uuu) *De his, qui plura volet, Q. Curtium inſpiciat, lib. 7. de geſtis Alexandri M. c. 4. & Abrahamū Ortelium, in tabula Expeditionis Alexandri M. Oneſicritum, apud Carolum Steph. in* Zoroaſtre. (xxx) *Euſebius, apud Salianum, anno Mundi 2044.* (yyy) *Diodorus Siculus, lib. 1. & Juſtin. item lib. 1.* (zzz) *Salian. Ann. M. 2044. n. 2. dicit, id probabile: cùm* ancipiti (*inquit*) aliquamdiu Marte pugnaverint.

(Aaaa) *Joan. Gorop. Becanus, in Originibus Antvverpianis, libro 9.* (bbbb) *4. reg. 3. verſ. 27.* (cccc) *Ovid. 8. metamorph. fab. 1. de Scylla, Niſo, & Minoë.* (dddd) *Ajmoinus, de geſtis Fran-*

Digitized by Google

Francorum, libr.4.c.5. (eeee) Dolum *nominat Joan. Gorop. Becanus, Originum Antvverpianarum libro 9. At,* Induſtriam, *Salianus Ann.M. 2004. num. 2. Ego de hoc plura infrà, in* Semiramide. (ffff) *Libro. 1.* (gggg) *Gorop.Becanus: lib. 9.Origin. Antvverp.* pugnantem, *ait,* occubuiſſe, mortis genere clariſſimo, & omnibus fortibus viris imitando. *Sed id* πανηγυρικῶς *magìs, ſuo more, quàm, ex rigore veritatis hiſtoricæ. Parciùs, atque ſimpliciùs, cæteri* (*ut Joann. Cluverus, lib. 2. Epitomês*) Occiſum, *dicunt. Joan. autem de Buſſieres, in Floſculis hiſtoriarum delibatis, Parte* 1. dubitat, *ac prudenter ſanè*; Ferróne ſit cæſus in acie? *Cæteri, magno conſenſu,* FULMINE DELETUM, *tradunt.* (hhhh) *Juſtini verba plura non ſunt, de exitu Zoroaſtris ex hac vita, quàm hæc duo; HOC OCCISO.* (iiii) *Clemens Alexandrinus lib. 5 Stromatum, ſuiſmet verbis hæc narrat, è Platone.* (kkkk) *Jacobus Salianus, num.2.in Ann.Mundi 2044.ex Diodoro, & Cteſiâ.* (llll) *Carol. Stephanus, in Zoroaſtre.* (λ) *apud Platon. l.*10.*de rep. & Clem. Alex. l. 5. Stromat.* (mmmm) *In proœmio ff. & ff. ad Senatuſc. Velle. l. quanquam.* (nnnn) *Verba ſunt S. Gregorii Turonenſ. lib.1. de geſtis Francor. cap. 5. Vide & Salianum, in Annum Mundi 2044. n. 6. & alios,*

 paſſim

Ruina Zoroaſtris.

paſſim. (oooo) Fulmine extinctum, *præter S. Gregor. Turonenſem, tradiderunt etiam, Suidas, & Chronicon Alexandrinum; Carol. item Stephanus, & Joann. de Buſſieres, parte 1. Floſcul. éſtque communior Sententia.* (pppp) *Apud Goropium.in Originib. Antuuerpianis, libro 2.* (qqqq) *Vide Salian. in annum M. 1996. num.1.* (rrrr) ὡριωνόϐλητον. (ſſſſ) *Chronicon Alexandrinum citat Salianus, num. 3. in Annum Mundi 2044.* (σ) *Livius, decad. 1. lib. 1, Plutarchus, in Numa. Valer. lib. 9. c. 11. Plin. lib. 28. c. 2. ex L. Piſone.* (tttt) *Lampridius, in Alexandro.* (uuuu) *Delr. l. 2. Diſquiſit. q. 29. Sect. 1.* (xxxx) *Franciſcus Roſetus; Martin. Zeilerus, in* theatro Tragico; *& Gabriel Bartholom. Gramondus, lib. 1. hiſtoriar. Galliæ.* (yyyy) *l. apud Julian. ff. de fidecomm. liber.* (zzzz) *Jobi 24. verſ. 19.*

(Aaaaa) *Iſaiæ 4. Eccleſiaſtici 34. Deuteron. 18.* (bbbbb) *Iſa. 2. v. 6.* (ccccc) *Levitici 20. v. 6.* (ddddd) *Exodi 22. v. 18.* (eeeee) *Levit. 20. v. 6.* (fffff) *Apocalypſ. 21. v. 8.* (ggggg) *Decreti 2. p. Cauſſ. 26. q. 5. Nec mirum.* (hhhhh) *Decreti 2. p. Cauſſ. 2. q. 8. quisquis.* (iiiii) *Decret. 2. p. Cauſſ. 26. quidam.* (kkkkk) *Sapient. 13. v. 10.* (lllll) *Decret. 2. p. Cauſſ. 26. q. 2. qui ſine.* (mmmmm) *C. de male. & mathe. l. 2.*

(nnnnn)

Ruina Zoroaſtris.

Digitized by Google

(nnnnn) *Salianus, in eundem annum. Deniq;, de Zoroaſtre ſcribit, apud Benedictum Pererium l. 1. de Magia, cap. XI. Hugo, de S. Victore, in ſenſum ferè noſtrum. l. 6. Eruditionis Didaſcalicæ cap. 5.* Magicæ Repertor primus, creditur Zoroaſtres, rex Bactrianorum. Hunc poſtea Ninus, rex Aſſyriorum, bello victum, &c. ejúsque codices, artibus maleficiorum plenos, igne cremari fecit.

RUINA VII.

Quæ fuit,

REGINÆ SEMIRAMIDIS.

BREVIARIUM CAPITUM.

I. *Urbis Aſcalonis, & Lacûs Aſcalonitæ, brevis; ſed, ad narrationem ſequentem, utilis, Deſcriptio.*

II. *Décreto, mulier Philiſthæa, pudore corruptæ virginitatis, & illegitimi partûs editi; filiolam exponit in locis deſertis. Ipſa, in lacum Aſcaloniten inſiliens; poſt mortem, parte ſui inferiore, Piſcis; ſuperiore verò mulier, eſſe creditur: & una Dearum lacuſtrium.*

RuinaReginæ Semiramidis.

Digitized by Google

III. *Puellam expoſitam, ac, medias inter columbas, inventam, paſtor aſportat: ac Simmæ cuidam donat. Is educat; & Semiramidem nominat. Cujus appellationis, quæ cæteris verior ſit interpretatio; controvertitur: & falſa, de patre ejus patriáque, opinio, ſubmovetur.*

IV. *Semiramidis præclaræ naturæ dotes. Earum beneficio, è Syria abducitur Niniven, à Menone, regio Satrapâ; uxoríſque apud eum nacta dignationem, parit; ac virum in poteſtate habet. An vera ſit fama, de parùm caſto illius matrimonio; paucis diſcutitur.*

V *Nino rege, Bactra diu, ac fruſtra, oppugnante; Semiramis, à marito ſuo Menóne evocata, venit in caſtra Aſſyria: repertóque celeriter, quid expugnationem illam remoraretur; immiſſa militibus, urbem, arcíſque partem, ingenti, tum audaciá, tum induſtriâ, cepit: Ninóque plenam victoriam expedivit.*

VI. *Ad Semiramidem ergo rex Ninus, ad ſe accitam, præmiiſque ornatam, adjicit animum. Menonéque, marito illius, quòd eam à volente impetrare non poſſet, ad ſpontaneam ſibi necem inferendam, adacto: Semiramidis nuptiis, &, ex eâ filio, potitur. Illius conditio, an principiò fuerit famularis, aut vilior, apud Ninum; expenditur: déque illius ætate.*

VII *Ni-*

Digitized by Google

VII. *Ninus, paucos poſt annos, vitâ excedit. De morte illius, diverſæ ſententiæ: quarum nonnullæ Semiramidem uxorem infamant; argumentis, & cauſſis, parùm probabilibus. Adminiſtrare Imperium teſtamento jubetur; uſque ad Ninyæ filii, idoneos gubernationi, annos.*

VIII. *Semiramidis annus Imperii, ſeu adminiſtrationis monarchicæ, primus, in quotum Abrahami, ac Saræ, annum inciderit; aſſignatur. Prima fœminarum, dominata viris eſt publicè: nec tamen ſine merita, aptitudinis ad regendum, laude & admiratione.*

IX. *Hæc, initiô ſtatim regni, marito Nino funebria facit: & ſepulcri monimentum ingens erigit; à longo ſpatio conſpicuum.*

X. *Poſt hæc, ſatrapiis diviſis & ordinatis; Niniven ornat: ac Babylonem multò facit, quàm antehac fuiſſet, ampliorem. Murorum Babylonis ambitus, altitudo, latitudo, ſeu craſſities. Muri gemini, intrà quos ædificia. Muris interpoſitæ turres, & portæ, plurimæ. Goropius Becanus irridetur; qui Nabuchodonoſorem, unicum & ſolum, Babylonis conditorem facit; Semiramide excluſâ. De Penſilibus Babylonis hortis, interſerta obiter mentio; &, quis propriè Babylonis conditor primus extiterit; enucleatur.*

Ruina Reginæ Semiramidis.

Digitized by Google

XI. *Ampliſſimum, inter muros, & urbica tecta, Babylonis ſpatium. Pontis neceſſitas, à Semiramide, prudenter animadverſa: ejuſdémque, ſupra fluvium Euphratem, magnifica ſtructura: nec non deſcriptio. Cavernæ, adversùs amnis eluviones, ponè ripas Euphratis: tum crepidines, manufactæ; earúmque deſcriptio. Celeritas ingens, quâ Semiramis opera hujusmodi perfecit; muros præſertim, ac pontem. Pari alacritate, magnificentiáque, & arces fecit duas, cis & ultra Euphratem, Babylone: cuniculúmque ſub flumine; cujus cuniculi quàm annoſa fuerit duratio, oſtenditur.*

XII. *Semiramis, etiam Beli templum, antehac inchoatum, perficit, exornat, dotat. Hortos penſiles erigit, admirandos: qui deſcribuntur. Arcem geminam, imaginibus, ac ſimulacris, conſpicuam foris, efficit. Effigies Venationis. De Templi Belæi ornatu, donis, & cratere aureo, immani.*

XIII. *Inter hæc tamen Semiramis, non ædificando, quàm bellando, melior; exortam Babylone ſeditionem, fortitudine ſtupendâ, domat: cujus perſpicua ponitur narratio.*

XIV. *Semiramis, alias etiam urbes exſtruit, ac præſertim, Emporia; ad quæ compendiô prudenti, mercatores allicit. Ecbatanorum urbis,* an

Digitized by Google

an conditrix fuerit; paucis diſquiritur. Quo rigore ſolita ſit, ad opera facienda, foſſores, & captivorum turbam, adigere; recenſetur. Aurifodinis repertis, mirè ditatur. Obeliſcum excitat ingentem.

XV. *Eadem in Medos ducit. Orontem montem perfodit: per quem immittit ſtagnum. Ad Bagiſthanium montem, inſtituit hortum, voluptatibus deſtinatum. Ibidem & fontem: &, in petra, ſui effigiem, immenſæ altitudinis. Dea, affectat, à mortalibus haberi: cùm interim, alio inſuper ad Cháonem excitato deliciarum Horto, impudiciſſimè viveret; ac ſuos amatores, è medio crudeliter tollendos, curaret. Cur, iiſdem interfectis, ſubinde monimenta erigere ſoleret; cauſſa, per conjecturam, inquiritur.*

XVI. *Probra hæc ſua, Semiramis, obtegere conata; tandem, etiam remotos in populos infamiam ſui, vel nolens, ſpargit. Deteſtatio potentium, & interim impudicè viventium, viduarum.*

XVII. *A Chaonio Horto, Semiramis movet in Perſidem, & alios quoſdam Orientis populos. Itinera pleraque complanat: itinerum monimenta erigit: urbes condit; quarum tamen nullam à ſe nominat: ut apparet.*

XVIII. *Re-*

Digitized by Google

XVIII. *Retrò ductis copiis, in Ægyptum, Libyam, & utramque Æthiopiam, penetrat. Jovis Ammonis oraculum conſulit: & de inſidiis, vitæ ſuæ ſtruendis à filio Ninyâ, docetur. Is, in Aſſyria deſes remanſerat.*

XIX. *Redit in Aſſyriam Semiramis: ac mox, in aſſuetum voluptatum lutum revolvitur, in Bactrianis. Et tamen bello interim, Indis inferendo, mentem applicat; ſolius Ambitionis impulſu. Evocatis ad Bactra ducibus & optimatibus, ingentis, & admirandi moliminis, apparatum bellicum indicit: in quo etiam Elephantorum erant ſimúlacra, vafro conſilio. Apparatui, triennium datur: intrà quod, imperata ſtudiosè fiunt.*

XX. *Regina, Decretæi maximè ſtudio, & induſtriâ, collectum exercitum ingentem, luſtrat. Ejus exercitûs, peditum, equitum, curruum falcatorum, navium, claſſiariorum, camelorum, elephantorum fictilium, quadrigarum, & curruum aliorum, ac reginæ comitum, incomparabilis numerus recenſetur.*

XXI. *Hoc tanto inſtructa exercitu, regina Semìramis; in fines Indiæ penetrat: nec tamen Indorum regem, Stabróbatem, prorſus imparatum ínvenit. Hic enim & ipſe, grandi collecto exercitu; per legatos tamen, ac litteras, acerbiùs*

biùs aliquantò ſub finem ſcriptas, Semiramidem à cœptis dehortatur.

XXII. *Semiramis, Stabróbatæ regis litteris, ac legatione, ſpretîs; in hoſtem movere pergit: confligit: ſemel, iterúmque ſuperat, ac tertiò quoque, Quarto prælio, dctectâ, circa fictos elephantos, fraude, ſuperatur: fugit: multum militem amittit: ab Indo rege pacem petit; & impetratâ, in Aſſyriam ingloria revertitur: ac, copiis multùm acciſis.*

XXIII. *Semiramis, ſexagenariâ jam major, inſidiis appetitur Ninyæ filii; per eunuchum, illarum miniſtrum. Sed hic, in facinoris apparatu deprehenſus, auctorêmque confeſſus; unà cum Ninya, conatum ſceleris impunè fert. Indè tamen enata fabula eſt; de Semiramide, in Columbam versâ, ac Deam.*

XXIV. *Fabulîs omiſſis; gemina refertur, de morte & interitu Semiramidis, ſententia. Quarum poſterior, de ea, à filio occisâ, credibilior eſt, ac recepta.*

XXV. *Ejus cædis ſeries, & cauſſa, breviter referuntur. Ninyas ſuccedit.*

XXVI. *Semiramidis æternus Interitus: falſiſſimè credita divinitas: ſepulcrum, & Inſcriptio: diſcrimen, à Semiramide Atoſsâ.*

Ruina Reginæ Semiramidis.

Digitized by Google

RUINA
REGINÆ
SEMIRAMIDIS.

(I.)

AD extremos *Auſtralis Palæſtinæ* fines urbs eſt, mediterranei maris impoſita littoribus, ASCALON; *Philiſtinorum* olim, poſtea *Simeonitarum*, juris: non tam, ampla ſpatiô, quàm firma mœnibus; inclytáque maritimô portu: qui, ſemicirculi figurâ, circumambitur ab urbis muro, quà vergit in Occidentem. Haud ità procùl oppido, mediô propemodum, Aſcalonem inter, ac montem *Angarem*, limite, ſuprà maris littus, ad Orientem LACUS eſt, *Aſcalonites*; ab urbis vicinia, ſic appellatus. Ad hunc, poſteris tempeſtatibus, HERODES, is, qui Judææ regnum adeptus eſt, vulgóque *Magnus* ab geſtis, *Idumæus* autem & *Aſcalonites*, à natalibus dictus; *Nymphæa* conſtruxit, ac *balneas*, cum porticibus ac periſtyliis, ornatiſſimas (*a*): undìs, ut ego reor, ex eodem illo ſtagno, per aquæductus occultos, canaléſque, derivatis.

II. In

Digitized by Google

II. In hujus, quem deſcripſi, *Lacûs* propinquitate, quo tempore *Ninus* rex apud Aſſyrios in imperio, *quintum* jam *ac vigeſimum* agebat *annum*; mulier degebat, cui *Dérceto* (*b*) nomen fuit. Huic, ex illegitimò toro Syri cujusdam juvenis, elegantis eſt formæ puella nata. Sed, quod OMNIS habet in ſe VOLUPTAS INDECENS, ut, ſui ſatura, pudorem tandem poſt ſe, cruciatúmque mentis, trahat: *Dérceto*, vagientis infantulæ, nutritioniſque moleſtiarum, faſtidiô ducta; vitii præterea, per amorem oblati ſibi, verecundiâ perculſa: primò quidem omnium, à ſe juvenem removit, ut Lilio Gyraldo (*c*) viſum eſt; aut, quod Diodoro Siculo (*d*) placuit, de medio ſuſtulit: quò ſceleris ſui conſcium, auctorémque: removeret. Cùm autem filiolam, inter deſerta ſaxoſiſque montibus aſpera loca, prope rupem *Angaraam*, expoſuiſſet; abiit indè: furentíque ſimilis, poſteaquam obviorum nonnullis ſui dedecoris horrorem explicâſſet, in *Lacûs Aſcalonitici* profundum ſe dejecit; ac periit. Accolis porrò, quibus pulcritudo *Dércetûs* antehac admirationi ſæpe ſpectaculóque fuerat; poſteaquam inter mortales ea videri deſiit: more temporum illorum, ſuperſtitione plenorum, conjectura primùm, mox fides,

Digitized by Google

fides, ac religio, venit; Eam, ſuî dimidio, quidquid ab umbilico deſinit in pedes, *in Piſcem* eſſe mutatam: ac Dearum Najadum in cenſum fuiſſe cooptatam. Indè fabulæ, de *Piſce, Dea Syria*, principium. Indè, Syris ipſis, Palæſtiníſque, circùm *Aſcalona* degentibus, prava deménſque *Piſcium* abſtinentia; ne Deos ſuos, aut Deas, ederent. Sed, quid *hiſtoriarum* compoſitori, cum refutatione *fabularum*: quæ ſemetipſis, etiam nullo ſubruente, collabuntur? Ad *rem* igitur potiùs ipſam veniamus.

III. Nam interea, quam expoſitam diximus, puellula, ſcopulos inter & virgulta, vagiebat: lactis, ac matris, deſiderio contorquente pectus infantis; & clamoſos eliciente ſingultus. Et humanæ quidem opis diu nihil erat, in miſellæ ſolatium. In petrarum autem cavernis, fruticúmque denſioribus ramis, *columbarum* erant (ſicut in omni Syria) tum nidi frequentes, tum pabulantium numeroſi greges. Hæ circùm *virgunculam*, admirabundæ, ſeſſitabant: &, nunc quidem advolando, nunc autem recedendo, ſpeciem præbere poterant, ſuſcipientium educationis curam. Unde figmentum enatum, quod & Diodorus ipſe, *fabulam* appellare, non dubitavit; *Enutritam à columbis*, alarum complexu cor-

corpuſculum tenellum foventibus: ac, primis quidem menſibus, *lac* puellæ labellis inſtillâſſe, quod illuc, à bubulcis, in vicinia paſcentibus, roſtro ſuffuratæ, deportârint. Poſtea verò, paullatim caſei mollioris abrupta fragmenta faucibus eas infantilibus ingeſſiſſe; quantùm fames exigeret. Sed, in parva puella, *nugæ* ſunt iſtæ grandes: *Res* autem, vero ſimilior, certiſſimæque proxima; quam nunc enarrabo. Quippe, parvulam, à matre crudeliter deſtitutam, intérque petras, & columbarum catervas, ejulantem; vagitûs vehementiâ tractus illuc, paſtorum nonnemo, poſt aliquot, ab expoſitione, dilapſas horas, invénit: inventamque (quoniam, in ea, formæ jam tum lineamenta præludebant) ei, qui regiis jumentis præerat, dono dedit. Is *Simma* vocabatur: qui, quòd liberos ipſe non haberet, in *filiæ* locum, puellulam adoptavit; ſingularíque ſibi curâ ſumpſit educandam. Nomen autem impoſuit, SEMIRAMIDEM. De qua voce, quídnam ſignaret, multi contenderunt. Quidam enim, AVEM ſimpliciter interpretati ſunt; Syrâ linguâ. (*e*) Sed alii, quos præit Diodorus, *Columbam* verterunt; propterea, quòd inter *Columbas* eſſet reperta. Vetus autem, ac doctus, nominum inveſtigator, Heſy-

Ruina Reginæ Semiramidis.

chius (*f*) *Columbam* exponit; non quamlibet, ſed, *Montanam*: utique, quòd in *monte* primùm *Angare* fuiſſet inventa. Denique recentiorum quidam, *Anglus* gente, nec ineruditus temporum diſpoſitor (*g*); *Tam Syris*, ait, *quàm Hebræis, revera* SEMIRAMIN *idem eſſe, quod, Inclytam nomine, vel, Nomen Excelſum.* Id verò, quo pacto *ſermonis* utriuſque *radicum* ſcrutatoribus probaturus ſit; ipſius eſto cura: noſtra, reliquum narrationis evolvere. Cujus narrationis & hæc pars eſto, qua per tranſennam adnotemus; quàm vehementer hallucinati ſint ii, qui, vel *cum* Macrobio, vel *apud eum* certè (*h*), libro primo Commentationum in Ciceronianum *Scipionis ſomnium*, ſomniârunt: SEMIRAMIDA *Nino* rege natam fuiſſe, non in Palæſtinis, ſed Aſſyrias inter gentes. Nos enim, de Nino Semiramidéque, longè ſecus paullò pòſt, ac veriſſimè, memorabimus. Et ſanè, *patrem* ei *Syrum*; patriam autem, *Aſcalonis* oram, fuiſſe: nos, è conſenſu ſcriptorum, paullò ſuprà docebamus. (*i*)

IV. Cæterùm *SEMIRAMIS*, poſteaquam, infantiæ tranſcurſis annis, ad pubertatem cœpit aſſurgere; tum corporis proceritate præmaturâ, tum incredibili quodam ſplendore formæ, plurimùm inter cæteras omnes

Phœ-

Digitized by Google

Phœniciæ virgines enituit. Viſáque fuit, non multò major duodecenni, ſenſim eſſe nuptiis idonea. Quas ipſa, ſine magna dotis ſtipulatione, celeriter, per hanc, quam nunc exſequar, opportunitatem, invénit. Erat eâ tempeſtate MENÓNES quidam, in Aſſyriorum urbe regia, *Ninivâ*, purpuratorum regis *Nini* facilè princeps; aut, è primis. Eum rex, univerſæ tandem Syriæ præfecerat; quam is plerumque tamen abſens, ac per legatum, adminiſtrabat. Erat autem *Ninus*, ſicuti multus in caſtris & expeditionibus; ſic plurimus in ſtudio nitentioris equitatûs. Quapropter, ut equos quàm generoſiſſimos ad militiam educaret; tum alias imperii ſui provincias, tum præcipuè, Syriam, ac Phœnicem, equilibus ſativis implêrat: pérque temporum intervalla, de ſuis intimis, ſollertiſſimum quemque dimittebat; qui fœturas inſpiceret. In iis & MENÓNES fuit; qui, legatus à rege, ſuam in Syriam, ut equilia ſpectaret, *Semiramida* vidit: hoſpitio *Simmæ*, nutritoris ejus, uſus. Cúmque forma placuiſſet; precibus extortam ab educatore, confectis negotiis, ſecum Niniven abduxit: &, in uxoris eam loco cùm haberet, ex ea filios, *Hypaten* & *Hydaſpen*, ſuſcepit. Quoniam verò SEMIRAMIS, non formæ magis venuſtate ſummâ,

quàm morum elegantiis, ac verborum illecebris, *Menonem* quotidie magìs illaqueârat: indè factum eſt, ut & vir totus eſſet in uxoris arbitrio: muliérque (quod in Achabo poſtea Jezabel) in ſecretiſſimis quibusque viri conſiliis verſaretur. Domeſticam itaque potentiam immenſam, & *amoris* quoddam *regnum*, adepta SEMIRAMIS; agebat, quod libebat: & in nullo tamen Menóni diſplicebat. Scio, fuiſſe, qui ſcriptum reliquerint; (*k*) SEMIRAMIDA *pudicitiam* non modò parùm habuiſſe ſanctè; ſed, ad *lupanaris* uſque turpitudinem, infamiámque, fuiſſe provolutam: cúmque formam ſuam incomparabilem Aſſyrio quoque regi probaviſſet; ab eo tandem inter *amicas* adſcriptam. Sed nos quidem *puellaris ætatis* acta relinquemus in medio; cujuscunquémodi fuerint. In *conjugio* quidem certè primo, quoad extra caſtra fuit, vero ſimile non fit; eam, ad *meretricium* uſque *probrum*, per adulteria, progreſſam eſſe; propter *Menónis*, in eam, amoris inſaniam: qui, ſicuti mox referemus, mori priùs, quàm eam aliis indulgere, maluiſſet. Qua verò temporum, ac negotiorum, occaſione, rex quoque tandem in ejus deſiderium, atque nuptias, inciderit; nunc exponam.

V. Quâ tempeſtate, rex, quem diximus, Aſſyriorum, *Ninus*, infinitâ cum multitudine, *Bactrianum* ingreſſus regnum, ejúſque parte pleráque jam potitus; urbem, gentis caput, & cognominem, circumſidere cœpit: reliquos inter duces, ac ſatrapas, MENONES quoque, Syriæ præfectus, caſtra fuerat regia comitatus. Hunc, è longa moleſtáque Bactrorum obſidionis morâ, tædium paullatim; &, ex amoris impatientiâ, ſuæ conjugis deſiderium, cepit; quam in urbe Niniva poſt ſe reliquerat. Eam ille tandem, litteris evocatam, ac nunciis; haud quaquam tergiverſantem, in caſtra recipit: nondum etiam tum *Bactris* expugnatis. Et hæc, primis ſtatim, ab adventu ſuo, diebus, ſicut ingenio providentiáque plurimum valebat; ſic acutè vitia diuturnæ Bactrorum oppugnationis, & irritæ, pervidit. Tum, introſpectâ propugnatorum etiam, intrà muros urbis, incuriâ (quippe, qui, mœnibus tantummodo defenſandis intenti, totis cum copiis, arcem ipſam minori ſollicitudine curarent) univerſum Martis ſtylum, conſilio novô fraudéque, commutavit. (*l*) Cùm enim mulier, eum veſtis habitum, ac ſtolæ temperamentum, jam tum ab itineris ſui principio, ſumpſiſſet; quod diſſimulare ſexum imbellio-

Ruina Reginæ Semiramidis.

rem haud ægrè poſſet; & regionum tamen illarum mares tunicatos non dedeceret: immiſta ducibus ac militibus, tanquam commilito, viam oſtendit *Bactrorum* potiundi. Nec magis conſiliô, quàm operâ manúque cæteros inſtigans, in partem laborum, princeps ipſa, venit; ac, quà cæteri venirent, exemplo ſollertiæ, præmonſtravit. Aſſumptos quippe, promptiſſimum quemque, vel membrorum agilitate præſtantiorem, anteceſſit ipſa; noctis uſa tenebrarúmque beneficio. Tum, qua parte notaverat incuſtoditiorem, Bactrianis à vigiliis, murum & huic contiguam arcis partem, ob majorem caſtelli firmitudinem, manu naturáque ductam; eà delectam ipſa manum ex Aſſyriis traxit. Eos ipſa duxit, principiò quidem per declivem ac præcipitem Bactri fluminis ripam, altitudine metuendam: deinde, ſuperato, per ſummum ſilentium, amne; poſteaquam ripam ulteriorem, ſcopulo præciſam, ac præruptis undique cautibus horrendam, attigit: calles tamen, per avia ſaxa, quàm arctiſſimos, tandem invénit. Interdum autem non inventos, ferramentîs ipſa tum primùm fecit; ac, defixis, inter petricoſa, recurvis è ferro manibus, uncis, & ungulis, expedivit. Interdum autem & alius alium dorſo levantes, ac bra-

chiis,

Digitized by Google

chiis, per mutua commodatis, attrahentes; aut funibus, ne relaberentur, retinentes: crepuſculi malignâ ſemiclaráque luce, ſumma mœnia primùm occupârunt. diluculô verò cœptô, partem arcis illam, quam, ut munitiorem, Bactriani neglexerant, tenuêre. *Semiramis* autem, cùm, ex compoſito, de ſuprema caſtelli turre, ſignum arcis occupatæ, Menóni marito, Niníque caſtris, dediſſet: Aſſyrios quidem, ut animosè ſe Bactris infunderent, ac per muros irrumperent; Bactrianos autem, ut, rebus deſperatis, fugam, ac vacua mœnia, facerent, incitavit. Hunc in modum à *Nino* rege, Bactrorum, ad eum diem inexpugnabilis, urbs in poteſtatem redacta; quidquid *Zoroaſtris* antea regis fuerat, unà cum arce, gazâ, roboréque militum, Aſſyriis conceſſit: velut in ſuperioribus eſt explicatum.

VI. At *Ninus*, compertâ Semiramidis inſigni virtute; quâ perfectum fuiſſet, utì, quod ingentia caſtra diu nequiviſſent, mulieris unius induſtriâ, nocte non ampliùs unâ, feliciter extricaretur: vocari *viraginem* juſſit; præmiíſque donatam, pro confectæ rei magnitudine, vehementer tum primùm, non ob formam minùs, amabilémque facundiam, quàm propter fortitudinem bellicam, admirari cœpit. Admiratio-

Ruina Reginæ Semiramidis.

Digitized by Google

tionémque (quod in diverſo ſexu plerumque fit) amore ſubſecutô; continuò matrimonium illius expetivit. Id quoniam, invito ſnperſtitéve *Menone*, difficilius, ac, minùs è decoro, futurum erat: Menonem maritum Ninus amicè primùm, eam ut ſibi cederet, interpellare non erebuit. Eum, cùm, (quod cogitari facilè poterat) ab ea ceſſione penitùs alienum reperiret; ut, qui Semiramida, tum ætate florentem ac ſpecie, tum præterea prole ſibi jam adſtrictam, non illibenter haberet: Ninus, in ſpem commutationis adductus, filiam ei ſuam, è conjuge priore ſuſceptam, ac jam nubilem, in conjugium, digno cum auctario regiæ dotis, obtulit. Ei *Sosánæ*, ſeu, Perſicæ vocis exiguâ diverſitate, *Suſannæ*, nomen erat: quod vocabulum populis, ad Orientem ſitis, *Lilium*, aut *Roſam*, ſignificat. (*m*) Ab eo, cùm nec id impetraret, & verò non deberet (*cur enim*, inquit Menones, *invito me, quisquis is eſt, alienus, ad rem meam aſpiret?*) agere Ninus inſtituit, amici perſonâ depoſitâ, regiè, cúmque ſceptro. Nam id ultimum, in votorum ſuorum fluctuatione, velut anchoræ genus, habent *tyranni*, quò confugiant: ut, quod à volentibus non impetrant: à perterrefactis extorqueant. Suam igitur iram ei denuntiat:

ac,

Digitized by Google

ac, ni pareat, cruciatum: &; *Cùm utriusque noſtrûm oculis*, inquit, *uxor tua placeat: ut ejus formâ noſtri frui pergant, ac tui deſinant; ego, niſi ſtatim mihi morem geſſeris, utrumque tibi lumen effodiam.* Cúmque dicto, minitabundus ac præferox, à Menóne ſe proripuit. Menon autem, qui videret; &, ſi retineret oculos, ſuſtinendum ſibi tamen fore ſuæ *Semiramidis*, aſpiciendúmque, raptum: &, ſi non retineret eos, æquè tolerandum adulterium; *amariorem morte ratus vitam ſemper Zelotypam:* eam, nexo circa collum laqueo, pendens abrupit. *Ninus* verò, marito jam viduatam, *Semiramida*, ſibi, ſine morâ, ſociavit: haud dubiè, non repugnantem. Nam *quotaquæque mulier*, ambitioſa præſertim, ac viroſa (qualis ſanè *Semiramis* fuit) *non monarchæ, mavult, quàm Prætoris, in thalamo verſari?* Nec me tamen fallit; proditum à nonnullis memoriæ fuiſſe, *Semiramin* initiô, non niſi voluptatis amoríſque cauſsâ, cubiculo regis hæſiſſe: *concubinæq;*, non *nuptæ*, titulo traductam eſſe. Quare, fuerunt è veteribus, qui *famulabus* eam regiis accenſerent; cubicularibus in miniſteriis ancillantem. Eáque gratiâ factum, autumem; ut *Echíon*, pictor ex antiquitate non incelebris, *Semiramidis*, in tabella, picturam, inprimis

 nobi-

Ruina Reginæ Semiramidis.

Digitized by Google

nobilem, exprimere ſit auſus, tanquam Ex Ancillæ vilitate ſcandentis ad regnum: poſteaquam, à regis *Nini* mediocri gratia, magis magiſque ſenſim illi ſe probâſſet; donec ad extremum *uxoriam* quoque dignitatem, ac *cidarim*, emereretur. Adpinxit igitur *Echion* idem ille, quem dixeramus, *aniculam*, ad thorum *lampada præferentem*: quæ ſplendore ſuo, monſtraret ponè ſequentem *Semiramida*, non magis flammeo frontem ſuam, quàm verecundo rubore vultum, obtegentem: tanquam ſcilicet ad prioris fortunæ memoriam adhuc erubeſceret. (*n*) Sed ego (ſiquis, à tanta vetuſtate, conjecturæ locus eſt) & à ſcriptoribus illorum temporum, & à pictoribus, adluſum eſſe, cenſuerim, ad ſtatum & conditionem *Semiramidos* illam potiùs, qua fuiſſet uſa, priùs quàm Menoni jungeretur; quàm, antequam regi Nino. Quidquid id eſt; minori de ſorte, quàm famularî, *mulier*, in ſylvis *expoſita*, regium evaſit ad faſtigium: eámque ſecum Ninus, è Bactris aſportavit; &, in paucis tempeſtatibus, ex ſe *matrem*, filio Ninyâ generato, ſub idémque ferè tempus coronato capite, *Reginam*, fecit. Erat autem Semiramis, cùm primùm uxor Menoni fieret, annos nata, non ampliùs quatuordecim: corporis habitudine vide-

Digitized by Google

videlicet ætatem antevolante. Quo verò tempore Nino denupſit: decimum erat octavum vitæ natalem orſa.

VII. Cæterùm *Ninus*, poſt hæc, ultra quadriennium haud ſuperfuit. De cujus morte, mirum eſt, quàm auctores inter ſe diſcordent. Sunt enim, qui, neſcio, cujus in urbis oppugnatione, teli conjectu, mortiferè ſauciatum ab *Oroſio* quodam, interîſſe prodant. (*o*) *Uxorem* alii, dominationis avidam, cædis maritalis inſimulant: ne ſceleris exemplîs caruiſſe videantur poſteræ virorum interfectrices; *Eurydice*, Macedonica, *Livia* Romana, *Fredegundis* Gallica; quæque cætera fuêre cruentarum mulierum portenta. Quidam & modum cædis, aſtúmque, memorant: ac videlicet, cùm apud *Ninum*, uxoris emancipatum amoribus, nihil non illa poſſet; die quodam, inter epulas ac tumulentiam illius, petîſſe *Semiramida* ſolidum aliquod intimæ conjunctionis pignus: & impetrâſſe. Poſtulâſſe verò, ſupremum rerum omnium, *in dies quinque ſolos*, arbitrium, ac poteſtatem. Eâ permiſsâ, ſceptróque viri ſumpto, narrant, eam magnificentiſſimum apparâſſe convivium. Ad id illa, cùm militiæ ducum, purpuratorum, ac ſatraparum, potentiſſimum quemque convocâſſet: & alium præ-

Digitized by Google

præmiis, alium promiſſis ingentibus, pleróſque verò lenociniis mulieribus, ſuarum partium feciſſet: tum denique, nihil minùs ſuſpicantem, maritum in vincula primùm compingendum; paullóque pòſt, è medio quoque tollendum, eis tradidiſſe. Sic ipſam, cunctis viris promptiſſimè mulieris blandæ ſacramentum accipientibus, Aſſyriæ ſummo dominatu potitam eſſe; ſine poteſtatis ullo rivali. (*p*) Sed clementiùs alii, (nec dubito, quin & veraciùs) de *Semiramidis* ad ſupremam dominationem acceſſu, narrant. Nam utique, ſine manifeſtiſſimo tanti ſceleris argumento, vero ſimile non ſit; eam de *Nino*, tam præclarè de ſe merito, tam truculenter ſtatuiſſe. Diſplicet ergo Diodoro Siculo *Semiramidis* hæc infamatio, cui tamen eidem atrocior alia quædam ejuſdem mulieris turpitudo, quia vero conſonabat, ſuo poſtea locô, minimè diſplicuit; veluti nos in tempore memorabimus. Is igitur; die fatóque ſuo *Ninum*, quippe, ſeniô bellíque curis confectum, obiiſſe, refert: imperiíque ſucceſſionem, quòd *Ninyam* filium, vixdum quadrimum, imparem tantæ moli ſentiret, uxori *Semiramidi* reliquiſſe; quoad Ninyas, qui *Zómes* quoque (*q*) Græcis, ac *Zamyes* (*r*) Aſſyriis, cognominatus eſt, adoleſce-

ſceret. Quare, fabuloſum eſſe, liquet; non illud modò violentum *Nini* fatum, quod, illatum *uxoris* ſcelere, tradidêre maleconſulti quidam: ſed etiam id, quod, ſive *Trogo* præeunte, ſive, ſuopte commento, *Juſtinus* abbreviator, ſcriptum reliquit; *Semiramida* regnandi cupiditate flagrâſſe. ſed, quòd diffideret, tanti molem imperii proceres Aſſyrios in manibus eſſe fœminæ relicturos; extincto marito, mox *adſimulâſſe*, ſe *Ninyam* eſſe filium: ídque purpuratos, & clientes populos, credidiſſe; quippe, qui cultu veſtimentorum, & habitudine corporum utriúſque, perſimili, tracti ſint in fraudem. Etenim, & *Ninyam* perinde *ſtolatum*, ut matrem: & ambos *imberbi facie*, fuiſſe. Sed in hoc, quis non ridiculum eſſe videat; & *Juſtini* figmentum, &, quotquot eum cæco pede ſecuti ſunt? (*ſ*) Quis enim, non dicam, ſatraparum, & imperii magnatum, ſed vel ultimæ plebis hominum, inter trimum, ſummúmque quadrimum, puerum, ac matronam, tertio jam partu robuſtam, ac ſpectatam, difficulter diſtinguat? Vestis enim, & *barbæ* defectus, *ſexum* fortaſſe; ſed non & *proceritatem*, diſſimulabant. His igitur exploſis, ſatis pro comperto conſtat; *Semiramin* jure, legéque, regni gubernacula ſuſcepiſſe: viri nempe teſta-

Ruina Reginæ Semiramidis.

Digitized by Google

teſtamentô, quoad *Ninyas* ad annos ſaltem, rebus gerendis idoneos, perveniſſet, inſtitutam. Nec abnuerunt Optimates: quippe, ſpectatâ, ſatìs, ſupérque, bello Bactriano proximo, *fœminæ SEMIRAMIDIS*, pluſquam *maſculâ*, prudentiâ; callidáque res tractandi, fortitudine.

VIII. Principari porrò cœpit, *anno*, poſt mundum conditum, *bis milleſimo nonóque, ſupra quadrageſimum*: ætatis autem agens annum primum, ac viceſimum: cùm eundem ipſum, quem imperii ſui primum *Semiramis* habuit in Aſſyriis, *Sara* quoque, conjux olim *Abrahami* futura, lucis vitalis primum habere cœpiſſet. Quo proinde tempore, puer tunc *Abrahamus*, in Meſpotamia Chaldæorum, ætatis ſuæ primum undecennium agitabat. *Imperavit* autem *Semiramis*, omnium (quod quidem conſtet) in orbe, *fœminarum, prima*: cùm, ad eam uſque ſæculorum ætatem, à mundo conſtituto, *mulieres ſub virorum poteſtate*; *non, viri ſub feminarum dominatu*, degere didiciſſent; antiquiſſimô Numinis mandatô. Tametſi confitendum ſit; In *Semiramide*, ſi vitia ſexûs abfuiſſent, ſic cæteras omnes dotes regias abundare viſas: ut haud immeritò repertus noviſſimè ſit, qui pronuntiârit; *Semiramin ANIMVM* oſten-

Digitized by Google

oſtendiſſe, qui penitùs ad mundi regimen factus, ac natus, eſſet. (t) Et ſanè, verè rem æſtimantibus, haud abs re, *Magnus Alexander* (rerum geſtarum ipſe quoque miraculum) videri debet, è gentibus ad Orientem Solem degentibus, neminem heroum æquè miratus; ac, *Cyrum* regem, & *Semiramin* reginam: *ob rerum geſtarum claritatem, & animi magnitudinem.* (*u*) Incredibile profectò dictu ſit: non inter *Aſſyriorum* modò reges (quorum tamen *imperium annis mille, quadringentis, quatuòr*, ſub capitibus *quadraginta ſex*, ſtetit) ſed nec inter Medos Perſáſque (ſi Darium Hyſtaſpis, ac Cyrum Primum, excipias) repertos fuiſſe; qui, non *ſinguli*, ſed in cumulum *univerſi* collecti, mulierem unicam magnificis ſuis factis æquarent: (*x*) cujus anni tamen dominationis, ad *luſtra* non omnino *novem* pervenerunt. Unde videas; *ad gloriam nemini Sexum obſtare; ſed Ignaviam.*

IX. Principium autem operum illius memorabilium fuit, pietas; mariti defuncti cineribus impenſa: quæque ſæculis ſecuturis *Artemiſiam* etiam, *Carum* reginam, eſſet exemplo pertractura. Poſteaquam enim in regia magnificum *Nino* ſepulcrum, ac manibus ejus *Juſta*, ritu luxúque barbaricô, feciſſet: adjecit &, memoriæ

Ruina Reginæ Semiramidis.

moriæ defuncti propagandæ, ſecundùm Tigrim amnem, convectâ congeſtáque tellure, magnitudinis & excelſitatis immenſæ ſolidum aggerem: cujus latitudine *decem* habuiſſe *ſtadia* perhibetur; altitudo verò, minùs quidem unico ſtadio, ſed, quæ tanta tamen adhuc fuerit, ut arcis ingentis ſpeciem eminus, à multis paſſuum millibus, Niniven urbem tendentibus, repræſentaret. Fuítque, quamvis *Ninivâ*, poſt annos ampliùs *mille ducentóſque*, tandem dirutâ, pérque Medos Aſſyriorum dominatu peſſumdato; tamen adhuc illius, quem diximus, tumuli ſtrues ſuperſtes, & inviolata, (*y*) deprehenſa.

X. Cæterùm, ſupremô *Semiramis*, erga virum, officio perfuncta; primas inter curas habuit, imperii ſtatum omnem, ac regnorum præfecturas, in eum firmare modum: qui tranquillitatem aleret, ac vim externam procùl arceret. Poſt hæc, ædificationibus adjecit animum: mulier, & nitoris, & magnificentiæ, ſtudioſa. Quare *Ninivum*, primùm omnium, non quidem, ut Suidas exiſtimavit, mœnibus cinxit (id enim jam olim *Ninus*; &, ante Ninum, *Aſſur*, fecerant) ſed exornavit tamen; & ampliorem effecit. Cùm deinde *Babylona* quoque, dum provincias circumluſtrat, acceſſiſſet: animadvertit; urbem illam, ab

ab ea, quam ipſa ſibi cogitatione deſcripſiſſet, amplitudine, multùm adhuc abeſſe: ſtatímque *Beli*, ſoceri ſui, conditoris ejus, quaſi cunctam obrutura memoriam, urbis operi, penitùs redivivo, manum admovit. Spatium igitur, quantum paluſtris ſoli planities capaciſſimum indulgeret, deſignatione complexa: murum, látere cocto, bituminéque miſtis arenîs, interlito, circumduxit: altum *orgyas* quinquaginta; quarum ſingulæ ſex pedum menſuram *geometricam* explerent: (*z*) *latum* verò pedes triginta duos (*aa*). Quam ſpiſſitudinem, qui *quinquaginta* cubitorum (*bb*) in ſpatium extendit; opus eſt, fateatur: quadrigas, inter ſe pariter occurſantes, non *ſingulas* tantùm (quod Q. Curtius ſcripſit) ſed *binas*, ac *plures*, commeare ſine periculo potuiſſe. Certius illud, ac receptius, exiſtimem, quod idem ille, *quinquaginta* cubitorum extenſor, ſcriptum reliquit: *quadringentorum & octoginta* ſtadiorum menſuram expleviſſe murorum Babylonis ambitum. Etſi ſanè Diodorus repugnet: qui ſtadia non niſi CCCLXV. ponit. *Octo porrò ſtadia, mille paſſus efficiunt*. Ex quo, mœnium ingens circuitus æſtimari poſſit. Duplex verò murorum fuiſſe ſeries memoratur: (*cc*) intrà quorum gremium, lapidibus, ac marmore politô, *Se-*

Ruina Reginæ Semiramidis.

Digitized by Google

miramis ædificiorum, ac domuum privatarum, vim magnam excitavit. Turribus autem trecentis éadem, interſtinxiſſe muros fertur: ac portas interpoſuiſſe centum. (*dd*) Porrò magnas hoc loco nugas, ut in multis aliis, Joannes Goropius Becanus tractat (*ee*): cùm aſſentientibus (ut contendit) ſibi, Joſepho Judæo, Beroſóque Chaldæo, ſine dubitatione pronuntiat; & hanc Babylonis exſtructionem, & alia quævis *Semiramidis* opera, falsò *mulieri* fuiſſe tributa. *Fabulas eſſe, Græcis ab ingeniis confictas. Babylonis enim conditorem fuiſſe Nabuchodonoſorem, regem; longiſſimo, poſt Semiramida, temporum intervallo dominantem.* Idque tam extra controverſiam ullam eſſe, refert: ut divinorum auctoritate voluminum, ac Danielis teſtimoniô (*ff*), firmari queat. Addit idem; Eundem ipſum Aſſyriæ regem, uxori ſuæ gratificaturum, *hortos penſiles* inſtruxiſſe. Quod enim ea, Medorum in regione nemoroſâ, pometíſque lætâ, puellares egiſſet annos; priſtinæ memoriâ voluptatis, in paludoſa, ſylvarúmque vacuâ, Babylonis planitie, concupiîſſe qualemqualem ſaltuoſæ regionis imaginem. In hunc itaque modum, & eâ de cauſsâ, tum *ſuſpenſos* illos ſuper arcem *hortos*; tum alia, per urbem totam, viridaria

Digitized by Google

ridaria (*quale Suſannæ* fuerit) ſurrexiſſe. Sed hallucinatur profectò ; vel , ut mihi videtur, conſultò potiùs, novitatis ſtudiô , delirat, *Goropius*: quando (quod facillimè potuiſſet) inter *conditores* Babylonis, & *amplificatores* ejuſdem , non diſtinguit ; multò minùs, inter *exornatores* , & in Sedem regni provehentes urbem eam , quæ priùs regni caput non fuiſſet : cùm Aſſyriarum urbium cunctarum *Ninive* principatum, non *Babylon*, teneret. Hoc poſterius igitur in Nabuchodonoſorem cadit ſolum : illa verò priora Belo Semiramidíque congruunt. Verùm , iſta, taliúmque ſimilia , cùm fortaſſis ad *Nabuchodonoſoris* quoque *Ruinam* venietur, in poſterioribus relibabuntur. Quòd verò de *Penſilibus Hortis* Becanus memorat : id eſt tale. Legerat apud Q. Curtium (*gg*) ; *Syriæ regem* (quem is auctor nominâſſet, ſi ſciſſet) hoc opus eſſe molitum, *amore conjugis victum : quæ. deſiderio nemorum ac Sylvarum , in campeſtribus locis , virum compulerit , naturæ genium imitari* ; ſuſpenſarum in aëre ſtirpium amœnitate. Quo loco continuò Goropius, quem Alexandri geſtorum ſcriptor nominare prætermiſit , ipſe confidenter nominavit : &, quem ille *Syriæ regem* dixit , iſte monarcham *Babyloniorum* & *Aſſyriæ* fecit ; ac *Nabuchodonoſorem* eſſe com-

Ruina Reginæ Semiramidis.

pulit. Id nos jam ipſi relinquimus, concinnè fingendum: & ad *Semiramida* revertimur. Summa veritatis, circa Babylonem ac *Semiramin*, hæc eſt; quam agnoſcunt, & alii (*hh*): Babylonis conditorem omnium primum fuiſſe *Belum*, quem Nemrodum divinus ſcriptor nominavit; *Semiramidos* ſocerum. Succeſſiſſe deinde *Semiramin*: quæ, minùs adhuc grandem, & aſſiduis inſuper Euphratæ fluminis inundationibus ſemirutam, urbem, & amplificârit, & permunierit; ornamentîs, ut illa ferebant tempora, non prætermiſſis. Quo nomine, Babylonis poſtea, non tam *auctrix*, quàm *ædificatrix*, à poſteris appellari promeruerit. Id tantò magìs quisque ritè factum, confitebitur; qui ſequentia quoque *Semiramidos* opera, gentium illarum magnificentiam omnem excedentia, contemplabitur.

XI. Jam enim primùm omnium, inter muros illos ingentes, & urbis domos, ducentorum reliquerat pedum *geometricorum* latitudinem; ad viam ac circuitum in omnem circumquaque partem. quæ via ſpatiúmque, poſterioribus tempeſtatibus, ut obſeſſis ab externa vi, clauſíſque commeatibus, alimenta tamen ſuíſmet è viſceribus ſuppeterent: obſeri frugibus conſuevit. (*ii*) Deinde, quòd, in duas dirempta partes Babylon,

Digitized by Google

bylon, alteram ſui regionem cis Euphratem haberet; alteram verò (nec eam, minorem) ultra fluvium: videbat Regina civibus inter ſe quotidiana commercia, cauſsâ victûs, agitantibus, difficilem, & inprímis operoſum, eſſe mutuum ultrò citróque per navigia commeatum. Nam à diluculo primo, ſeram in veſperam, æternus erat vehendi revehendíque naviculatoribus labor: ſempérque cymbis conſtratus amnis; ſæpe, non ſine diſcrimine, naufragiiſque plurimorum, procelloſus atque turbidus æſtuabat. Huic igitur ut & malo mederetur, & difficultati conſuleret: *ponte* ſternendum ſibi fluvium ſumpſit: eóque, quò durabilior eſſet, & adversùm amnis impetum conſtantior; *è ſaxo:* cujus copiam ex *Cordyæis* Armeniæ *montibus* habebat. Inſtituit autem *pontis* hujus fabricam; quâ parte fluvius, minùs diffuſus, profundiorem quidem alveum, ſed contractius riparum intervallum, obtinere deprehendebatur. Quod ſpatium nihiloſecius tamen adhuc *quinque ſtadiorum* erat. Igitur quinque ſtadia pons longus; triginta verò latus; illorum temporum *antiquitatis miraculis* accenſeri, propter operis ſoliditatem admirandam, ac magnificam, promeruit. (*kk*) Illud tamen admirandius, quod ad *pontis* conſummatiſſimam utilitatem adjecit,

Ruina Reginæ Semiramidis.

Digitized by Google

auctarium fuit. Cùm enim *Euphrates*, Niphatæ montis, ac Tauri, cæterorúmque majoris Armeniæ montium, reſolutis nivibus, crebrò reſtagnare ſolitus; & accolis riparum damna daret, & *pontis* uſum intercepturus eſſet: excogitavit ingenioſa mulier; quibúſnam hiatibus eluviones innoxiè ſorberentur, ſiccâ relictâ Babylonis urbis utrimque regione: ſenſímque nihilominus eædem eluviones ſuo flumini, viis occultis, redderentur. Non igitur ingentes duntaxat aggeres exſtruxit, ut nonnemo (*ll*) credidit; quibus *Euphratis* exundationes, tanquam Alpium objectu quodam, arcerentur: ſed revera cavernas effódit, incredibilis profunditatis, ad hauſtum aquarum: eáſque laterculo bituminato veſtivit intus, & incruſtavit. Ultimum id erat futurum, adversùs *cataclyſmos*, præſidium; ſi vel ad inſaniam amnis exſpatiaretur. Ne verò continuò veniendum ad id remedii foret; in ipſis Euphratæ ripis utrimque, cavernas inter, ac fluvium, opus aliud, ac ſcilicet *crepidines*, eduxit; eádem coctorum laterum, atque bituminis, firmitate. Quarum crepidinum altitudo cùm eſſet tanta, quanta ſufficere poſſet cuivis aſcenſui fluminis uſitato ſuperando: latitudo quoque, murorum urbis craſſitiem æquabat. At ſpatium, ac longitudo, quâ cre-

crepidines utramque per ripam excurrebant, ad ſtadia centum ac ſexaginta (*mm*) ſe porrigebat. Spatium id eſt, *milliariûm*, quæ Romana nunc & Italica vocamus, novemdenûm: *Alemannicorum* verò, facilè quinûm: leucarum autem Hiſpanicarum, denarum. *Pontis* porrò, cujus veluti loricæ, propugnaculáque, *crepidines* erant iſtæ, lacunæque fictiles; effigiem ac formam nonnullam exprimere conati ſunt ii, qui, noſtrâ pæne memoriâ, *Græcolatinum* fecerunt *Herodotum*, ac typis vulgârunt: In eo tamen emendandi; quòd *duo* numerârint longitudinis in *Ponte* ſtadia: cùm *quinque*, ſicut dictum eſt, debuiſſent. Hæc autem omnia *Semiramis* tantâ celeritate perfecit: ut ſint, qui, *mœnibus* ponendis conſummandíſque, confirment, haud ampliùs dies *trecentos* ac *ſexaginta quinque* datos eſſe; quod eſt, unius anni tempus. Quod uti confieret; datum ab ea negotium eſſe, ferunt, ſuorum amiciſſimis, & intimis: ut ſuum ſinguli quotidie ſtadium, alius alii ſuccedentes, abſolverent. Idque, per certamen & æmulationem, contendentium, ſuum reginæ ſtudium approbare; ſic perfectum eſſe, ſicut ipſa præſcripſiſſet. Tradunt autem hoc ii maximè, qui murorum Babylonis ambitum, non quadringentis & octoginta ſtadiis, ſicut nos ſu-

Ruina Reginæ Semiramidis.

Digitized by Google

ſuprà; ſed trecentis tantùm ac ſexaginta quinque, cum Diodoro Siculo, complexi ſunt. Utrum autem horum, & an, verius ſit; interroganda vetuſtas eſt, & illorum memoria temporum: à quibus nos, annis jam ter mille, ſexcentis, & quinquaginta ſeptem, (*n n*) diſtamus: & ideò, divinare faciliores ſumus, quàm, comperta tradere. Nemini tamen dubium eſt; quin & muros *Semiramis*, & pontem, quæque ponti connexa ſunt, monſtroſâ velocitate perfecerit. Id, quod ex iis quoque, quæ poſteriùs eſt molita, conjicere, promptum ſit. Cùm enim, operum cœptorum ſucceſſu læta, quotidiéque majores ad res gerendas accenſior, ſtatuiſſet; ſummæ ſibi, quantam humana mens capere poſſet, potentiæ ſedem in Oriente defigendam eſſe; quam extera vis nulla proſterneret, nec inteſtini motus aliquando convellerent; haud quaquam Ninivês ac Babylonis urbibus contenta, de *regiis* inſuper *arcibus*, tanquam ſecuritatis ſuæ cuſtodibus, ædificandis conſilium iniit. Ad eas autem non magis aptitudine, quàm rei neceſſitate, viſa Babylon fuit opportuniſſima: quippe, quæ, ſoli plani, nec montibus obſepti, propatulô, faciliùs manum inimicam invitaret. Ad Euphratis igitur utramque ripam, & quà pons ad Occaſum incipiebat,

Digitized by Google

bat, & quà deſinebat idem ad Orientis plagas; totidem exſtruxit arces; ingenti molitione, ſaxorúmque firmitate. Magnitudinem autem & ambitum illarum, diſtinctiùs in eo tradidi, quod de *Suſannæ* rebus compoſui, volumine. quam ego proinde deſcriptionem in præſens, ne ſemper éadem repetenda veniant, prætermitto: *duorúmque Senum*, accuſatorum Suſannæ, memorabili *Ruinæ* tantiſper reſervo. *Magnitudini* verò regiarum, reſpondit & *altitudo*; conſultò, celſum & ingens in faſtigium educta: quò pateret in omnem circumquaque Babylonis urbem proſpectus; ſimúlque, quoties res aut periculum exigeret, ut ex arcibus iis, tanquam clavibus, inſtrumenta *Semiramis* ad manum haberet, urbis opportuniſſima quæque loca celeriter occupandi. Quod, ne fieri per *pontem* ſemper neceſſe foret (quippe, qui, priusquam occurri diſcrimini poſſet, ab hoſtibus intercipi valeret) callidiſſimum excogitavit, etiam invitis inſciiſque rebellibus, ab arce commeandi diverſam in arcem, conſilium. Improbo namque foſſionum labore, cùm, in tempus aliquod, aliò fluminis Euphratis lapſum avertiſſet; ſub alvei prioris fundo cuniculum fecit, etiam ipſum coctili bituminatóque laterculô fornicatum: cujus, à regia ripæ citerioris, ad regiam tranſa-

Ruina Regiuæ Semiramidis.

mnanam, perpetuus eſſet, ſub terra, *per ſtadia quinque*, procurſus. Aditum autem, egreſſúmque cuniculi, portis *æneîs*, ac ſibi duntaxat perviîs, obſeravit. Eas, rumor eſt, ad ætatem uſque Perſarum, ac Cyri, Babylonem occupantis, durâſſe. quod ſpatium annorum ampliùs mille fuit, & aliquot ſæculorum. Opus porrò tam ingens ac laborioſum, intrà diem (quod meritò ſtupeas) *ducenteſimum, ſexageſimúmque*, ſupremam accepit manum: priſtinum in curſum Euphrate denuò reſtituto.

XII. Sub idem porrò tempus, cùm à Nino quondam, marito ſuo, Belæum illud, de quo dixi, Templum, non ea ſtructum eſſe magnificentiâ, ſibi perſuaderet; quantam ipſa mente concepiſſet: animum adjecit, ad illud quoque, maximis impendiìs, reformandum. Ac tantam in majeſtatem, tum opus ipſum univerſum, tum verò *turrim* inprímis, *Beli* cineribus impoſitam, provexit: ut videri novum penitùs, ac recens, ædificium poſſet. De quo nos aliquid etiam, in *Turri Babylonica*, ſuperiùs attigimus: quod, hoc loco repetere, ſupervacaneum exiſtimabamus. Nec verò de magnificis his, aliíſque talibus, exſtructionibus intentiùs ſollicita fuit *Semiramis*; quàm, de perfectorum jam operum *ornamentis*: arbitrata, vel ſor-

ſordidi, vel plus æquo *rudis*, *ac ſimplicis*, *conditoris eſſe*; *molem*, *uſui* tantùm, *& non oculis* quoque, *producere*. Quare, primùm *geminam*, quam ſuprà memoravi, *regiam*, *penſilibus* illis, Oriente toto famoſis, *hortis*, ut ſic dicam, *coronavit*. Ingentibus enim eos, craſſitudine ſtupendâ, pilîs è ſaxo, magnam in altitudinem eductis, frequentíque columnarum ſerie; ſuperiúſque lapideo rurſus pavimento: dein, educandis arboribus aptâ ſufficientéque terrâ, ſuperinſtravit. Tum, generis omnis proceriſſimarum quarumque ſtirpium, ſurculîs ac novellis infixis; paucorum intrà ſpatium annorum *nemus* eduxit, fructu vario foliíſque lætiſſimum. Credidiſſes; aërem quoque, novo quodam cum terra certamine, frondere. (*o o*) Certè quidem, quiſquis eminus, ingenioſæ molis ignarus, tam denſam pariter, editámque, ſtirpium frequentiam inſpexiſſet; turbidiore cœlo: miratus eſſet, *in nubibus ambulare ſylvas*. Arcium præterea, tam muros, quàm turres, *imaginibus* exornavit, omnis generis belluarum, præcipuéque ſylvaticarum: quibus & avium addidit, ac reptantium, natantiúmque, formas. Sed in iis picturis potiſſimùm regnabat *venationis* effigies; figurîs impleta, generis omnis, ſed inprimis, Indici Bactrianíque, quadrupedum; colori-

Ruina Reginæ Semiramidis.

loribus uſqueadeo vivìs expreſſarum, ſingulis in membris: ut ſpirare crederes, non, ſimulari. Tanta verò plerarumque corporis erat granditas, atque proceritas: ut ſimulacra *quaternos* vulgò *cubitos* excederent. Inter venatores autem, *venatrix* ipſa *Semiramis* aſpectabatur; agmen ducens, & *ex equo pardalim jaculô feriens*. Ponè verò, maritus Semiramidis; *Ninus*; è propinquo leonem Hyrcanum conficiens. Et iſtæ quidem, aliæque tales, palatiorum erant deliciæ. *Templum* verò, quod *Beléum* Babylonii dicebant, nec foris reliquit incultum; peribolîs atque pinnaculis circumpoſitum: nec intus indonatum, varii pretii vaſis illatîs. In iis, admirationem habuit præcipuam, *crater*, aurô ſolido factus: cujus pondus *quindecim* fuiſſe *talentorum* traditur; non Græcæ, ſed *Ægyptiæ*, quæ multùm *Atticam* antecellit, æſtimationis. Namque *talenti* genus hoc, *pondo* continet *octogena*. Cæterùm *craterem*, quem diximus, *Jovi Belo* dicatum à *Semiramide*; poſt tredecim adhuc ſæcula ſuperſtitem, fertur *Cyrus* Perſa, bello Babylonicô, reperiſſe, penitùs inviolatum: urbéque captâ, *jure, quo victores utuntur*, in Perſidem ſecum aſportâſse. (*pp*)

XIII. Quod autem viris quoque, regibúſque, *difficillimum eſſe ſolet*; *inter otioſa pacis opera*,

Digitized by Google

opera, caſtrorum quoque curas ſemper ad manum habere: nec magis ædificatorem eſſe, quàm bellatorem; id in *Semiramide* regina ſingularem habuit virilis animi commendationem: ut, ne *muliebres* quidem inter *occupationes*, Martias ſollicitudines intermitteret. Itaque, polienti quondam comentíque corpus, ac, diſpaſſis in humerum utrumque capillis, per ornatrices ſuas, cæſariem plectenti, clamor eſt confuſæ multitudinis audiri cœptus. Incerta *Semiramis*, quid rerum id eſſet; ornari pergit, & urget: dum pars capillorum lateris alterius ſuam in ſtationem reponitur. Sed, in eo dum eſt, nuntius affertur; tumultuari Babylonem omnem: ac cives in armis, per rebellionem, diſcurrere. Morâ nullâ *Semiramis* interpoſitâ, de ſede, relictis omnibus, prorumpit: telíſque cum parmâ raptis, ſicut, adhuc alterâ capillorum parte defluente, ſemicompta manſerat; de regiæ ſe gradibus ad portas proripit: ac, ſuorum fidioribus comitata, proſilit, in mediam rebellantium multitudinem. Eam imperterrita, vultu, verbis, minis, jaculíſque, ſed præcipuè virtutis & oris admiratione majeſtatéque laborat ad obſequium redigere. Nec antè diſcurſare per loca, ſeditioſis à civibus inſeſſa, neque proturbare conjuratorum globos, abſtitit: quàm omnis tan-

Digitized by Google

tandem ad fidem, obſequiúmque, Babylon rediret. Et tunc demum in regiam reverſa *Semiramis*; capillamenti volitantis reliquias ſuæ dedit comptrici recolligendas. Quæ res tantam eſt apud poſteros, (nec immeritò) virtutis adepta gloriam, atque prædicationem; ut Babylonii deinde ſtatuam illi poſuerint, *Semiramidis* non ore ſolùm, ac veſtium & armorum eodem habitu: ſed etiam, *eâdem illâ capillorum formâ*, qua, per vicos urbis & compita diſcurrens, ſeditionem compeſcuiſſet. (*qq*)

XIV. Sed non fuit contenta, mulier, nominis ac gloriæ ſuæ proferendæ cupidiſſima, Babylonicis, ſive belli, ſive pacis, operibus. Ad alias quoque gentes ædificandi bellandíque, ſtudium ſuum circumtulit. Ad Euphratis igitur Tigridíſque ripas, paſſim urbes exſtruxit novas, & *emporia* conſtituit; ad quæ mercatores, qui de Medorum Paracænorúmque regionibus, mercimonia deveherent, promptiùs commearent: ibique libenter lucrum ſuum, non ſine *Semiramidis* quoque magno compendio, facerent. Et quoniam Euphrate, Tigri, Choaſpéque, fluminibus, mercium peregrinarum pleræque deportabantur; id utì quàm tutiſſimè mercatores facerent, ac perſeverarent: diverſoriis, ad hoſpitandum idoneis, latera fluviorum inſtruxit;

agge-

aggeribúſque jactis, egregiè ripas, adverſùm prædonum inſultus, communivit. Inter *urbes* porrò, quarum multas eam poſuiſſe, rex quoque Macedonum, magnus Alexander, eſt auctor, apud Q. Curtium (*rr*): ferunt, & *Ecbátana* fuiſſe, Mediæ majoris urbem (*ss*), atque caput: ad montium radices, in Tapurris. (*tt*) Quod tamen qui dicunt: videant, quo pacto ſcriptori ſacro congruant, in ipſo ſtatim primo narrationis limine, de *Juditha*, referenti; potentiſſimæ civitatis *Ecbatanorum*, ex lapidibus quadratis atque ſectis, conditorem *Arphaxádum* fuiſſe, Medorum regem. Niſi fortè, concordiæ cauſsâ, pronuntiare placeat; Initia Semiramidem; Arphaxadum autem, opus perfectum, dediſſe. Quò verò faciliùs, ac minore ſumptu, tantas urbes, ac tam multas, regina *Semiramis* emoliretur: ferunt, ad inſani laboris aſſiduum curſum, compulſas ab ea gentes fuiſſe, bellô ſubactas; ac virorum multa millia, qui quotidie, ſub præfectis & inſpectoribus, in opus incumberent. Fiebántque præterea, ne cui ceſſandi locus eſſet, iſta ſub oculis ipſius adeò *reginæ*: quæ, ſicut ex omni barbarorum multitudine valentiſſimum quemque, lacertoſiſſimúmque, delegerat, ad opus faciendum: ſic, ubi quempiam vel paullulùm remiſſiùs agentem, aut foſſio-

nes

Ruina Reginæ Semiramidis.

nes detrectantem, deprehendiſſet; aut plagís eum jubebat, aut capite, multari. Quo rigore, multis mortalibus interemptis, ad exemplum ac conſternationem ignavorum: cæteros & in officio continuit; &, foſſionum profunditate, fecit ingenioſos, ac ſtrenuos, ad auri quoque, reliquíque *metalli*, venas indagandas. Iis autem proſperè tandem inventîs, *metallorum* inſtituit officinas; *pecuniámque* fecit, *caſtrorum nervum*, ac bellorum multiplicium *alimentum*. Hujus verò fabricæ tractationem aſſiduam, robuſtioribus mandabat, bellô captis: quibus proponebat, utrum mallent; *Suppliciúmne, quod hoſtilitate meruiſſent: an, æternum* potiùs, *vitaſalvâ, laborem?* (*uu*) In hunc illa modum, & divitias invénit, & apud captivos obſequii patientiam. Eorundem præterea mortalium operâ *Semiramis*, ex Armeniæ ſcopuloſis montibus, etiam *Obeliſcum* excîdit, *longitudine pedum centum, ac triginta quinque* (*xx*): latitudine craſſitiéque, *viginti quinque*. quem *Obeliſcum*, etiam ipſum, admiratrix antiquitas, *Orientis miraculis* adnumeravit. Præterea *pyramidas*, ad Ægyptiarum formam, ſuis in regnis paſſim erexit. (*yy*)

XV. Neque tamen ſegniùs inter hæc *Semiramis*, quanquam intenta ſtructuris, ad bellorum cogi-

cogitationes ferebatur: quarum aſſiduâ volutatione, pleriſque jam Babylone, circúmque viciniam, conſummatis ad elegantiam operibus; in Medos, qui Caſpio mari ſubjacent, ingentes equitum peditúmque copias expedivit. Quod dum ipſa facit; paſſim itineris ſui ſigna, monimentáque, poſteritatis ad memoriam haud incelebria, poſt ſe reliquit. Inter cætera, montem perfódit, *Orontem* nomine: qui, cumprimis arduus & ſaxoſus, cùm ab *Ecbatanis* ſtadia diſtaret non plus duodecim; urbi tamen, aquarum indigæ, lacum præquam undoſum invidebat, ſui tractûs interjectu. Sed hunc illa montem, ad ipſas ejus radices, operâ militarî perfregit: laboréque perfecto, per foſſam, pedes quindecim latam, altam autem quadraginta, primò *lucem*, deinde *lacum*, immiſit; & *Ecbatana* tota, perpetuos in uſus, adaquavit. Simùl ſecuturo Xerxi, mulier, perfodiendorum montium, & Helleſponti, ponte conſternendi, veſanam præivit audaciam. Ad *Bagiſthanium* (zz) quoque *montem*, qui, Mantianam inter paludem, & Choaſpen fluvium, aſſurgit, *hortum* inſtruxit; eúmque *deliciarum* cauſsâ, (quaſi bellorum, medias inter belli curas, immemor eſſet) peregrinîs undique conquiſitîs germinibus exornavit. Is ſtadiorum habuit

Ruina Reginæ Semiramidis.

Digitized by Google

duodecim in ambitu ſpatium: medióque ſui, *fontem* profundum, ac ſpatioſum; quo tota plantarii rigabatur *planities*. Montis autem prominentiori rupi, quà viridarii principiis ſuperincumbebat, *effigiem* ſui juſſit inſculpi, *ſtadiorum ſeptendecim* altam, è ſaxo: ſic, ut ad paſſuum, ampliùs duo millia, *Semiramidis* imago lapidea ſurgeret in auras: & ſic, in ſaxo, proceritas oſtentaretur reginæ. quam oſtentationem ſui turbida mulieris ambitio paſſim in omnibus quærebat factis, atque ſignis. Nec eô contenta ſuî monimentô: quò *Divìnitatis* etiam opinionem apud *mortales* inveniret, illi ſimulacro barbaros *centum* viros appoſuit, *Sacerdotii* titulô; qui thura ſimulacro, quíque victimas, ac donaria, quotidie, temporibus æternis, offerrent. (*aaa*) Videlicet; quod *in cælo* Pallas eſſe, Junóque, credebantur; id *in terris* ipſa videri mortalibus affèctabat; adoranda Dea. *Veneris* tamen interea plura notioráque, quàm *Junonis*, aut *Minervæ*, munera, factîs ſuis exprimebat. Idq́ue tum magìs, & effuſiùs; poſteaquam ad Cháonem, Medorum urbem, victoriîs ſuîs pervénit. Illic enim, nullo jam, ex Medis ſubactis, caput aut manum attollente; cùm interponere curis Martiis animi remiſſionem, aliquantò prolixiorem, cogitaret: omnis generis volu-

voluptatum habenas, tanquam ex profeſſo, *Semiramis* effudit. Ac primùm omnium; ſicut olim Babylone, nuperriméque Bagiſthanium ad montem; ſic tunc ad Chaonem, *tertium* inſtituit *Deliciarum hortum*. Ex eo verò mox *gáneum* etiam; ac, (quod vel relatu turpe ſit) *lupanar* regium, effecit. Cùm enim illic, temporis haud exiguam partem, omni corporis ac ſenſuum oblectationi dedicandam eſſe, ſemel in animum induxiſſet: mulier, & à Nini morte ſemper maritorum fugitans, ne cujusquam in ſe dominatum ſuſciperet; & annis interim cupidinibúſque nihilo ſecius adhùc ardens: aliquouſque tamen cubilium ſuorum dedécora preſſit in arcano. Sed in horto Chaonio, loco, tempore, quiete; ducum præterea tribunorúmque florente multitudine, *licentiam victricem* invitantibus; improbiſſimè ſeſe totam amoribus impendit. Selegit autem ex omni, tam copiarum ſuarum, quàm domitarum gentium, numero; quicunque furenti mulieris deſiderio præ cæteris placuiſſent. (*bbb*) Cùm autem, *videri caſta, quàm eſſe*, mallet: utì cum unoquoque mulier impudens genio ſuo morem geſſiſſet; dimiſſum à ſe, (ne ſuam, cum *regina*, *conſuetudinem* aut prodere poſſet, aut jactare) confeſtim tollebat è vivis: antequam prætorio digrederetur. Ad id,

Digitized by Google

ſicut ad alia quævis ſcelera, delectos habebat, & exercitatos, circùm ſe, ſicarios. Nonnullos etiam eorum, ſtructîs ultrò criminibus; tanquam ſollicitâſſent, qui ſollicitati fuerant: vivos dabat infodiendos; ne minùs crudelis, & calumniatrix eſſet, quàm obſcœna fuiſſet, ac viroſa. Quô ſanè facinore, nequam exempli facem *Semiramis* accendit, ac prætulit, inſequentium temporum cruentis ſcortis; Ægyptiæ, Putipharis uxori; Phædræ, Theſei; Stenobœæ, Prœti; Fauſtæ, Conſtantini; Mariæ, Cæſaris Othonis; Joſephum, Hippolytum, Bellerophontem, Criſpum, Comitémque Mutinenſem, in exitium criminaturis: quantumvis inſontes, & incontaminatos. Aliquid tamen, in animo mulieris cruento, voluptatum adhuc memoriam valuiſſe, ſatìs argumento ſit; quòd, ſiqua Diodoro fides, in hunc modum interfectos procos, exſequiîs ſolita ſit magnificentiſſimis efferre: dein aggeres, ſuper eorum cadavera, cineréſve, maximos excitare. Factum id ab aſtuta fœmina, crediderim, eo conſilio, fuiſſe; quò nihil, in pœnis expetendis, egiſſe per impotentiam animi, ſed ex legum ac juris auctoritate, videretur ignaris: ínque vivos adeò juſtitiam, in vitâ-functos clementiam, *reginîs* dignam, valuiſſe. (*ccc*)

XVI. Ta-

Ruina Reginæ Semiramidis.

Digitized by Google

XVI. Talia, tum illis in caſtris,& otiô, regina Semiramis, ac poſtea, ſeram in ætatem uſque, luſit; dedecorum ſuorum ſtudioſa quidem diu, ſed non æterna, neque perpetuò felix, diſſimulatrix. Emanaverunt enim furtivorum illa cubilium flagitia: penetrârúntque non multò pòſt in Orientis ultimi regna, quæ Ganges & Indus rigant; ſicut in loco referemus. Peſſimô, medius-fidius, & iſtius viduæ potentis, & aliarum, poſt hanc, complurium, exemplô: quæ, viridante licèt ætate, cupidinúmque ſuarum impotentes, ac certæ; *nuptias* tamen, legibus conceſſas, *ideò nolunt, quia dominum recuſant.* Sic Olympias, Philippi Macedonis; ſic Athalia, Jorámi; ſic, Athaliæ mater, Jezabéla, poſt interfectum in certamine maritum Achabum; ſic Aggrippina Claudii, Julia Severi, Fredegundis Chilperici, veterum annalium Auguſtæ, Reginæque, ſed *invitiſſimæ viduæ*: quibus luctus in peplo, thalamus in votis, diſſimulatio voluptatum in tenebris, erant. Nam recentiora, notitiæque temporum noſtrorum viciniora, probra memorare; religio fuerit. Id unum ſatìs eſt, in cumulum monuiſſe; *Potente lupâ, nec licentius eſſe quidquam, nec infamius.* Ipſo namque ſui Faſtigio, noctes earum inclareſcunt, ad turpitudinis immortalitatem.

Ruina Reginæ Semiramidis.

XVII. Sed inter hæc, motîs tandem, à Chaone, voluptatúmque nemore, caſtrîs; amplas illas, quas in horto magnis impendiis ſuſcitârat, domos, è quibus, propter altitudinem, univerſa deſpectare caſtra conſueverat, reliquit: ſubinde poſt tergum reſpiciens; & amœni ſibi loci recordationem, per novorum deſideria diverſoriorum, inſtaurans. In Perſida poſthæc movit, ac Parthienem, & Arios; ad Bubacenês uſque citimos montes: omniáque, cis Drangas, ac Parapamíſidas, peragravit armis. Iis ut ſuus eſſet, qui fuit, ſucceſſus; itinera priùs, quàm gentes, ſubigenda ſibi ducens: aſpera, redegit in planitiem; montes, ac rupes, in æquum deduxit: ingentiúmque petrarum moles, quà ferro manúque divulſit; quà peritorum ingeniô (ſicut Annibal poſtea) pervias apertáſque dedit. In locis contrà planioribus, nequid ſuî monimentorum omitteret; aut *pyramidas* eduxit, ſui tranſitûs inſcriptione ſignatas: aut *aggeres*, humo congeſtâ, portentoſæ magnitudinis excitavit; ducum maximè, procorúmque, quos aut expeditionis labor, aut amicæ dolus, interceperat, cineribus cohoneſtandis. Alibi verò, quà viſum, ac lubitum fuerat, *urbes* locis editioribus impoſuit. Quarum tamen, mirandum eſt, aut nullam, aut vix aliquam, apud terræ vete-

Ruina Reginæ Semiramidis.

veteres deſcriptores, hodie reperiri, *Semiramidis* appellatione nobilitatam: cùm Alexander, è diverſo; cùm Cæſares, Julius, Auguſtúſque; cùm Trajanus, Ælius Hadrianus, Juſtinianus, aliíque, nominum ſuorum urbibus ædificiíſque, terrarum utrumque cardinem, ac Solem, implêrint.

XVIII. Cæterùm *Semiramida*, poſt perfectam proſperè Perſicam expeditionem, cupido cepit; Africæ quoque gentium, quoad copia foret, potiundi. Quapropter, in Babylonis ac Phœniciæ fines exercitu reducto; cum copiis univerſis in Ægyptum primò deſcendit: eámque repugnantem, armîs contudit, ac ſuæ ditionis fecit. Deinde, gentium victarum auxiliîs, ſuum ad militem adjunctîs; phalangas ac turmas Aſiaticas, ipsâ jam multitudine confirmatas, adversùm Libyas etiam, Æthyopáſque citimos, eduxit: eorúmque populorum partem permagnam, præliis edomitam, ſibi vectigalem effecit. (*ddd*) Quin & Æthiopum ultimos, quíque Solem *occiduum* tenent, adîſſe mulier audax, fertur; &, Atlantici, quem vocant, Oceani littoribus claſſe perſtrictîs, ejus accolas luſtrâſſe: quos *Heſperios Æthiopas* priſci; noſtri, *Nigritas*, &, his ſubjectos, *Congianos*, appellant. Jam tum autem, ſæculîs tam rudibus, *Chamita-*

Ruina Reginæ Semiramidis.

Digitized by Google

mitarum ſuperſtitione, ſceleréque, vigebat, in Libyæ deſertis arenis, *Jovis Ammonis* ſacrilegum illud oraculum; quod, multîs pòſt tempeſtatibus, *cornuti* ſub *arietis* effigie, *cacodæmonum* reſponſa pro *divinis* vendidit; ac *mundo, volenti decipi*, perplexis carminum vaticiniîs inſultavit. Illàc igitur cùm ab Æthiopibus reverſa Semiramis iter haberet: interrogâſſe ſacerdotes *Ammonis* fertur, de ſorte fatorum, rebus ſuis impendentium. Reſpondiſſéque Jovem; *Futurum, ut è mortalium oculis tandem abiret* (id, quod utique noſtrûm quoque nemini non eventurum eſt, obitu) *nonnullarúmque gentium Orientis ſuffragiô, divinitatis opinionem eſſe nacturam. Tempus autem rerum earum fore; cùm Ninyas, filius, matris vitæ cœpiſſet inſidias ſtruere.* (*eee*) Ninyas porrò, deliciarum & otii, quàm laboris & armorum, ſtudioſior; matri comes ad Africana bella non ierat; ſed, ejus ſummâ voluntate, relictus in Aſſyria, juventutem in voluptatibus conterebat: in pluma lectulorum, quàm criſta militari, verſatior.

XIX. At illa, compoſitîs Afrorum, Æthiopiæque, rebus; victorem exercitum in Aſiam, ac præſertim Bactra, reportavit: poſteaquam, Medis, Perſis, ac Libyæ, ſubigendis, facilè *Septennium*

nium impendit. Ibi, delicatos inter hortos, & amœna nemora, denuò, priſtinas ad animi remiſſiones, toto ſtudiô, ſe convertit. Neque tamen, *amorum Deæ* litanti, *Mars* in univerſum exciderat. Cùm enim *in imperio*, Semiramis, annum jam *octavum, ſupra trigeſimum*, ageret: & hinc quidem ei, gloriæ dulcedo, quam tot è victoriis ſibi peperiſſet; illinc autem, tot equitum peditúmque *myriades*, quas è ſubactis bellô gentibus colligere promptum eſſet, ob oculos verſarentur: iterum, non multò pòſt, è mediis voluptatum caſtris, ad caſtra bellica, cupiditate laudum, revolvi cœpit. Uſqueadeò, *varium* (quod poëta dixit) *ac Mutabile ſemper, Fœmina*; nec quietem ſine curis armorum, nec arma ſine quiete, ferre didicerat. Videbat autem, trans Perſas, & Caramannos, ad Solis orientis plagas, *Indorum* opulentam, ac terrîs felicem, gentem; ſuîs ad eum diem armis inacceſſam. Eam, non laceſsîſſe, verecundiæ fuit. NAM *potens ambitio, quidquid non habet, ereptum ſibi ducit*: &, alibi quoque regnari cum gloriâ, ſine ſuis auſpiciis; ſuum dedecus injuriámque putat. *Aut nihil igitur uſpiam in terris; aut ſui juris, eſſe, vellet: quódque non ultrô datur; id, tanquam debitum, extorquet.*

Hujus igitur impulſu morbi *Semiramis*; de-

Ruina Reginæ Semiramidis.

Digitized by Google

bellandos ſibi, poſt tot edomitas gentes, *Indorum* quoque populos, in animum induxit: quibus eâ tempeſtate rex præſidebat, *Stabróbates*. Sed, quòd & hunc, virum eſſe, non inſtrenuum, audiret: ac, regiones illas montibus, fluminibúſque, potiſſimùm verò, militari robore multitudinéque munitiſſimas, intelligeret: ſine longo ſollertíque, tam ingentis operis, apparatu, non cenſuit, opus inchoandum. Igitur, preſſô, quorſum eæ cogitationes valerent, conſiliô; nullóque tum certo promulgato, quem peteret, hoſte; quò faciliùs incogitanti, vel imparato, *Stabróbati* ſuperveniret: ad ſe, per nuncios ac litteras, è ſatrapis ac provinciarum bellíque præfectis, ſtrenuiſſimum quemque, ſub unum idémque tempus, evocat. Horum habito Bactris conſiliô; delectum fieri juventutis robuſtæ jubet: arma, tela, viros, equos, ac multitudinem, cum cura, celeritatéque, quantâ nunquam antehac, comparari: præterea, ſcutorum, armorúmque reliqui generis, officinas paſſim inſtitui. Navium, adhæc, quæ diſſolvi deportaríque, poſſent, quoties uſus exigeret, claſſem innumerabilem aptari: navigiorum materiem, è Phœniciæ Libano, Syriæque reliquæ montibus, ac Cypri nemoribus, convectari. Denique, nihil non eorum, quæ bellum, ſeris ætatibus loquendum,

dum, expoſceret, apparari: cunctáque triennii, non ampliùs, ſpatiô, Bactris præſtò, conſummatáque, ſiſti. Quibus adjecit; ut elephantorum fierent juſtæ magnitudinis, è ligno, ſimulacra, quàm maximo numero: quæ, virgultîs intùs ac ſtramine, pulveréque, farcirentur; ne cavitas inanis, alliſu pulſúque, fraudem detegeret: foris autem, colore, figurâ, craſſitie, proceritatéque, veros elephantos ementirentur. Id eô mulier conſiliô faciebat: ut, quoniam abundare genus id belluas *Stabróbati* cognôrat; *falſarum* belluarum aſpectu, quotidiano, ſui tum equi, tum milites, *verarum* poſtea formidinem aſſuetudine longâ contemnere diſcerent: cùm ventum ad dimicationem foret. Simùl autem, & æſtimationi ſuæ conſultum volebat: quò minorem ipſa veniret in contemptum hoſti; cùm Stabróbates *Indus*, etiam *Aſſyriis* elephantos eſſe, conſpiceret, & admiraretur.

In hunc ergò modum, datîs mandatis; ad exhaurienda juſſa, cuncti diſcedunt. Jámque *tribus*, utì conſtitutum erat, evolutîs annis, Bactra ſatraparum, ducum, copiarúmque, tum equeſtrium, tum pedeſtrium, incredibilis multitudo, convenerat: quam nec urbs illa, neque circumjecta planities, ſatìs caperet. Ad hæc, armorum veterum recentiúmque; navium reſolubilium,

Ruina Reginæ Semiramidis.

lium, *fictilium* elephantorum, equorum, camelorum, jumentorúmque cæteri generis, *verorum:* tum plauſtrorum, & curruum, ac quadrigarum, & carrorum, quibus naves oneráque ferrentur, numerus, ſine numero, præſtò ſtabat.

XX. Poſtquam autem in promptu fuerunt omnia: regináque, de locis editioribus, circumfuſa Bactris caſtra, cúmque copiis, univerſum expeditionis apparatum, eſt intuita: mirificè delectata, *Dercetæi* celeritatem & induſtriam plurimùm, ac palàm, collaudavit. Is è *Ducibus* erat militaribus, ſpectatæ virtutis, ac fortitudinis, vir: cui, præ cæteris omnibus, regina tanti, quantum diximus, apparatûs curam mandârat: ut, orſus ab Helleſponto (qui *Semiramidæi* dominatûs ad Occidentem limes erat) in ultimos uſque Parthos, ac Dahas, adminiſtratione progreſſus imperii, neceſſaria cuncta compararet. Id naviter *Dercetæus* effecerat. Tum, luſtrari copias, ac recenſeri cuncta tàm nobilis expeditionis inſtrumenta, jubet. Repertæ ſunt autem, ſicut olim regina dictaverat, peditum inſtructiſſimorum, myriades trecentæ: pugnantium ex equis, myriades centum: curruum, acutis falcibus horrentium, myriades decem: navium compactilium longarum, quæ roſtris æneis univerſæ præfigebantur, triginta millia; (*fff*) quas

(*fff*) quas erant claſſiarii completuri, quoties navali prælio decertandum eſſet, remiges ſimùl, ac milites, ex omni Cypro, Phœnicia, Syria, Cilicia, quàm exercitatiſſimi. Virorum præterea, de camelis dimicaturorum, myriades repertæ ſunt decem. Camelorum autem, vectandis oneribus ſervientium, myriades viginti. Coriorum, ac pellium bubularum, ad utres; myriades triginta. *Simulatorum* autem elephantorum, quippe, coriis nigris contectorum, ad *verorum* ſimilitudinem, ſimúlque ſcabritie quadam horrentium, ducenta millia. Quæ ſimulacra, ſicut dictum eſt, lignea, ſtramentis, vimine, pulveréque repleta; ſingula ſinguli vectabant cameli: ſinguláque bini jaculatores Æthiopes, camelis, & elephantis *fictis*, inſidentes, protegebant. Eorum Æthiopum numerata millia ſunt quadringenta. Camelorum autem (utì dictum eſt) militarium, præter eos, qui *fictos* geſtarent elephantos, inſeſſores recenſiti ſunt, ad numerum centum millium; qui *cubitorum quatuor gladios* ſinguli ſingulos quaſſarent. Curruum denique, qui Reginam, comitúmque turbam, portarent, centum ſunt millia numerata. (*ggg*).

XXI. Cum hiſce Regina copiis, & caſtrorum inſtrumentis, in *Indos* derepentè, nihil tale metuentes, iter intendit. Jámque Drangianos

Ruina Reginæ Semiramidis.

nos in fines, ac Gedroſiorum regionem, quam mediam Arbius ſecat fluvius, penetrârat: cùm *Stabróbates*, inopinato nunciô malóque conſternatus, nec tamen animô fractus, trepidos ac fugâ diſperſos agreſtes, militi, quem jam antè ſub ſignis in omnes fortunæ caſus habebat, adjungit; quos & armat, ac per manipulos componit. Quidquid Indorum, ad Gangem uſque, diverſis gentium nominibus, imperio parebat, militatum evocat; ac brevi tempore multitudinem colligit, Aſſyriis etiam copiis terribilem futuram: *ſi ſemper, ubi numerus eſt major, ibi virtus quoque validior, ac ſucceſſus, eſſet.* Acciri præterea vim magnam elephantorum imperat; bellorum apud Indos præcipuum ferè momentum, & auxilium: ſi, quàm horribile, tam pariter & velox eſſet, ac tempeſtivum. Sed tardè moventur: & tunc, longiùs aliquantò ſtabulantes belluæ, quia pax alta belli dirioris oblivionem invexerat, arceſſendæ laborioſiùs erant. Nequid tamen interim, ad molliora quoque remedia, *Stabróbates* (*hhh*) intentatum relinqueret; pacis priùs atque concordiæ viam ingreditur: &, adhuc circa fluminis Arbii trajectum occupatæ, *Semiramidi*, miſſis litteris; ac legatis, ſignificat; *In regno ſuo ſemper quietem ſe, quàm turbas, maluiſſe: quòd ſciret*, tum humanius

manius eſſe, tum & beatius; conſervare ſua, quàm appetere non ſua. *Regnum Indorum, non magìs finium amplitudine, quàm pacatâ viciniâ, ſtetiſſe felix, & opulentum: quantumvis neque ſibi vires, aut animi, defuiſſent, ad laceſſendam potentiam alienam.* Hæc *ſe* virum *feciſſe. Quò magìs mirandum eſſe; Mentem longè diverſam ineſſe* mulieri: *quam natura formâſſet, amicitiæ, quàm fundendi ſanguinis, appetentiorem. Quid autem in oras veniret, ac poſſeſſiones, exteras Regina; cui ſúamet, domi ſuæ, (ſi vel Dearum ævum agitaret) ſatìs ſupérque deberent ampla, magnificáque, cenſeri? Parúmne deſideriis ejus eſſe; Bactrorum, & Perſidis, ac Ninivês, atque Babyloniorum, & omnis Aſſyriæ, Syriæq́;, potiri? Præter hæc, à Ciliciæ faucibus, ad Helleſponti fretum uſque: tum, à Nili clauſtris, ad Oceanum Atlanticum, &, ultimos gentium, Æthiopas, dominari: parúmne magnum eſſe Semiramidi: niſi, populorum omnium quietiſſimos, etiam Indos inceſſeret? Poſuiſſe rerum naturam, ſuos utriq; terminos; quibus alterius ab altero cupiditas diſcluderetur. Et illius quidem imperio, fretum Helleſponticum, & Atlantis Oceanum, conſtitutam eſſe metam: ſuo verò, Taurum Parthicum, ac Parapamíſum, montes: & Arbium & Etymandrum,*

drum, amnes. Quòd ſi verò tam firmos elementorum obices, mulier audax, & ambitioſa, perrupiſſet: ſupereſſe, fluviorum omnium ad Orientem maximos, Indum, & Gangem; quos, invitô sê, ſuíſque, nemo, vel ducum hucuſque, vel Regum, impunè tentaverit: nedum transmiſerit. Scituram eſſe, niſi ſaniora monentem audiret: quantò conſultiùs Semiramidi fuerit, cum delectis juvenum, in Medicis ac Bactrianis nemoribus, meretricari; quàm, cum tot millibus equorum & hominum, in Indi fluminis vorticoſis gurgitibus fluctuari. Non illic geniales lectulos; non turpitudinum oblectamenta: ſed aquarum immanes gyros, & altitudines; ſed gladios, ſed ſariſſas, & ſpicula toxicata Mallorum, cum interitu ſuo, repertură eſſe. Sibi namque certum ac deſtinatum animo ſedere; ſi bellare per injuriă perſeveraret, viventi catenas injicere: captiváque ſuperbiâ palàm in crucem actâ, lætum Soli mortalibúſque ſpectaculum, in pendente Semiramide, publicare. Nec enim aliud ullum dignius, illo, totius Orientis, regali proſtibulô, *futurum eſſe* propatulum. (*iii*)

XXII. Nihil iſta tamen *Semiramin* à cœptis abſtraxêre: quò minùs, ultrò legatis, ac litteris regis, inſultans, aleam urgere prælii feſtinaret: continuóque ripas fluminis Indi peteret. Earum

Earum porrò riparum ulteriorem, jam inſeſſam ab innumeris Indorum copiis; fluménque, navium Indicarum claſſe conſtratum, offendit. Claſſem igitur & ipſa ſuam, plauſtris hucusque jumentísque deportatam, in amnem demittit; partibus navium, quæ reſolutæ jacuerant, artificiô notô recompoſitis, atque compactîs. Dein, claſſicô cantatô, prælium utrimque committi cœptum eſt. In quo, poſt longum certamen, res *Semiramidis* tandem ſuperior fuit: fusúsque *Stabróbates*, ac fugatus, mille naves, flumine depreſſas; ac ſuorum multitudinem memorabilem, ab Aſſyriis captam, amittit. Qua *Semiramis* victoriâ, longè, quàm antehac, inſolentior, inſtandúmque fortunæ rata; nonnullas Indi fluminis, cásque maximè, quas illius æſtuaria faciunt, inſulas occupavit. Quarum in numero, Pátalam, & Cillútam, & Crócalam, ac Bibacten, Domámque, fuiſſe remur: cum urbibus, ad Indum ſitîs. In eo porrò victoriæ fructu, dum *Semiramis* occupatur; *Stabróbates*, Parthicæ fraudis ſuſcepto conſilio, fugam ſimulare, timorémque, cœpit: ac procùl fluvio retroductas univerſas exercitûs ſui vires, ad interiora regni convertit; quibus in regionibus Maſsáni ſunt, & Xatri: cæteráque barbarorum nomina populorum. Ideâ gratiâ rex fecit; utì

Kk non

Ruina Reginæ Semiramidis.

non modò copias, proximô conflictu multùm acciſas, repararet: verùm etiam *Semiramida*, trepidationis ſuæ figmentô, redderet ad inſequendum confidentiorem; eámque, trans amnem, in media regni viſcera, proliceret. Quò cùm primùm eam pertraxiſſet; ſperabat, & populis in illam ſuìs, per circuitum, & elephantorum inſuper armentis, immiſſis: ſe reginam, ex omnibus undequaque partibus, oppreſſurum. Nec ſpes illum ſua, quanquam per caſuum ambages, deſtituit, aut fefellit. *Semiramis* enim, cognitâ, nec tamen examinatâ, *Stabróbatis* fugâ; primùm omnium, flumen Indum, quâ parte fluere clementiùs videbatur, ponte ſibi jungendum ſuſcepit. *Centum* erat, & ampliùs, *ſtadiorum* alvei latitudo; quà ſpatioſior erat. Quà verò nonnihilô contractior; *ſexaginta*. Quapropter, eam ad menſuram, defixus ſtratúſque pons eſt, ſtadiorum totidem *longus*; triginta, (*kkk*) *latus*. Eô copias, tanquam per otium, cùm trajeciſſet: ſexaginta millium ponti præſidium reliquit; ut, ſi quis adverſior caſus incidiſſet, receptui locus ſupereſſet. (*lll*) Totis indè viribus inſecutura *Stabróbatem*, ad intima regni feſtinat: ac, nacta regem, continuò confligit. Nondum etiam tum *Stabróbatis* elephanti, numerô tantô, quantus ſufficeret, in caſtra convene-

venerant. Cùm ergò belluarum ſuarum ſimulacra *Semiramis* omnia ſimùl; pro fronte ſtatim primâ, conſtituiſſet: territi primùm ac ſtupefacti milites Indi, tantâ penès Aſſyrios elephantorum multitudine; ſimùl & eorum equi, tot monſtrorum, quaſi turrium, objectu conſternati, turbaverunt aciem: ac prælii fortunam primam, haud ſecus, ac congreſſu proximo, corruperunt. Ità rurſus, utì nuper, Indorum fit fuga, cædes, captivitas. Actúmque de *Stabróbatis* imperio fortuníſque foret; ni, de gregariis quidam Aſſyriis, qui, nocte ſuperiore, vigiliarum incuriæ reus, in cuſtodiam compactus, ſupplicium ultimum exſpectabat, vincula rupiſſet: &, ad Indorum prætoriana caſtra transfugiô delatus, de *fictis* elephantis reginæ, *ſtratagema* detexiſſet. Ità tum quoque verum fuit priſcum illud; *Nihil ſimulatum, eſſe perpetuum.* Opportunè tunc & *Stabróbatæ* cuncti ſupervenerant elephantes: ac rex, perfugæ tam tempeſtivo lætus indiciô, ſuorum ſiſtere pavōrem, recolligere fugam, aciem reſtituere; *falſíſque* Semiramidis animalibus, ſuorum *veram* ac *vivam* ferociam, plenis agminibus, opponere. Tum prælium totis viribus, atque copiis, inſtaurare; voce, manu, gladiis, ac jaculis: & equitum peditúmque, ſuper Aſſyrios, tanquam nim-

Ruina Reginæ Semiramidis.

Digitized by Google

nimbô quodam effusô. Cuncta denique viri ducíſque fortis, & egregii regis, munia, ritu fulminis, explere; pavendus hoſtibus, ac ſuis admirandus. Hôc igitur tunc primùm loco, reginæ *Semiramidis* bellica, per annos ampliùs quadraginta florens, & inconcuſſa, felicitas rimam egit: ac per præceps in *Ruinam*, gradu nunquam revocabili, feſtinare cœpit: nequis dubitaret, oraculum eſſe, cœlô demiſſum; *MORTALEM omnem Potentiam, cùm ſumma tenére cæperit, ad ima, per alterum montis latus, deſcendere.* Magna fuit eo prælio *Semiramiorum* ſtrages, & infinita cædes. *Semiramis* ipſa, *Stabróbatis*, ei graviter inſiſtentis, adversô petita jaculô; plagam & vulnus excepit: quod tamen, fatigatâ jam ſauciantis manu, remiſſiùs aliquantò conjectum, minùs altè deſcendit in reginæ corpus: citráque lethum ſtetit. Valuit tamen, ad fugam: quam ipſa, tanto perſpecto diſcrimine, tandem arripuit: cúmque ſuis, quos reliquos prælii fortuna fecerat, effuſo curſu, per Indiæ campeſtria loca, pontem repetiit. Tramiſsis ingenti compreſſione copiis; multorúmque corporibus, partim eliſis, partim in amnem ultrò deſilientibus: ne regis in manus, alacriter inſequentis, inciderent; pontem *Semiramis* réſcidit: & Indis, tranſeundi fluminis, facultatem

Ruina Reginæ Semiramidis.

rem ademit. Deinde, de corruptâ bellorum gloriâ, mente non parùm ægra, paullatímque ſpiritus demiſſiores gerens; legatos ad regem mittit, quæ regis tamen aliquando legationem abjecerat. Ab eo, petitâ, nec difficulter impetratâ, captivorum utrimque permutatione, regreditur, unde venerat; inglorio recurſu: cunctorúmque dejectis in humum vultibus, erubeſcendô. Bactris exercitu recenſito; vix tertiam invénit ejus partem, ſalvam. Uſqueadeo ſuperbiam Aſſyriacam, Indorum contempta virtus, tanquã peſtis quædam, ac tempeſtas, eradicârat. (*mmm*)

XXIII. Poſt iſta Semiramis, exactîs jam *in dominatu quadraginta duobus annis*, *vitæ ſexageſimum*, *& alterum*, exorſa; regnandi vivendíque finem, quem animi tandem mœror ei feciſſet, *ſuismet è viſceribus*, talem invénit. Erat Ninyæ, *Semiramidis*, ex Nino, (ſicut dictum eſt) filio, cubiculi regii cuſtos, evnuchus quidam: homo, ſupra corporis ſortem audax, & animoſus. Ei *Ninyas*, (cui *matris vivax ſenectus, in regimine præſertim, gravis* jam dudum erat) negotium dat; reginæ per dolum è medio tollendæ. Sed id *Ninyæ* conſilium, tum *matris* ad ſingula circumſpectione, tum *Numinis* (opinor) interventu, parricidium deteſtantis, ſucceſſu caruit, ac deprehenſus, in ipſo facinoris ap-

Ruina Reginæ Semiramidis.

apparatu, miniſter; cùm *auctorem inſidiarum*, quæſtionem exercente reginâ, profeſſus eſſet: conatûs ſui veniam impetravit. Ferunt enim; *Jovis Ammonii* memorem, reginam (utpote, cujus oraculô *filius inſidiator* jam olim ſibi præſignatus eſſet) perſuaſiſſe ſibi; *Non oportere ſuppliciis humanis caſtigari, quod è fatorum indeclinabili decreto mortalibus eveniret.* Indè *fabularum* omnium *futiliſſima*, per Orientem, eſt diſperſa (cùm, repentè ſublata de vivis, *Semiramis*, nuſquam compareret); *Deorum beneficiô verſam in Columbam eſſe, déque regiæ feneſtris evolaſſe.* Sic, Oraculi partem, etiam illam, ſibi conſtitiſſe jactabant, quâ prædictum fuiſſet; *Ex hominum conſpectibus abituram eſſe*: cùm primùm *Ninyas* ei filius inſidias ſtruere cœpiſſet. Eo proinde nomine, nequid toti præſagio deeſſet, & *Deam* haberi deinceps Semiramidem; & *columbas* ei, ſicut Veneri, ſacras eſſe, dementes Aſſyrii voluerunt.

XXIV. Sed hæc in *nugis* ſunt. *Vera*, de *Semiramidis* morte, narratio, geminas in ſententias, ab auctoribus antiquitatis, diſſcinditur. Sunt enim, quanquam pauci, ſed fide tamen non penitùs indigni: qui referant; *Reginam*, compertâ filii ſui, quam ex inſidiis didiciſſet, regnandi cupiditate: cùm haud ægrè conjecturam faceret,

ret, non quieturum eum, niſi votîs potiretur; ultrò dominationis habenas illi tradidiſſe: quippe, quem imperii, tum legitimum hæredem, tum, per ætatem, utcunque jam habilem, ac, ſuper hæc omnia, cupientiſſimum, intelligeret. Ergo ſpontè dediſſe Ninyæ; quod, niſi daretur, ab invita tandem Ninyas auferret. Placidéque poſt hæc; an magìs, ex ægritudine mentis, privatæque ſortis impatientiâ? diem ſuum obîſſe. *Spiritum* autem illius, lege fatorum exhalatum, idcirco fuiſſe creditum, in *Columbam* abiiſſe: quòd, ſub idem ipſum mortis tempus, *avium*, ſive generis illius, ſive diſparis, ingens multitudo palatium involârit. Indè fabulandi licentiæ viam eſſe ſtratam, ajunt, apud ſuperſtitioſum vulgus. Sunt alii, numeróque potiores, & auctoritate nequaquam inferiores, ſcriptores: qui, trucidatam, à Ninya filio, tradant; ob expetitos ab ea, quos natura deteſtatur, complexus. Et in hanc opinionem, propter auctorum multitudinem atque gravitatem, inclinare compellor; tanquam *veriorem*. Sic enim Pompejus Trogus, &, abbreviator Trogi, Juſtinus; ſic ipſe divus Auguſtinus Hipponenſis; ſic alii complures, è veteribus; &, è recentioribus, Turſellinus, Cluverus, Valerius Anſelmus, & Salianus, cæteríque, ſenſerunt. (*nnn*) Quam ego rem, etſi

Ruina Reginæ Semiramidis.

novatorum nonnemini (*ooo*) *parùm credibilem*, alii verò cuipiam, *calumniæ ſuſpectam* (*ppp*); in hunc, quem ſubnecto, modum accidiſſe, pro ſatis explorato cenſeo.

XXV. *Semiramis* igitur, deprehenſis *Evnuchi*, ſicuti relatum eſt, inſidiis: compertóque, *filii* ſubornatione facinus illud tentatum eſſe; qui cœpta ſinè dubio patraturus foret: deleniendum hunc potiùs ſibi, quàm exaſperandum eſſe, decrevit. Cùm igitur, hinc quidem retinendæ dominationis, in aliqua ſaltem parte gubernaculorum, eſſet avidiſſima; de cætero verò, nec in illa quidem ætate prorſus eſſet à libidinibus aliena: filii (pellicibus alioquin impenſiſſimè deditis) colloquium, procul arbitris, ac ſolitarium, expetivit. Venit autem, eò corporis ſemitecti cultu; quo, ſub medium diei, ſe pranſo Neroni ſuo mater Agrippina (*qqq*), vel Baſſiano privigno noverca Julia, (*rrr*) vel genero ſuo ſocrus vetula, Gabrya (*ſſſ*), conſuêſſent offerre; deteſtabilis inceſtûs deſideria profeſſæ. Nec id abhorruit à præterita *Semiramidis* incontinentiâ; qua, ferunt, eò fuiſſe provolutam exſecrandæ petulantiæ mulierem: ut non ſolùm *duces* quàm plurimos, ac tribunos, & centuriones; ſed (quod vel cogitatu dictúque nefas ſit) etiam *equum*, adamârit; & (ſiqua Jubæ ſit regi fides,

Digitized by Google

fides, apud C. Plinium, octavô naturalium libro, capite quadrageſimo ſecundo) totius naturæ conculcatâ reverentiâ, ſibi conjunxerit, infandô commercio. Non potuerunt autem hæc, tot vitæ *maternæ* monſtra, latére *filium*; quæ jam dudum canebat mundus. Is ergo, non tam quidem *intemperantiæ* fugâ (quid enim & illo poſtea contaminatius vidit Sol?) quàm, opportunitatis anſâ, lætus, quam nactus eſſet, ad regni detentricem opprimendam: in ipſa *ſceleſti cubilis* exſpectatione procaci, *matrem*, tale nihil metuentem, jugulavit. Imperium autem ipſe, ſinè cujusquam æmuli metu, ſolus deinceps obtinuit.

XXVI. Hunc in modum, ex *altiſſimo* rerum faſtigio, quo cunctam, *majorem* juxtà *minorémque*, rexerat Aſiam, & Africæ pleraſque gentes; ad Tartari *profunda* loca *Semiramis* deſcendit, ad unum gladii, vel punctum, vel ictum. Ibi nunc, lubricæ juventæ, proditi maritalis thalami, militarium ſtuprorum, corruptæ naturæ, veſanæ ſuperbiæ, cunctorúmque ſcelerum, horrendas expendit, ſempiternáſque, pœnas: ut, *quantùm in deliciis fuit*, Aſſyriorum imperatrix; *tantum nunc tormentorum*, ac luctûs, *accipiat* (*ttt*). Quæ tamen, in vivis dum eſſet, per *annos* dominationis *duos ac quadraginta*, quoties, ô, quámque jactabundè, cum illa *Ba-*

Ruina Reginæ Semiramidis.

Digitized by Google

bylonica lupâ, dixit; *Sedeo Regina: vidua* (quanquam extinctô jam marito) *non ſum: & luctum non videbo. Venerunt*, ecce *ſub unum eundémque diem; plagæ* trucidantis ferri; *mors* corporis animíque ſimùl; *luctus*, ſine fine duraturus; *& ignis* inextincti rogus horrendus. (*uuu*) *Quia Fortis eſt, qui dejecit illam, DEVS. Id nunc, Reges, intelligite*; Reginæ, formidate: quíque terrarum, ac tribunalium, eſtis arbitri; tam funeſto *Semiramidis* occaſu, redditi modeſtiores, *erudimini!* (*xxx*) Quid enim, per Deum, *quid profuit*, ambitioſæ mulieri, ſua *Superbia?* quid, libidinum venatrici, ſua cubilia? quid orbis exſpoliatrici, totius orbis opes; & tot provinciarum, ac populorum, tumida jactantia? Scilicet, *Olim iſta!* nunc, *tanquam umbra, tranſierunt: &, tanquam nuntius præteriens; ac, velut navis, quæ percurrit*, fluctibus incitatum & ventis, *Oceanum: cujus, cùm prætervolârit, non eſt invenire veſtigium; neque* triremis *ſemitam*, undarum ſulcis impreſſam. (*yyy*) Libet enim hæc omnia, cum *Sapiente* Salomone, deplorare. Quæ *plures tamen attingunt, quàm movent.* Sed malè-felix *Semiramis*, quàm hæc verè dicta ſint, ſuóptemalô nunc experitur: quæ, *quo loco jam eſt, cruciatur; quo loco Fuit, inutiliter & impiè celebratur. Syri* namque, (quod Athenago-

nagoras, Chriſtianus Philoſophus, in Apologetico ſuo tradidit) *divinis* eam honoribus conſecravêre: nec eam modò, ſed *columbas* pariter *omnes*, quarum induiſſe formam eſt credita, *Deas* exiſtimavêre. (*zzz*) Gentes autem *Aſſyriæ*, vexillis ſuis militaribus *Columbarum* inſigne prætulerunt: &, quòd à *columbis* nutrita Semiramis; &, quòd in *columbam* moriens immigrâſſet: ipsáque, vivens adhuc, alio nunquam, quàm *columbino* ſigno, lábara ſua bellica notare conſueviſſet. (*aaaa*) Indè, toties, in divinorum vatum præſagiis, inculcatus *Aſſyriæ Columbæ* terror; *facies gladii Columbæ* (*bbbb*); *Columbæ, de terris Aſſyriorum*. Quibus omnibus, *minæ* denuntiantur *exercitûs Aſſyriorum* regum; Hebræis ſuperventurì terris. (*cccc*) Ac talis quidem fuît *Semiramidis*, apud Babylonios, Chaldæos, ac Ninivitas, memoria. Cæterùm, generatim omnes, ad Solem ſurgentem, populi; *Divam* eam, ſub *Rheæ* nomine; jactaverunt; ac victimis, incensóque thure, coluerunt. (*dddd*) De *Sepulcro* porrò, quod vivens ipſa ſibi poſuiſſe fertur (non uſura ſanè, ſi vel in *Deam*, vel in *columbam*, abîſſet) id memorabile cumprimis à ſcriptoribus traditur: hanc marmori ſummo ſententiam, notîs Chaldaicîs, *Semiramidem* inſcripſiſſe; QUICUNQUE REX

PE-

Ruina Reginæ Semiramidis.

Pecuniæ Penuriam Paſſus Fuerit; Hoc Patefacto Monumento, Quantumcunque Voluerit, Accipiet. Hanc talem inſcriptionem *reges* Aſſyriorum *omnes*, ad unum, perhibentur, vel neglexiſſe, cùm legerent; vel mendacem credidiſſe; vel, debitô funeribus honore, proſecuti, tangere refugiſſe: donec ad extremum, ab Aſſyriis, ad Medos, ac Perſas, imperio translato, de *Dariis* (quorum plures fuerunt) *unus*, monumentum effringere ſit auſus; auri cupiditate ſtimulatus. Eum, ajunt, ablato lapide, pecuniæ quidem nec aſſem inveniſſe; convitii verò mordacis pleniſſimam exprobrationem; intus ſcriptam, in hæc verba.

Nisi Vir Nequam Esses, Ac Nummorum Insatiabilis Gurges: Nunquam Eò Descendisses; ut Cadaverum Loculos Scrutarere.

Semper enim, & *civilis* juris, & *ſacri*, ſenſu (eeee), *ſepulcrorum effractores*, ſacrilegis, ac profligatæ frugis nebulonibus, adnumerari ſolebant.

Sed hæc quidem, ſuper *inſcriptione tumuli*, de *Semiramide*, Plutarchus in Apophthegmatibus; ac, poſt eum, alii, prodiderunt. Herodotus autem, *Nitocri* factum hoc attribuit; cujus tamen *reginæ* tempora, multis annorum centuriis, *Semiramidis* ætatem ſubſecuta ſunt. Ut taceam;

Digitized by Google

ceam; *& aliam* poſtea fuiſſe *Semiramin*, Atossam cognomine, Belóchi, regis Aſſyrii, filiam; & imperii paterni collegiô memorabilem. Cujus inter, ac prioris illius, tempora, ſunt, qui plusquam annos mille, nec præter cauſſam, interponant. (*ffff*) Harum igitur ambarum geſta quisquis inter ſeſe miſcuerit; & hiſtoriæ claram lucem, & *Atoſſæ* fulgentiorem gloriam, opus eſt, út falſitatis ignominiosâ nube confundat. Nam, quod in aliis quoque permultis uſuvénit: *Nomen idem* utrique reginarum; *mores autem, exitúſque, diverſiſſimi* fuerunt: ob quos, alteram quidem *in cælum tollas*; alteram, *ad Tartara depreſſam*, velis.

AVCTORES.

(A) *Flavius Joſephus, lib. 1. de bello Judaico, cap. 16. ante finem.* (b) *Ovidius Naſo, libr. 4. Metamorphoſeôn, Dércetin, eam appellat. At Gyraldus, ſyntagmate 1.* Derce *legendum, autumat, eo Naſonis verſu.* (c) *Idem Gyraldus, Syntagmate. 1. de DIS topicis.* (d) *libro 2. cap. 6.* (e) *Ambroſ. Calepin. Bergomas, in editione Lugdunenſi, apud Joann. Majæum, anno 1569.* (f) *in Lexico. Ait enim*; Σεμίραμις, περιστερὰ ὄρειος. (g) *Edvvardus Simſonius, in Chronici Catho-*

Catholici annum Mundi 1937. (h) *Verba Macrobii ſunt, Commentar. in Somnium Scipionis l. 2. c. 10. Supra Ninum, à quo Semiramis, ſecundùm quoſdam, creditur procreata, nihil præclarum in libros relatum eſt.* (i) *Diodorus Siculus libro 1. bibliothecæ hiſtoricæ, cap. 4. Lilius Gyraldus, Syntagm. 1. de DIS topicis; Valerius Anſelmus Rydus, in catalogo, annorum, atque Principum. Pſeudoberôſus, ſeu, Annius Viterbienſis, libr. 5. Carolus Stephanus, Ambroſ. Bergomas, & alii.* (k) *Athenæus: & ex eo, Diodorus, libro 2. cap. 20. ac plures. Verba Diodori, ſunt iſta.* Athenæus, & quidam alii ſcriptores, aſſerunt; Meretricem hanc (*Semiramin*) fuiſſe, elegantis formæ: &, ob pulcritudinem, ab Aſſyriorum rege adamatam, &c. *quem vide.* (l) *Diodorus Siculus, libro 2. cap. 6.* (m) *Vide Indicem vocum Hebraicarum, in editione Bibliorum Sixtinâ.* (n) *Vide C. Plinium, libro 35. cap. 10. verſu 53.* (o) *Vide & Edvvardum Simſonium, in Chronico ſuo Catholico (acatholico) in ann. mund. 1937.* (p) *Ælianus, libro 7. cap. 1. ex Dione id narrat.* (q) Ζώρμης, *Julio Africano, & Euſebio Pamphili.* (r) *Edvvardus Simſonius, loco ſuperiùs citato.* (ſ) *In quibus eſt Valerius Anſelmus Rydus, in Catalogo annorum, Bernæ edito, anno 1540. Joannes item*

Clu-

Cluverius, lib. 2. epitomês Hiſtoriarum; titulo, Semiramis. Horatius Turſellin. libr. 1. epitomês: & utcunque, Carolus etiam Stephanus, & Edvvardus Simſonius. (t) *Joannes de Buſſieres, in Floſculis delibatis, Parte 1.* (u) *Q. Curtius libro 7. de geſtis Alexandri M. cap. 6. & lib. 9. cap. 6.* (x) *De regum Aſſyriorum numero, & imperii Aſſyriaci diuturnitate, conſule Jacobũ Salianum; in Auctario enchiridii, à ſe conſcripti, id totum breviter colligentem.* (y) *Vide eundem Salianum, in Ann. mund. 2048.* (z) *Vide Salian. ex Diodoro, in Ann. mund. 1909.*

(Aa) *Q. Curtius lib. 5. de geſtis Alexandri, cap. 1.* (bb) *Valerius Anſelmus, in Catalogo annorum, atque Principum.* (cc) *ab eodem Valerio.* (dd) *Idem Valerius. De turribus porrò 300. in tanta urbe, quid miri novíque? cùm etiam Amberga Palatina, in qua nunc iſta cóndimus, turres jam olim numeret mœnium, nonaginta ſeptem? Et hæc quid, ad Babylonem collata? Ceterùm, tum in hoc, tum in aliis quoque, diſſidet à Q. Curtio Valerius Anſelmus: quòd ille ambitum murorum Babylonis, ſcribat, ſtadiorum fuiſſe 358. iſte verò, 480.* (ee) *Libro 4. Originum.* (ff) *Daniel. c. 4. verſ. 27. Nónne hæc eſt Babylon magna, quam Ego ædificavi? &c.* (gg) *libro 5. c. 1.* (hh) *Edvvardus Simſonius,*

in

Ruina Reginæ Semiramidis.

in annum Mundi 1937. & Pſeudo-beroſus, apud Carol. Stephanum. V. Semiramis, ad fin. Item Euſtathius, in Periegéſin Dionyſii: citatus etiam à Simſonio. (ii) *Suidas, viam duorum plethórum, ponit: quod eodem récidit. De Segetibus, intrà murum & ædificia, Q. Curtius memorat, libro 5. cap. 1.* (kk) *Idem Curtius, ibidem, Orientis inter mirabilia opera numeratum, refert.* (ll) *Herodotus Halicarnaſséus: ubi de Semiramide, l. 1.* (mm) *Sic in Græco Diodori textu legitur: tametſi Latinus interpres, in quibusdam editionibus, Centum tantummodo ſtadia exprimat.* (nn) *Tot enim anni numerantur, ab anno Mundi 2049. uſque ad hunc Chriſti annum, quo ſcribimus, 1653.* (oo) *Joann. de Buſſieres, in Floſculis delibatis, parte 1. & Joann. Cluverus, libro 2. epitom. hiſtoriar. mundi.* (pp) *C. Plinius, libro naturalium 33. cap. 3.* (qq) *Joann. Sinapius, in Semiramide, & Carol. Stephanus, ex Valerii Maximi libro 9. c. 3.* (rr) *Libro 9. cap. 6.* (ſſ) *Valerius Anſelmus, in Catalogo annorum.* (tt) *Joachimus Vadianus, in Geographia: & Abrahamus Ortelius, in expeditione Alexandri Magni. Diodorus tamen, de Ecbatanis, poſteriùs narrat; poſt hortum Cháonis.* (uu) *Suidas.* (xx) *Sic Diodorus, in editione Hanovienſi, an.* 1611. *Laurentio Rhodomanno, Cheruſco, inter-*

terprete. Jacobus autem Salianus, 130. tantùm ponit. (yy) *Suidas, in Semiramide.* (zz) *Sic plerique eum nominant. Diodorus, Bagiſtánum; Ortelius, Bagiſtámam; Lilius autem Gyraldus, Bagiſthenem.*

(Aaa) *Hæc, de altitudine ſimulacri illius, déq; 100. viris, apud Lilium Gyraldũ reperias, Syntagmate 17. pag. 657.* (bbb) *Laſcivã fuiſſe, prodidit etiã S. Athenagoras, philoſophus, Oratione pro Chriſtianis, ad Marc. Antoninum, & Commodum, Imperatores. Significant idem, & Horatius Turſellin. epitom. hiſt. in Nembrotho: & Jo. de Buſſieres, in Floſculis, aliiq; complures.* (ccc) *De cæde, & infoſſione viventium, ex Julio Africano refert Joſephus Scaliger, cap. 3. in Chronicon Euſebii n. 7. Idem & de Aggeribus: ac Diodorus libro 2. fuſiùs aliquantò.* (ddd) *Diodorus libro 2. Joan. Cluverus libro 2. Turſellin. in Nembrotho.* (eee) *Diodorus c. 14. libro 2.* (fff) *Valerius Anſelmus Rydus, in Catalogo annorum: credibiliùs, quàm alii; qui 3000. tantùm numerant.* (ggg) *Hæc ex Suida pléraque, in Semiramide. Valerius quoque Anſelmus numerat peditum 3000000. equitum 500000.* (hhh) *Ità Diodorus eum appellat. Perperam fortaſſis alii, (in quibus Cluverus) Scaurobatem; aut, ut Anſelmus Rydus, Staurobatẽ.* (iii) *De legatione,*

Ruina Reginæ Semiramidis.

Digitized by Google

ac litteris, ad eam ignominioſè ſcriptis, àrege Indorum non ſine ſcortationum exprobratione; ſignatè meminit Diodorus: ſicut & de minis crucifixionis, libro 2. c. 18. (kkk) *In Suidæ latinâ verſione, 300. latitudo memoratur. Sed clarum eſt; librariorum vitio, circulum, ſeu,* Nullam *unam, numero legitimo,* triginta, *ſuperadditam, ſupra fidem eſſe.* (lll) *De fluvii latitudine, pontiſque longitudine, ſcribit, in Semiramide, Suidas. De præſidio verò, ponti relicto, Diodorus l. 2. c. 18. ubi pariter ait; Latiſſimũ fuiſſe pontẽ, ac magnis ſumptibus inductum.* (mmm) *Præter Diodorum Siculum, vide etiã Juſtinum, & Suidam.* (nnn) *Juſtinus, lib. 1. S. Auguſtinus l. 18. de Civit. c. 2. Horatius Turſellin. l. 2. epitom. Joannes Cluverus, itidem l. 2. epitom. Valerius Anſelm. in catalogo annorum atq; Principum. Jacob. Salianus in An. Mundi 2090. n. 3. fin.* (ooo) *Edvvardus Simſon, in Chronico Catholico.* (ppp) *Joannes de Buſſieres, in Floſculis delibatis.* (qqq) *Cornel. Tacitus Annal. libro 14. ad init.* (rrr) *Ælius Spartianus, in Antonino Caracalla; qui priùs Baſſianus vocabatur. Spondanus tamen, in Annum Chriſti Baronianum 214. numeri 2. Annotatione ſeparatâ, ex Herodiano, & Dione (qui Caracallam Baſſianum familiariter novit) refert; non tantùm Novercã, ſed revera*

Ma-

Digitized by Google

Matrem, tam Baſſiani, quàm Getæ, fuiſſe Juliam iſtã. (ſſſ) *Martinus Zeilerus, in ſuo Tragico theatro.* (ttt) *Apocalypſ. 18. 7.* (uuu) *Ibidem, paucis immutatis, per accommodationẽ ad Semiramin.* (xxx) *pſalmo 2. verſ. 10. &c.* (yyy) *Sapientiæ 5. à v. 8.* (zzz) *Oratione, ad Imperatores, M. Antoninum, & Commodum.* (Aaaa) *Joſephus Scaliger, ex Hebræo ſcriptore, in Notis Euſebianis.* (bbbb) *Jeremiæ 25. v. 38. & cap. 46. verſ. 16. & cap. 50. verſ. 16. Oſeæ item, cap. 11. v. 11.* (cccc) *De his Aſſyriorũ, & poſtea, translato ad Babylonios imperio Chaldæorum, militaribus vexillis; vide etiãm Simſonem Anglum, in annũ mundi 1937. ante finem.* (dddd) *Suidas, in Semiramide.* (eeee) *Vide S. Joann. Chryſoſtomum, Homil. 13. in S. Matthæum, epilogo: ubi adulteris, homicidis, parricidis, connectit, Sepulcrorum violatores. Item, Jus Canonicum, Decreti Gratianæi, 6. q. 1. Infames.* (ffff) *Simſonius, in annum mun. 1937. ad finem, ex Euſtathio, in Periegéſin commentante. ponit autem annos 1800. ſine dubio, nimium: cùm tamdiu nõ ſteterit, à Semiramide prima univerſim etiã ſumptum, Aſſyriorũ imperium. Atoſſa verò, ſeu, ſecunda Semiramis, imperavit, unà cũ patre ſuo, circa an. mun. 2569.*

Periit porrò Semiramis, anno, à Condito mundo, 2090. Salian. ibid.

Ruina Reginæ Semiramidis.

Digitized by Google

RUINA VIII.

Quæ fuit,

PENTAPOLEOS.

BREVIARIUM CAPITUM.

I. *Ninyas, matri occiſæ ſubrogatus in imperio; regnum per Proceres adminiſtrat. Hi magnificos ſibi quisque titulos aſſumunt: inter quos erat Satrapes Amraphel, cum cæteris; quibuſcum poſtea bellô Sodomam afflixit.*

II. *Inter hæc Abrahamus, Chaldæâ Meſopotamiâq; relictis, in Chanaanitidem commigrat. Ob incommoda paſtionum, à Loto, nepote ſuo, divertit, pacis cauſsâ; & in Hebronæa valle ſedem figit. Lotus verò, per Engaddæos montes (quorum, ut fertilitas, ſic horror, deſcribitur) Pentapolin versùs, iter intendit.*

III. *Vallis illius, in qua ſita fuit Pentapolis, deſcriptio: varia ejuſdem nomina: amœnitas; etiam ex Jordane, mediam eam perlabente. Securitas, ex munimento montium, & frequentiâ fontium Aſphalticorum.*

IV. *Pentapoleos mira fertilitas, universâ valle.* Nomen, à Quinque urbibus; *& Loti ſedes, Sodomis fixa.* *V. Pen-*

Digitized by Google

V. *Pentapolitarum, ac præcipuè, Sodomam & Gomorrham incolentium, aliquot vitia gravia. Graviſſimum autem omnium, & in cælum vociferans, Peccatum contra Naturam. Ad vindictam ergo Deus Juſtus accingitur.*

VI. *Pentapolitas igitur primùm Chodorlahomóri, Perſarum Satrapæ, ſeu Regulo, ſtipendiarios facit. Eoſdem, poſt annos complures, imperata tributúmque detrectantes, idem Chodorláhomor, poſt gentes, eis circumjectas, imperio ſuo ſubjugatas, bello perſequitur; operâ ſociâ trium aliorum regum. Hi, quinque Pentapoleos reges, & eorum exercitum, fundunt, fugántque: & eorum urbes diripiunt. Captivam abducunt inermem turbam: &, in ea, Lotum quoque, cum familiâ.*

VII. *At viciſſim Chodorlahomórem, ac ſocios reges, Abrahamus, collecto exercitu tumultuario, perſequitur: incautos opprimit: prædam omnem, & captivos, extorquet. In reditu, à rege ac Sacerdote Melchiſedecho, cum gratulationibus, nec ſine Sacrificio, excipitur. Regi Sodomorum, omnia reſtituit, ab hoſtibus erepta; in quibus & Lotus erat, Sodomorum inquilinus. Nec tamen Sodomitæ, vel illatis antehac cladibus, vel divinis tunc* fa-

Ruina Pentapoleos.

favoribus, & beneficiis, emendantur; ſed deteriores fiunt: ac Deum, ad inferendas pœnas, compellunt.

VIII. *Sodomam reverſus Lotus, filias ſuas deſpondet, poſt aliquot annos. Abrahamo, alibi, ſub quercu ſedenti, tres Angeli ſe videndos, & prandio reficiendos, offerunt. Hi filium ei promittunt; & Pentapolis everſionem prædicunt. Abrahamo, pro ſalute Sodomorum ſupplicanti, ſub conditione, ſi vel decem illic eſſent innoxii, preces ſuæ non ſuccedunt: eò, quòd decem juſtos urbs non haberet.*

IX. *Ex tribus Angelis illis, Duo Sodomam veſpere, ſed incogniti, veniunt. A Lotho pertrahuntur in domum ſuam: quibus ille cœnam apponit; & alia hoſpitalitatis officia perhumanè præſtat.*

X. *Cœnatos jam Angelos, Sodomorum cives, concurſu facto, tanquam homines & Juvenes, à Loto, poſtulant, educi: per corporis contumeliam illudendos. Lotum, recuſantem, & conditiones alias eis offerentem, vi factâ, propemodum cogunt, ac plurimùm affligunt: additis etiam verborum conviciis.*

XI. *Lotum Angeli retrahunt in ædes: Sodomorum cives, cæcitate mirabili multatos, repri-*

Digitized by Google

reprimunt. Lotum monent, ut ex urbe ſe, cum chariſſimis quibusque ſuorum, quàm primùm proripiat. Eum, generi duo exſibilant: &, ad colligenda vaſa, tardiorem efficiunt; ac fortaſſis etiam, ſuper urbis interitu, ſubdubitantem.

XII. *Eum nihilominus Angeli, quantumvis diſſimulantem, cum familia, Sodomis educunt: &, cum dolore ſua relinquentes, vetant, ullo loco, vel ſubſiſtere, vel retroſpicere. Feſtinationis præcepto, & impendentis ruinæ, metu, conſternatus Lotus; Ségorem ſibi, urbeculam, depoſcit, ad latebras, ac ſecuritatem: &, quamvis alioquin eodem exitio involvendam, impetrat; Ségorem dictam, ab Exilitate; cùm Bala priùs diceretur.*

XIII. *Pentapoleos, cœleſtibus exuſtæ flammis, atrox exitium; & luculenta deſcriptio. Incendii vapor, eminus, etiam Abrahamo monſtratus.*

XIV. *Tantiſper Ségorem Lotus, cum filiabus, attigerat. Vxor autem Loti, curioſitate ſuperata, contra datum ſibi mandatum, ſubſtiterat: ac, retroſpiciens, in Salis erat Columnam transformata. De Salis hac Statua, miranda quædam traduntur; à teſtibus etiam oculatis. Mulieres, à curioſa levita-*

Ruina Pentapoleos.

te abſterrentur: & cum illis, omne genus hominum.

XV. Pentapolis, breviſſimo temporis ſpatio, periit; non igne tantùm, ſed etiam hiatibus terræ, hauſta. Ad inferos inſuper, omnes incolæ deſcenderunt: ídque meritiſſimô jure; propter ſceleris Sodomitici enormitatem, & latè poſtea ſerpens contagium: quod utrumque ſexum, & pleraſque nationes, accendit.

XVI. Deus, infandarum libidinum internecinus hoſtis, omnes illius, etiam reliquias, & inſtrumenta, delet; aut fœdè notat. Pro Pentapoli, Lacum Aſphaltiten, ſupra Vallem Siddæam, induxit. Is variè nominatur, variis à cauſſis: præcipuè verò, Mare Mortuum. In eo, Vivum nihil remanet. Illius undæ, cæteris diſpares. Omnia circumcirca ſterilia ſunt: etiam formoſiſſima quæque poma. Tantùm, Bitumen in eo generatur: cujus admiranda eſt natura, figura, magnitudo, modus extrahendi, modus avellendi, medicinæ uſus. In mare mortuum jacta vivorum corpora, non merguntur. Fumum exhalat, malè ominoſum. Sub lacu illo, ſimulacra præſtigioſa. Fundum illius profundiſſimum, typus Judiciorum Dei: cujus Ira, præpoſteras in turpitudines, ſemper graviter, & juſtiſſimè, exardeſcit.

Ruina Pentapoleos.

Digitized by Google

RUINA PENTAPOLEOS.

(I.)

SEmiramide ſublatâ, ſuſcepit Imperium Aſſyriorum, patris ſupremâ voluntate, ſucceſſioníſque lege, ſibi debitum, *Ninyas*: velut in ſuperioribus eſt memoratum. Adminiſtrabat autem, tam *Aſſyrii* regni negotia, quàm provinciarum curas, non ipſe per ſe Rex, ſed per ſatrapas, ac præfectos. Ipſe verò, gynæcéo clauſus, fœminis dabat, ac voluptatibus, operam: *hoc* denique *regium arbitratus*, *ſi cupidinibus ſuis ſubjaceret*. At Satrapis eouſque crevit animi tumor, & ambitionis inſolentia, dum rex cuncta diſſimulat; ut eorum multi ſe *Principes* ac *Dynaſtas* appellarent: nonnulli quoque, longiùs progreſſi titulîs, *Regum* ſe nuncupatione ferrent. Uſqueadeò jam tum *Ninyæ* dicere licuit, quod Nabuchodonoſori multò pòſt éxcidit: cujus glorioſa fuit interrogatio; *Numquid non principes mei ſimul Reges ſunt?* (*a*) Eorum in numero, Babylonius fuit Satrapes, *Amraphélus*: *Ariôchus*, Elláſaris dynaſtes; quam, Pontum, editio *Pentateu-*

tateuchi vulgata nominat: *Codorlahómor*, qui Perſidem adminiſtrabat: *Thadal* item, qui *Gentium* ac populorum colluviem illam gubernabat, quæ regiones, Cœleſyriam inter ac Palæſtinam ſitas, inſederant: quarúmque pars potior *Galilææ-Gentium* poſt hæc eſt appellatione celebrata.

II. Sub eádem tempora, cùm *annum* jam *octavum decimum* in imperio *Ninyas* ageret; *Abrahamus*, gente, ſtirpíſque longo tractu, *Chaldæus*, patre *Tharâ* (cujus tritavus Heber fuerat) divinîs evocatus monitis, *Vram*, natale ſolum, reliquit: &, itinerum annorúmque laboriosîs ambagibus, *Charras* primùm, Meſopotamicam urbem; dein & in Palæſtinam, commigravit. Eam regionem *Chananæi* tunc incolebant, *Chami* flagitioſa poſteritas; aliæque gentes nonnullæ: non tam moribus, quàm appellationibus, diviſæ. Profectionis comites Abrahamo fuerunt, præter Tharam patrem, Charrîs extinctum; uxor *Sara*, fratríſque filius, *Lotus*: cum ſervis, vernis, atque familiâ. Pecora quoque ſecum, & facultates alias mobiles, trahebant. Et, quia Chanaanitidis terræ nihil tunc proprium poſſidebant: quocunque venerant, vel precariò, vel conniventibus indigenis, tentoria figebant; ſub pellibus vitam

Digitized by Google

vitam agentes: ac paſcua, ſiqua gregibus & armentis idonea, lætioráque, reperiſſent, occupabant; gratiâ, pecuniîs conductâ. Sed tantum erat pecoris Abrahamo Lotóque; tantum opilionum, ac bubulcorum: ut, tametſi paſcere ſimùl, & hoſpitari, peroptarent (quippe, quod eis lex etiam conſanguinitatis ſuadebat) nullâ tamen id ratione præſtare poſſent. Multitudo tabernaculorum; pecorum confuſa promiſcuáque colluvies; reducendorum è paſcuis operoſa diſtinctio; paſtorum æternæ rixæ, non ſinè baculis fortaſſe, nec ſinè vulneribus interdum, alternatæ: ne dominos etiam inter ſe denique colliderent, ad ſeceſſum mutuum providos viros impulerunt. Prior optionem nepoti Loto patruus Abrahamus obtulit; *modeſtiâ, quæ plures inventura ſui præcones eſſet, quàm virtutis imitatores.* Et Lotus, ſine fictæ mentis cæremoniis, (quales hoc ævo, politìs recuſandi verbis, ſed falsô voluntatis ſenſu, fierent) conditionem *ſenioris* acceptavit, ut *junior*. Circumſpexit omnem, quaquaverſum patebat, Jordanis fluminis alveum; &, utrimque ripis illius exſpatiantem, viciniam. Abrahamo Chanaanitida reliquit; qui poſthæc in *vallem*, Hebroni ſubjectam urbi, conceſſit: tabernaculúmque fixit ad *Quercum, Mambræ*, poſſeſſoris ac domini

tractûs

Ruina Pentapoleos.

tractûs illius, nomine famoſam. Ipſe Lotus autem, ad Jordanis amœna loca, cum uxore ſua, liberíſque, cunctáque familiâ, ſegregatus à patruo, diſceſſit. Illic occurrerunt ei primùm *Engaddæi* montes, &, ejusdem nominis, ſolitudo, valléſque; cum *Engadda*, tunc urbe caſtellóque; ſummis montium verticibus impoſito. Tenebat ea loca, gens Amorrhæa, ferox; & Chananæorum moribus haud intacta. Palmîs, ac vitibus, & arbuſtis odoriferis, omníque plantarum felicium genere, beatus ager erat. Sed præcipuè *Balſami* crebris fruticibus, longè latéque redolebat. Interim amœnitatem germinum, & odoris gratiam, corrumpebat horrida tractûs illius facies: prominentibus ſuprà, deſupérque pendentibus, ſcopulîs, immani mole: qui ſubeuntium capitibus minitari ruinam, ac perniciem, in omnia momenta, viderentur. Quæ res, & hodie prætereuntes conſternat (*b*): & tunc *Lotum*, ne moram illic traheret, alienavit. Igitur, ex *Engaddæ* ſummo dorſo, terras circumquaque valléſque ſubjectas ſpeculatus; delegit, *ex oculorum conſiliô*, ſedi ſuæ *locum: quem ei ratio mentis diſſuaſiſſet.*

III. VALLIS erat, ad Solis Orientis plagam iis ſita, qui montes Engaddæos tenebant. Eam

Bain Hebræi SIDDIM appellabant: quæ vox, Aquilæ, Septuaginta duorum interpretum ſucceſſori, *Campeſtria*; Theodotioni verò, cæteríſque plerisque, *nemorum amœnorum locum*, ſignificat. (*c*) Sacra volumina, *Sylveſtrem* quoque *vallem* alicubi vocant; à nemorum, tanquam ſylvarum, copiâ: *Vallem* item *Salſam*, (*d*) &, *Salinarum*; propterea, quòd in vicinia, quà Solem Occidentem reſpiciebat, *Foſſas* accolæ fecerant: in quibus aquam marinam, ſolis ardore percoctam, & in *ſalem* redactam, condebant. Invenio quoque, de ſcriptoribus ætatis mediæ, nonneminem; qui *Vallem Illuſtrem* nominârit (*e*); ob amœnitatem, ut ego reor, &, ob regionis formam, aſſiduo ſole conſpicuam. Etſi non neſciam; ab aliis *Terræ Sacræ* deſcriptoribus: alibi quoque *vallem Illuſtrem* eſſe collocatam. Sed de *nominibus* minor eſt, parúmque *rem* ipſam adjuvans, diſputatio. Certiſſimum id eſt: *convallem* fuiſſe, deliciis, & ubertate terræ, præcipuam: quæque tum aſpectu ſui, tum multò magis, ob hortorum ac nemorum felicitatem, Ægypto, cùm Nilo rigatur, æquari meruerit: & ad *Paradiſi* comparationem quàm proximè, quondam, aſpirare. Faciebat, ad hanc commendationem, plurimùm, *Jordanes* fluvius: quem, ad Libani

radi-

radices, gemino prorumpentem fonte, *perpetua vallis*, à Septentrionibus in Auſtri plagam, deducit: ripîs utrimque pinguibus, & herboſis, lætum. Is, in hanc tandem *vallem*, quam *Siddim* ſuprà nominavi, procurſu limpido, ſuas evolvens undas; univerſam tunc irrigabat: &, quà montium Idumæorum occurſus libertati fluxûs intercedebat: illic, ſub terram cónditus, *Sinûs* (ut credi poteſt) *Arabici*, propinqua freta ſectabatur: eáque tandem, aquarum commixtione, ſubibat. Quod, tametſi nemo, quem equidem legerim, eorum, qui ſcripſerunt ante me, tradat; neminem tamen id inficias ire facilè poſſe, fortaſſis evicerim. Nam, quorſum tandem ille, tanti, tot ſæculorum, fluvii, curſus, aut evaſiſſet, aut evanuiſſet; antequam ejus exitum *lacus* exciperet: niſi, montibus, quos dixi, Sejriis, aut Idumæis, inhibitum, terræ ſinus quidam abſorpſiſſet: occultíſque receptum cuniculis, in propinquum aliquod fretum expuliſſet; ut is iterum origini ſuæ, quoquo modô, redderetur? (*) Claudebant quoque *vallem* eam, in *arcûs* propemodum figuram, (cujus extremitas altera Septentriones, altera Meridiem, reſpiceret) circumducta montium altiſſimorum juga perpetua: velutíque ſepe quadam, adversùs hoſtium inſul-

inſultus, obvallabant, (*f*) Nec minùs, ad impediendos inimicos conatus, alterum aderat præſidium; creberrimi *bituminis*, quod *Aſphaltum* Græci dicunt, *putei:* non per *Vallem* tantùm univerſam, cæcis diſperſi locis; ſed extra montes quoque, qui vallem ab Occidente Sole ſepiebant, diſpoſiti: quorúmque, Brocardi ſæculô, qui puteos illos inſpexit, (*g*) monimenta ſupererant, altæ pyramides. *Aſphalticorum* porrò *fontium* is erat uſus: ut incolis, quoad ipſi vellent, ad bituminis egeſtionem quæſtui fierent: Siquando verò vis hoſtilis ingrueret; fruticibus, ac multâ fronde, contectîs puteorum oribus, ignaris locorum bellatoribus in perniciem verterentur; cùm, caſibus in eos haud proviſis, haurirentur: &, ipſo bellandi calore, traherentur in æſtuantes glutine voragines. Erat autem *Siddææ vallis*, quantum nunc quoque *Geometræ* deprehendunt, ambitus immenſus (*h*): particulatímque, ſi ſingula, quæ conſtituebant illam, accenſeres, *latitudo leucarum novem*; quarum ſingulæ ſpatium itineris horarium complecterentur. At *longitudo*, *quatriduiprofectione* non exhauritur: (*i*) ſi præſertim à Macherunte, quæ Borealis eſt terminus, ad Zoáram Arabicam; aut *Petram*, quæ *Scorpionis Aſcenſus* nominatur, ire pergeres, ad limitem meridianum.

IV.

Ruina Pentapoleos.

Digitized by Google

IV. In ea regione, tam amœnâ, támque ſpatioſâ, nihil deprehendiſſes; quod humanæ (ſed interituræ) felicitati deeſſet. Non aberat ab ea, frugum; non vinearum; non arborum, pratorúmque; non olei, balſamíque, cannarúmque mellis, aut domeſticus, aut è vicinia, proventus uberrimus: non hominum denique ſexûs utriuſque, nec gregum armentorúmque, multitudo. *Civitates* adhæc *quinque*, cum ſuburbiis quæque ſuis, vectigalibúſque pagis; nec incelebribus, neque paucis. (*k*) Urbium nomina, *Sodoma*, *Gomorrha*, *Sébois*, *Adama*, *Segoráque*. quarum omnium caput, ac princeps, erat *Sodoma*; vallis univerſæ, propter amplitudinem ſuî, dominatrix. Nam *ſexaginta* fertur *ſtadiorum* circuitum eſſe mœnibus ſuis amplexa. (*l*) PENTAPOLIS igitur factum eſt indè nomen omni *valli* reliquæ; de *Quinque*, quas nominavimus, urbibus: quibus ſingulis erant ſinguli *Reges* impoſiti; cujusmodi, tempora tunc illa, *Reges* ferebant. Eos nos quidem tempeſtate noſtrâ, *Dynaſtas* ſaltem, aut *Toparchas*, appellaremus. Huic igitur tali, qualem modò deſcripſimus, Loco, fertilium & amœnorum conſectator, *Lotus*, oculos adjecit: in *Vallem Siddæam*, cum ſuis omnibus, & cum copia rerum, quam habebat, deſcendit: juxtáque Jordanis amnem,

Digitized by Google

amnem, *Sodomorum* intrà mœnia, conſedit; aut precariò receptus, aut, ut ego reor, emptâ multo pretio civitate.

V. Sed vix ingreſſus; *in loco bonò, cultores loci peſſimos*, invénit. Erant *Pentapolitæ* quidem univerſi; ſed Gomorrhæi Sodomitæque, præ cæteris, flagitioſiſſimi. Gomorrham verò malam, pejor Sodoma, facilè, vel hoc titulô, ſuperabat nequitiâ: quòd illam anteibat potentiæ principatúſque faſtu. *QVID enim ſibi nefas eſſe, vel inconceſſum, opulenta Superbia putat?* Erant igitur, non *urbium* modò *quinq;*, ſed *omnium omnino mortalium*, *ſceleſtiſſimi*, Sodomitæ: quippe, qui non ipſi per ſe modò nefanda facerent; ſed, factîs ſuis pertractas, civitates cæteras exemplo ſcelerũ accenderent. Summa pravitatis; hęc erat: immodicus animorum, ex præſenti felicitate, tumor; ac ſenſus mentis, aliorum omnium, inprimis autem alienigenarum, aſpernator. Tum, ex copia rerum, ingluvies, & comeſſationes aſſiduæ: quódque conſectaneum erat, *ſordium animi cunctarum fœcunda natrix, Otium*; quæ labes, *ſicut è vitiis naſcitur, ita vitia cum fœnore rurſus progẽerat.* Præterea, crudelis, adversùm egentes, *inhumanitas:* quæ *quoddam* erat *homicidii ſicci genus*; etiam apud eas gentes, quæ veri Numinis quan-

Ruina Pentapoleos.

távis ignoratione laborabant. *QVID enim tam Hominis eſt, quàm, hominem, ſervare, ſi poſſis: miſerari, ſi non poſſis? aut, quid tam, per ambages, truculentum; quàm nutrimenta, quæ, pro publico, natura quotannis creat; in ſingulorum interitum, fami negata, recondere?* (*m*) Verùm, hæc vitia, quanquam per ſeſe gravia, nondum tamen apex fuêre malitiæ; ſed gradus, ad apicem: quod eſſe ferè ſolent. Turpitudinum caput, in Sodomitis, fuit, *libido præpoſtera*; quâ maſculi (quod Paulus ait) in maſculos flagrabant, muliebri commercio prolifico non contenti. (*n*) Quo naturæ noſtræ dedecore, *civitas* illa, non modò cæteras tunc urbes quatuor, &, cum ſuburbiis ſuis, pagos; ſed paullatim viciniam: dein Orientem, ac reliquas nonnullas Orbis regiones, inflammavit; *furoris igne, qui, niſi ſolis Ignibus, deleri neque poſſit, neque debeat.* Ob hæc tam infanda, cæteráque, quæ ſcribi non decet, infandiora; quorum ipſi tamen *Pentapolitæ non latebras, ſed gloriam, quærebant* (*o*): irritatum adeò cœleſte numen fuit; ut id, expetere de nocentibus, dignas enormitate ſuâ, pœnas, decreverit. Ad eas enim, *aſſiduô* quodam veluti *clamore*, ſurſum erumpente, *juſtitia divina* trahebatur. Sed quo pacto, *Sapientem*, inter mortales, *omnia*

priùs

Digitized by Google

priùs experiri verbîs, quàm armis, decet (*p*); ſic *Æquitatis* illius *immortalis*, miſericordiâ temperatæ, conſiliis viſum eſt, *Armîs* priùs, quàm *Excidiô*, caſtigandam eſſe malitiam: ut, ſicut illi, gradibus quibuſdam ſcelerum, veniſſent ad extremum ſcelus; ſic Deus vindex, à correptione molliore, pedetentim accederet ad irrevocabilem *ruinam*.

VI. Sub *annum* igitur *mundi* conditi *bis milleſimum, centeſimum, quintum*, Ninyâ quintum jam decimum in imperio Ninivês agente: Deus mentem injecit Chodorlahomóri, Perſarum Satrapæ; qui *regium* & ipſe ſibi nomen arrogaverat, ſub altiore Rege: bellîs utì circumlatîs, poſitos ad Occidentem populos ſibi ſubjugaret. In iis, fuêre, præter Nabathæos, & Arabas Petræos, etiam *Pentapolitani*; cum vicinis circùm gentibus; Idumæam, ac Sejrios montes, accolentibus. Iis Chodorláhomor, armorum vi ſubactis, libertatē detraxit; ac vectigales ſibi fecit, annuâ tributorum impoſitâ penſione. *Frænū* hoc eſſe debuit immodicæ *Pentapolitarum Superbiæ*; *cùm ſe, de Dominis, factos Servos viderent*: & intrà *duodecim annorum* circumvolutionem, didiciſſe modeſtiam potuerunt. Tamdiu namque juris alieni fuerunt, Sed videlicet, *Stirpem, à radice curvam, frege-*

Ruina Pentapoleos.

ris citiùs, quàm correxeris. E calamitate, quæ pravitatem emendare debuerat, novas ſibi *vires inſolentia cepit:* & annus ſervitutis duodecimus, Sodomis, urbibúſque ſociis, novorum fuit officina conſiliorum; *tertius autem decimus*, rebellionis principium. Excuſſerunt enim Chodorlahomóris dominatum: negatóque tributô, ſeſe veterem in libertatem vindicârunt. Sed, *adversùs abſentem potentiam rebellare, facile plerumque, vel imbellibus, eſſe ſolet: difficillimum autem, præſentem armatámq;, parî ſustinere mole.* Pentapolitæ, dum vectigalia detrectarent; verbis fortiores, quàm poſtea manu, ſe præſtiterunt. Impatiens enim obſequii rupti Chodorláhomor; cùm ingentem collegiſſet ex *Elamítis*, (qui Perſæ poſtea dicti ſunt) peditum equitúmque vim: in belli ſocietatem tres alios aſcivit, gentium minorum, reges; Amraphélum, Babylonis; Arióchum, Elláſaris, ad mare Perſicum; & Thádalem, promiſcuarum in Phœnicia nationum, præfectos. Cum his Chodorláhomor, infinitáque cum militum manu, profectus ex Oriente, *Raphaæos* primùm aggreditur, genus hominum, humanâ proceritate majus, ac gigantéum: qui regionem incolebant eam, quæ, circùm Arnónem ſita torrentem, Basánis poſtea nomen eſt adepta.

Ruina Pentapoleos.

adepta. Chodorlahomor, ab his, ad *Zuzimæos* progreſſus eſt populos; qui poſtero tempore dicti ſunt *Ammonitæ*, deinde Philadelphienſes quoque. Tum, ab iis, pariter victis, ad *Emimæos*, quibus *Moabitæ* ſucceſſerunt. Cùm, & hos, & illos, ſibi ſubdidiſſet; arma promovit ad *Horræos* uſque; qui montes *Sejrios*, ſubjectáſque valles, inſederant: eóſque, commiſsô præliô, pulſos, ad Pharanæam uſque ſolitudinem impigrè perſequitur. Tandem, nequid omnino propinquæ ſupereſſet ſpei, vel auxilii; quo, rebellionis rea, *Pentapolis* niti poſſet: etiã in *Cadæos*, & *Amalecitas*, *Amorrhæóſque* (nationes, Pharánis deſerto *circumfuſas*,) belli tempeſtatem effundit. Omnibus his, partim fuſis, deletíſque; partim in fugam actis, & exſpoliatis: ultimum furoris Martii fulmen *Pentapolitis* reſervavit. In quos, cum ſociis regulis, movens: quanquam tantum illi temporis, interim, ad ſe comparandum, habuiſſent; reperit eos tamen, (ut *barbaros*) *ſtultâ ſui fiduciâ, quàm conſiliîs, & armis, inſtructiores*. Cùm enim, *ex prudentia caſtrenſi, forìs, in alieno, quærere ſuum hoſtem, nondum tot victoriis robuſtum, debuiſſent*: iſti, molles, ac voluptatum, quàm rei militaris, ſcientiores, in ſuo ſolo præſtolari calamitatem maluerunt. Ibi, collecto tumultuariô,

Ruina Pentapoleos.

riô, fœmineóque, milite; *quinque civitatum* totidem *reguli*, caſtra fecerunt in vallis planitie; quæ, montes inter Engaddæos, ac Jordanem amnem, jacebat: *Bara*, Sodomorum Rex; *Berſa*, Gomorrhæ; *Sennaábus*, Adamæ; *Semeber*, Seboímæ; Balæque, ſeu Ségoris, tyrannus: cujus tamen ſolius nomen memoriæ commendatum non fuit. Magnum hi victoriæ momentum collocârant, in *puteorum aſphalticorum* multitudine; quâ *Siddæa vallis*, (uti dictum in ſuperioribus eſt) ſcatebat. Hos, quod conjectu facilè ſit, arte contectos, & leviter ceſſurîs ſtramentîs virgultíſque ſuperindutos, hoſti, tanquam certiſſimam, & incompertam ad id uſque tempus, perniciem, paſſim objecerant: in quam maleconſulto corporum impetu, ſub medio præliorum ardore, præcipites irent. Sed eos exſpectatio ſua, ſicut omnia cætera, fefellit. *Aſſyrii* namque, ſive, quòd à tranſfugis, de collocatis *puteorum* inſidiis, eſſent maturè præmoniti; ſive, quòd, ex unius, aut alterius, interitu prævio, deinceps cavere doloſas voragines didiciſſent: intactum ab eo diſcrimine conſervârunt exercitum; &, è contrario potiùs, in auctorum ſuorum capita dolum omnem refuderunt. Cùm enim, acie collatâ, vix ad exiguam temporis moram *Pentapolitæ*

Ruina Pentapoleos,

politæ vim hoſtium irruentem ſuſtinuiſſent: & armis parmíſque, quas imbelli manu ſumpſerant, turpiſſima trepidatione projectîs, incolumitatẽ in pedibus, atq; fugâ, conſtituerent, evénit, ut eorum quidem pars maxima ferrô Perſicô, ſtragéque funeſtâ, ſuccumberent: pars autem ſuperſtes, inter ipſam fugientium compreſſionem, ac mentis inopiam, bituminis ſe voraginibus induerent. Reliquiæ verò tantæ calamitatis, cum *Rege Sodomorum*, in montium aviorum, nota ſibi, ſed hoſtibus indeprehenſa, latibula, ſeſe receperunt: urbes interim ſuas, ac villas, cum pagis, Perſæ victori diripiendas, relinquentes. Et hic victoriâ partâ, nec ignoravit uti, neque cunctatus eſt. Continuò namque, raptîs Sodomam copiis, *Chodorláhomor*; ut idem cæteras in urbes collegæ facerent, exemplô ſuô docuit. Evaſtavit enim, bipartito Perſarum exercitu, non *Sodomam* modò, ſed & *Gomorrham*: ingentibus opulentarum urbium egeſtîs, & aſportatis, opibus: prætereáque, commeatu cuncto, victitandíque ſubſidiis, ablatis; & in bene meritum militem diſpertitis. His acceſſit, in prædæ cumulum; quidquid ætate, robore, formáque, de civibus domi relictis, victoribus viſum eſt idoneum, ex utroque ſexu: ductúſq; cum uxore, filiabúſque, lege neceſſitatis pari, *Lotus*

Ruina Pentapoleos.

tus etiam eſt, in ſervitutem; vinculis injectis. Iſtà, qui Sodomææ *felicitatis* eſſe conſors affectavit; tandem & *calamitatis* fuit: ut nos indè diſceremus, *quàm pœnitendo pretiô boni malis convivant*; quippe, *quorum convictûs ſymbola, totius ſit Libertatis intertrimentô ſolvenda.*

VII. Quo porrò tempore *Pentapolitas* inter, ac *Perſas*, iſta gerebantur; *Abrahamus*, Loti patruus, in *convalle*, quæ ſubjacebat *Hebronis*, (urbis montanæ) radicibus, tranquillè verſabatur. Erat ea *convallis* (ſicut ſuprà meminimus) ſub ditione *Mambræ* cujuſdam, Amorrhæi quidem; ſed, quod Maſio video placuiſſe (*q*), *viri pii*, Deíque notitiam adepti: cujus fratres erant, *Eſcol*, & *Aner*; qui, propinquîs & ipſi locis, cum ſuis ſinguli familiis, agebant. Hac igitur nuntiatâ Sodomorum clade, Lotíque, nepotis ſui, captivitate, commotus *Abrahamus*; ut Lotum eriperet, familiæ ſuæ, quam habebat amplam, robuſtiſſimum quemque, ſub ſigna raptim compoſitos, armavit. *Trecenti, decem & octo*, vernæ ſtabant; ad omne patris-familiâs imperium accincti. Quibus adjunxit ille, ſive precariam, ſive volonum, manum, haud contemnendam; ex trium, quos memoravi, fratrum ſervitiis, clienteliſque, collectam. Cum his, non tam ſuô fretus, quàm divino robo-

Digitized by Google

robore, ductor Abrahamus; itineribus quàm maximis ab Hebrone profectus, adverſi Jordanis ripîs: Aquilonem versùs, copias rapit; noctéq; quintâ, tranſgreſſus amnem, ad fontem Jordanis dexterum, Perſas, ac ſociales eorum copias, aſſequitur (*r*). Eos, (quippe nihil tale metuentes) diſperſis ad Libani radices turmis, & ſummâ, per planitiem illam, ſecuritate, nullíſq; vigiliîs, cubantes, improviſus adoritur: partímque cæſos, partim trepidatione mutuâ ſeſe præpedientes, ingenti ſtrage fundit. Reliquias autem, cum captivis, & impedimentis, beneficiô noctis elapſas ad *Hobam* uſque, Syrorum urbem, trans Libanum montem, ad lævum Damaſci latus ſitam, perſequitur; fugientium in tergis hærens. Nec abſtitit priùs, quàm, quidquid fugâ latebríſque cædem pridianam evaſerat, occidione deleret; prædámque ſimùl, & captivos omnes, extorqueret. Videlicet, *non Abrahami, ſed Dei, fuerat*, in illa tam clarâ victoriâ, *vis, atque manus!* Prædæ quanta copia *victoribus* obtigerit, ex eo non ægrè conjicitur: quòd *victis* eripuit Abrahamus, quidquid Chodorláhomor non antè multò *Pentapolitis*, ac tot priùs, latè Pentapolin circumcolentibus, populis, eripuerat; evaſtationibus avidis corraſum, Captivorum quoque multitudo, ſpo-

Digitized by Google

liorum magnitudini reſpondens; mulierum præcipuè turbam ingentem habuit; gratam libidinoſis Aſſyriis, incontinentibúſque Perſis, caſtrorum appendicem. Habuit & equorum, gregum, armentorúmque; tum inprimis militarium jumentorum, agmina numeroſa; cum *Loto*, nepote *victoris*, & immensâ ſupellectilis, ac pecuniæ, copiâ. Quibus omnibus potitus feliciter Abrahamus, ſuos omnes reduxit ad unum incolumes, atque lætos: ut, non ab acie, crederes, ac bello, ſed à nuptiis, & epulo, reverti. (*s*)

Cæterùm Abrahamus, ab *Hobæ* campis, qui dierum quinûm itinere facilè diſtabant ab Hebrone, (*t*) victorem exercitum reducens; ſive per terras illas iter fecerit, quæ poſtea Samaritis, ac Beniaminæis, impletæ ſunt; ſive, *Lotum* priùs reſtituturus Sodomis, viâ citeriore, ſecundùm Jordanis ripas, ad Pentapolin properârit: (*u*) occurſantes ſibi *duos* vicinarum gentium *Reges* habuit; adventûs ſui lætis rumoribus excitos. Eorum alter, *Bara* fuit, *Sodomorum rex*; qui nuper effœminatâ fugâ vitam in montanas latebras, ac loca tuta, receperat: vir, ſuorum civium moribus, aut ſimilis, aut etiam exemplum; neque tamen gratæ mentis officium oblitus, quod Abrahamo, pro Sodomæis

peri-

Ruina Pentapoleos.

Digitized by Google

periclitato, ſeſe debere, ſentiebat. Alter autem regum, *Melchiſedéchus* erat: quem, Chananæorum quidem impiâ progenitum origine, cœleſtium tamen geniorum miniſteriîs, imbutum fuiſſe veri Dei ſcientiâ cultúque, prodiderunt auctores magni, divinitúſque docti. (*vv*) *Salémum* hic *urbem*, eâ tempeſtate, tenuerat, ad annum ætatis centeſimum uſque tertiúmque decimum: regiâ juxtà, Pontificalíque, majeſtate; quódque laudum auctariũ fuit, *animo corporéq;* per vitam omnem, *impolluto.* (*x*) Quo nomine, typus fuit *Chriſti Servatoris*, Regis, Summi-Sacerdotis, ac Virginis: quem in monte *Sione* Pater Æternus & Regem poſtea conſtituit, &, *Secundùm Ordinẽ Melchiſedechi*, Sacerdotẽ ſempiternum. (*y*). In ejuſdem quippe montis extenſo dorſo, *Salémi* mœnia *Melchiſedechus* inchoârat; intrà quæ Iesus poſtea, *Dei filius*, extremâ *Cœnâ*, regni Pontificatúſque ſui gloriam abſolvit; *Euchariſtiæ* divinô miraculo perfecto. Nam *Salemũ*, tempeſtatibus poſterioribus, Hieroſolyma fuit. Sed *diverſorum regum*, *diverſa* quoque (*z*) tunc *ſtudia* fuerunt, ac functiones, erga triumphantem Abrahamum. *Melchiſedechus* enim, utpote, vir religioſiſſimus, *Altiſſimíque Dei Sacerdos*; & Abrahamo bene precatus, *& Excelſo Deo* victoriam illius omnẽ gra-

Ruina Pentapoleos.

gratulatus eſt: non *cruentîs* (ut ſubdolè Philo commentus eſt) *victimîs*, ſed *pane vinoq́ꝫ* primùm immolatîs, ut *Euchariſtiæ Chriſtianæ* myſterium ac *Sacrificium* adumbraret. (*aa*) Eorundem deinde nutrimentorûm partem, tam duci, quàm militibus, in viæ longæ levamentum, ac victum, diſtribuiſſe videri poteſt. (*bb*) Abrahamus ei, contrà, ſpoliorum omnium *decimam* quamque *partem*, ceu *Pontifici magni Numinis*, aſſignavit: non pecorum modò, gregúmque, numinorúmque, ſed & hominum; quos, bellô captos, & aliò non pertinentes, mancipia, ſuíque juris, effecerat. Idque, non *myſteriô* tantùm, ſed & gentium Orientis conſuetudine, faciebat: apud quas, *Sabæi* præſertim inſtitores, thuris, ac cinnamomi, *decimam* quamque *partem* idolo ſuo, (quod *Sabin* appellabant), offerre conſuêrant (*cc*). Hæc poſtea *Sacerdotibus*, altaris lege, cedèbant. At *Bara*, Sodomorum rex, de divinis ac religione nihil ſollicitus, & ab Abrahamo victore, cives tantummodo, clientéſque ſuos, repetere contentus: eum cætera ſibi jubebat omnia, belli jure, retinere. Sed Abrahamus, vir, alienorum minimè cupidus; ac regi præterea monſtraturus, quàm generosè, præ futuris cœli bonis, eſſent præſentia terræ lucra deſpicienda: captivos ei, mulieréſque, reſti-

reſtituit, ad unam omnes; & hoc, gratuitò. Spolia verò, quæ, *Pantapolitarum* fuiſſe, conſtare poſſet, hærere penès ſe, conſtanter detrectavit: cauſſatus; Jpſo ſtatim expeditionis ſuæ principio, ſe *levâſſe (dd) dexteram in cœlum*, voventem: *Si potiri victoriâ contigiſſet, adverſùm Perſas & Aſſyrios; ex præda, quam è Pentapolitis hoſtes abegiſſent, nec calceamenti quidē corrigiam ſe contacturum.* Æquū tamē interim eſſe; ſociis utì ſuis, ac ſcilicet, auxiliaribus copiis, quas tres fratres, *Eſcol, Aner, & Mambres*, ſubmiſiſſent, de præda Perſica, ſtipendiorum ac belli jure, merces perſolveretur: cùm illi præſertim ea, manu forti barbaris erepta, ſua cuncta feciſſent. Quibus, quídnam, in oculis *Baræ* Sodomæi, fieri potuit, vel à *Melchiſedecho*, ſanctius, vel ab *Abrahamo* religioſius, humanius, atque munificentius: Doceri *Pentapolitæ*, (ſi vel minimnm mentis, ac ſanæ capacitatis, habuiſſent) potuerant, à Melchiſedechi moribus, Dei veri cultum, ac Venerearum cupiditatum temperantiam: doceri, visîs Patriarchæ tot virtutibus, fortitudinem, æquitatem, ſacrorum reverentiam, avaritiæ fugam, ac liberalitatem: doceri denique, Loti quoque, civis ſui, quotidianìs à pravitate dehortamentis, vitæ purioris ſtudia, debuerant. Verùm illi (quod peſſi-

Ruina Pentapoleos.

peſſimis quibuſque ſolemne videmus eſſe) receptîs priùs bonis illis, quæ bellô perdiderant: abierunt; non ingrati modò Deo liberatori; ſed & inemendati: porcorum ritu, devorare glandes, ſatìs habentes; parùm autem ſolliciti, caput & oculos allevare, contemplaríque: quónam decuſſore beneficia tanta ſuſcepiſſent. Adeóque ſeipſam quoque *Pentapolitarum* malitia, progreſſu ſui continuô, ſuperavit; ut, quod Divus teſtatur Petrus (*ee*), *Lotum, virum aſpectu juſtum, & auditu, ſceleribus quotidie recentioribus* gravioribúſque *cruciarent*: ac, præ nequitia temporis ultimi, prior eorum *luxuria, videri quædam Innocentia* poſſet. Uſqueadeo, neque cladibus fracti, neque ſanctioribus exemplis emolliti, profecerant; ſed nequitiam inſuper auxerant: ad correctionis uſque deſperationem. Ut proinde mortalium illorum enormia peccata, cœlum jam non tantùm incéſſere clamoribus, ſed obtundere, dici poſſent; &, in ſuî pœnam, importunâ violentiâ pertrahere. Cujus eapropter infligendæ tandem, poſt viginti jam elapſos, ab incurſu Perſarum, annos, Deo viſa maturitas eſt: ſicut in poſteriore geſtarum rerum enarratione continuò dicetur.

VIII. Inter hæc *Lotus*, Sodomam, reducente

Ruina Pentapoleos.

Digitized by Google

te ſe patruo, reverſus; ſuſceptas è conjuge filias, moribus, ſuorum ſimilibus, educare ſatagebat. Jámque dudum nubilibus, ex urbis omni fæce generos quærebat, quàm minimùm contaminatos: & invenerat, arduo labore. Nam, apud id civium genus, *OPTIMVS cenſendus erat, quiſquis Peſſimus non eſſet*: Bonorum autem delectus, deſperandus. Eas igitur, ut potuit *Lotus*, non, ut voluiſſet, deſpondit: intactas domi ſuæ, quoad nuptiarum eſſet maturitas, aſſervans.

Iámque viceſimus ibat, ab eo tempore, quo captivum eum hoſtes abduxerant, annus; à mundo condito, *bis milleſimus, centeſimus, octavus, ſupra trigeſimum.* Quâ tempeſtate, veteris adhuc ſedis inquilinus, *Abrahamus*: cùm mediô veris (ut apparet) æſtatíſve curſu, ſub *ilice Mambræâ* meridiaretur; opacioris umbræ ſtudio, captandæque gelidioris auræ: *tres* repentè vidit, per accliviora vallis aſcendentes, *juvenes*; (*ff*) lateri paulatim ſuo fieri propiores. Quod autem eum, ſponte ſuâ perquam hoſpitalem, admonebat & mos vetus; quippe, qui ſemper alicui, Numinis amore, benefaciendi cauſſas, & occaſiones, aucuparetur: hoc tunc, eâ tam præclarâ virtutis opportunitate, minimè, vir humaniſſimus, prætermiſit. Surre-

xit

Ruina Pentapoleos.

xit enim illicò; properans, ad excipiendos (ut putabat) *peregrinos*. Ac primò quidem *homines* ratus, honeſtâ formâ proſapiáque; venerabundus eos ſalutavit, ut *Dominos*. Paullatim deinde, tum oculorum radiîs, ac majeſtate vultûs; tum inceſsûs & geſtuum ſermoniſque, ſupra mortalem, dignitate conſideratâ: non difficulter agnovit, *Angelos*; &, ut de cœlo legatos, *adoravit*. (*gg*) Quòd autem, intùs inſtruente Deo, ſub eundem temporis articulum, Abrahamus diſceret; Eóſdem *Sacroſanctæ Triadis* repræſentare vicem, cujus, *tribus* in *Perſonis*, eſſet una *Natura*: *TRES*, *tanquam unum*, *unúmq; pro tribus*, *eſt allocutus*. (*hh*) In Tabernaculo deinde morantē adhuc, Saram uxorem, hortatus, ad prandium feſtinandum; eádem ſub arbore, ſub qua priùs ipſe quieverat, ſedilibus collocatîs, hoſpites locat: curatéque (ſicut illa ferebant tempora) lacte, butyro, vitulóque cocto, cum panibus, ſub cinere per tumultum piſtis, excipit. Ab iis, in pretium liberalitatis, primùm omnium, intelligit; Sibi, *centum jam annorum ſeni*, naſciturum è conjuge nonagenariâ, filium: & is *credit*. Soluto deinde conviviô, dum, *Sodomam* versùs tendentes, viâ bene longâ comitatur, ad verticem uſque collis, cuj poſtea *Capharbarúchæ* fuit nomē (*ii*): intel-

Digitized by Google

intelligit, Geniorum trium uno, cæterîs ſpe-ctabiliore, referente; *Sodomis*, ac toti *Pentapoli*, ſupremum imminere fatum, & interitum inevitabilem; *Si quidem*, (inquit) *ea, quorum in cœlum uſque clamor invaluit, conſtiterit, non ex vano Superis eſſe delata. Quod utrùm in hunc ſe modum habeat, an ſecus; in rem præſentem jam è veſtigio veniemus.* Quibus dictis; è tribus Angelis, *duo* quidem, de Capharbarúchæ colle, *Pentapolim* versùs, iter intendunt, ac proſequuntur. *Tertius* autem, qui, ſpecie vultûs auguſtiore, *Divinitatem* referebat, adhuc *Abrahamo* ſe dabat; familiariter, ſiqua vellet is, percunctandum, exorandúmve. Dictu mirandum; ac, niſi cœleſtia teſtarentur oracula, propemodum incredibile: quod inter eos tunc celebratum eſt, colloquium; id multitudinis ſceleratorum *Pentapolitarum* argumentum fuiſſe certiſſimum. Cùm enim *Abrahamus*, intellectô divino contra *Sodomæos* decretô, pro *Loto* nepote ſollicitus, Dei clementiam & æquitatem ſupplicabundus aggrederetur: ut, ſi quinquaginta, ſi quadraginta quinque, ſi quadraginta, ſi triginta, quin & ſi viginti, ſi vel *decem*, inſontes, ætatis adultæ, reperirentur; propter eos, omni ſceleratæ *Sodomæ* parceret: Moyſes affirmat, negâſſe Deum, *vel Decem inveniri*

 poſſe,

poſſe, non pollutos. (*kk*) Ea videlicet *bonorum raritas*, in urbe tam populoſâ, tótque millibus utriûſque ſexûs frequentatâ, fuit. Ut proinde ſupplici *Patriarchæ* meritò denique, non admirationem modò, ſed ruborem etiam, excuteret: íſque verecundiæ ſibi duceret, ulterioribus *Angelum* precibus fatigare, pro civitatibus, omni veniæ deſperatione dignis. *QVIS enim importunè ſervare ſatagat facinoroſos, inſuámmet perniciem, quaſi conjuratione,* ſtudióque, *collectos? cùm Invito, nec ab immortalibus ferè, nec ab hominibus utiliter, beneficium impendatur.* Igitur, *Loti* ſucceſſu, qualis eum cunque foret excepturus, arbitriis DEI permiſſo; colloquium Abrahamus ſilentiô diremit: *geniúſque* cœlum, & *Patriarcha* tabernaculum ſuum, repetivit.

IX. Jámque diei veſper irruerat: cùm *duo* cæteri, de quibus dictum eſt, Angeli, *Siddæam* in *vallem*, ac tandem, *Sodomam* in urbem, perveniunt: peregrinorum, ac diurno ſole calentium, habitu. Sedebat, ſub idem tempus, (ut conſuetudinis eſt patribusfamiliâs, labore defunctis) ſub ipſa *Sodomorum* porta, quæ peregrinos duos intromiſerat, *Lotus*; urbis illius vetus jam inquilinus, Eos is ſimul ac conſpexit, egregios formâ; vultúque, tametſi ſudante, gratio-

gratioſos, ac rubentes: conſurrexit; &, in occurſum eorum effuſus, feſtinavit: non hoſpitalitatis tantùm ſtudiô, quod ab *Abrahamo* patruo nepos hauſerat, ſed etiam, ac multò magìs; ne, propter *eximiam pulcritudinē*, illi barbarorum in ædibus, ſeſe contumeliæ corporum objectarent ignari. nam *mortales* eos credebat. Allocutus igitur, ac veneratus, illos; *Quæſo vos*, inquit, *ſi dignum me cenſetis, cujus domui; veſtro nunc ingreſſu, gratificemini: ſi paci quietíque veſtræ quàm optimè conſultum vultis; ſuccedite meis his, quæ cernitis in propinquo, tectis. Ibi, fame ſitiq; confectis, cœnulam; ibi, viæ diuturnitate delaſſatis, lectulum*, in quietem nocturnam; *ibi pedibus, ambulatione pulverulentis, pollúbrum, & aquam, apponam. Ità, viribus, pernoctatione frugali, neceſſarióque ſomno, reparatîs; craſtinô diluculô, quocunque terrarum libebit, cœptum iter reſumetis.* Illi, ſenis humanitate collaudatâ gratiiſq; diligenter actîs; negant, ei ſe graves fore. *Periturum, inter urbes, eſſe, recipiendi beneficium: ſi civibus alienigenæ, gratuitîs inſuper hoſpitiis, opes imminuerent; ac familiæ ſupervacuis augmentis, anguſtias atq; moleſtiam crearent.* Cùm; *Nibil oneris, ſed plurimum potiùs oblectamenti, ſibi domeſticiſque, peregrinos importaturos eſſe,*

Ruina Pentapoleos.

Lotus diceret: & illi contrà, quò *viri boni deſiderium detrectationibus magìs inflammarent*, adversùs preces ejus niterentur: *Lotus* denique, tantùm non omnes eloquentiæ Suadæq; machinas, ac vim etiam & manus, admovit. Tum autem intentiùs id ardentiúſque fecit; cùm illi, ſe, dicerent, & *ut Juvenes*, adversùs auram nocturnã adhuc validos, & *ut diurno calore* plurimùm *æſtuãtes*, in urbis aliqua plateâ frigidiuſculâ ſua corpora ſtraturos, membris refrigerandis. Quos cõtrà Lotus; *Quidvis* (exclamat) *potiùs, quàm, quod dicitis! Nam hoc, nec Superi vos ſinant, nec homines, amplecti conſiliũ; ut in publico nunc cubetis. Cauſas tam ſollicitæ dehortationis, audietis, ſi requiretis, intus. Nunc id agite, juvenes; ut intrò mecum eatis.* Et inter hæc, aliáque talia, manibus correptos, in ædes ſuas utrumque trahit; violentiâ non minore, quàm, quâ *Cleophas* poſtea ſociúſque comitantem ſe *Chriſtum*, viatoris habitu, perduxerunt in diverſorium *Emmauntis*. Eâ nimirum pietate mortalium cæteros, & *Lotus*, & *Cleophas*, inſtruxerunt; *Perfectæ liberalitatis eſſe:* Beneficium Etiam Detrectanti, Tribuere. Subierunt igitur *Loti* domum *Angeli*: diſſimulatíque diu, quod erant, eſſe ſe; cœnati, poti, lotíque ſunt: non uxore, non filiabus, (quantùm ex narrationis

Digitized by Google

tionis poſterâ ſerie patebit) ad convictum tunc adhibitis: ut, *à viro cauto, non modeſtiæ minùs pudoríſque ratio*, quàm munificæ *liberalitatis, haberetur.*

X. Epulîs porrò, curáque corporis, defunctos, proximum erat; ut in cubile tandem ſeparatum *Lotus* abduceret: per noctem quieturos. Id priùs quàm fieret; *infanda* res interim, ac relatu fœda, niſi narrando divinus ſcriptor præiviſſet, uſuvénit: in hunc modum. Eo die, ſicut aliis pleriſque, *Sodomorum* incolæ, largiter in commune convivantes, perpotaverant: epulíſque diſtenti, domum quiſque ſuam ebrii ſe recipiebant. (*ll*). Accidit, ut redeuntibus, occurrentium nonnemo, (malè feriatus & ipſe) renuntiaret, de *Juvenum duorum*, incredibili venuſtate ſplendentium, in urbem ingreſſu: quos hoſpitiô *Lotus*, velut exteros exterus, recepiſſet. Hæc publicè relata, furorem publicum confeſtim incenderunt. Illius, quam audierant tantùm, ac nondum ipſi viderant, pulcritudinis ſceleſtiſſimâ cupiditate, tanquam œſtro quodam, pérciti; concurſant, uno cuncti libidinis impetu: lymphatíſque ſimiles, (ut, qui tum vinô turgerent, tum amoris inſaniâ) conjurant; *Enimverò nequaquam eſſe ferendum, ut fortunâ, quæ civibus ſimùl omnibus*

 bene-

Ruina Pentapoleos.

beneficiô Numinum oblata ſit, Lotus *indigenâ fruatur ſolus. Si nolit ultrò cedere felicitatem ſuam iis, quorum jus & cauſſa potior ſit; cogendum eſſe malô.* Convolant igitur, in urbis ſuperiorem, in qua *Lotus* diverſabatur, regionem, juniores pariter, ac ſenes: *Lotíq;* cingentes domum, vocibus inſanîs, bacchantium in morem, *peregrinos duos*, ſi velint, exire jubent: ſi renuant, invitos, & extractos, ad ſe perduci. Nec diſſimulanter agunt, cujus rei cauſsâ productos eos eſſe velint: ac, nec obſcœnis quidem verbis abſtinentes ſe; tanquam negotium, gloriâ dignum, ſuſcepturi, profitentur: *Eos ſe* (proh facinus!) *ad ſtuprum evocare*. Perculit, ut par fuit, *caſti viri*, tam animum, quàm aures, turpiſſimi poſtulati vecordia conſpirans: *Angelíſq;*, quos etiam tum *homines* rebatur, uno verbo commonefactis, quanto ſuo diſcrimine pernoctaturi fuiſſent in publico: jubet eos, quàm clauſiſſimos, continere ſe, tam ſilentiô, quàm cubili. Cæterùm ipſe, quoniam furentium invaleſcebat clamor, periculo ſe committit ſolus: reductíſque poſt tergum *foribus*, ad temulentos progreditur. Ab his in medium ſtatim acceptus, intrepidè declamare, vir innocens, orditur; & in memoriam eis redigere, *Quantum ſceleris, quàm enorme flagitium, in ſe ſuſcipiant; qui,* *con-*

Ruina Pentapoleos.

contaminare præpoſterîs turpitudinibus, & viros, cogitent, & alienæ gentis viros. Horum poſterius, hoſpitii violare ſacra jura: prius autem, pudoris ac verecundiæ leges, quin & ipſius naturæ ſacroſancta decreta. Nam ideò Deum, rerum opificem, & animantibus cæteris, & homini potiſſimùm, aſſociâſſe, non mari marẽ, ſed marito fœminam: ut, nuptiarũ legitimâ conſuetudine, cõſuleretur propaginis æternitati: non autem, ut libidini, ſine limitibus, in quævis regnum eſſet. Quòd ſi tamen tantus eos, in illicitũ, ardor incitaret; Agitè ſanè! De malis (inquit) *duobus, id, quod excuſabilius eſt, excerpite: potiúſq;, quàm congreſſu maſculo Numen, naturã, & honeſtatis omnia jura, polluatis; in ſexu tantiſper altero peccate. Quam ad cupiditatem ne præcludere cunctos vobis aditus velle videar, & æquô durior eſſe dehortator: ecce, meíſmet à damnis orſus, quoad potero, voluptati veſtræ velificabor; ac duarũ, quas domi concluſas habeo, florentûm nubiliúmq;, filiarũ, vobis copiã omnẽ, ad arbitrium veſtrum, facio. Néve, quaſi proſtitutas jam olim, tantò nunc faciliùs eas à me produci vobis, exiſtimetis: ſcitote, puellas has, quanquã deſponſæ jam ſint, intactas adhuc tamen, ac virilis conjunctionis omnis expertes, eſſe. Propterea tantò, mihi patri, chariores eſſe* debent,

Ruina Pentapoleos.

debent, & cuſtoditiores. Sed ego tamen omnia, poſt veſtrū commodū, habeo mea, meorúmq; décora. Sint veſtræ! dum modò temperetis à violandis illis, quos meā in fidem ac tectum recepi, peregrinis. Hæc *Lotus* Sodomitis. In qua *filiarū permiſſione*, veterum *Patrum*, ac *Theologorum*, nonnullis, exceſſiſſe viſus eſt. Aliis auté creditus eſt, animi repentinâ perturbatione, nonnihil abreptus; & ideo gravioris criminis abſolvendus, quibuſdam verò; nihil omnino deliquiſſe: cùm ſceleſtis illis, infandiſſimo ſe flagitio coinquinare jam certis, & obſtinatis, viā monſtravit; quâ viâ divinus oculus mitiùs exaſperaretur. Nobis, rem hanc ad liquidū dijudicare, nec propoſitum eſt; nec, ex hiſtoriæ legibus, injunctū. Profeſſionis autem noſtræ, geſtarum rerum expoſitio, narrandíq; ſeries, eſt. Illud igitur potiùs agamus, ut admiremur; Ecquid in menté *Loto* venerit, adversùs incitatā, tum vino, tum Venere, multitudiné opponere ſe ſolum? *contráq; torrentis curſum, unius* (ut eſt in adagio) *lapidis oppoſitu, pugnare?* Quid enim, ad *Senem unum*, caſtum ac ſobrium, civitas ingens, & vino vecors, ac libidine flagrans, animum adverteret? nam, *NEC venter plenus habet aures: nec animus impuratus, conſilii locum.* Jam pridem igitur Sodomitæ, *Loti* monitis exploſis, tumultuabantur: ac, *Non verba*

Ruina Pentapoleos.

Digitized by Google

verba,ſed,rem & *Juvenes* illos,poſtulare.mox, minîs agere, verborúmque contumelias ingerere,cum exprobrationibus; *Quid ità,ſupplex, & aliùnde,vel profugus vel extruſus, in urbem ſuam precariò veniſſet: & in ea,non Civis,non coloni,ſed Inquilini, titulô,ſedem temporariā emercatus eſſet; ſi,vir exul, civis antiquiſſimi libertatē;& advena, dominantis ac Dictatoris ſupercilium,auderet induere? Iudicis,acCenſoris, eſſe, non alienigenæ; quid vitet civitas, quídve ſectetur, præſcribere. Faceſſeret ergo, quàm poſſet,longiſſimè,malam in rem!aut ad ſe, quos ipſi flagitarent, ruptâ morâ,protraheret. Viros ſe velle; non, imbellia corpora, Fœminas. Id ni faciat; tum eum ſe, pro celatis Iuvenibus, ſuccidaneam eſſe turpitudinis victimam ſubſtituturos.* Idq;, quod minabantur, operis ipſo conatu jam adoriri parabant:urgentes *Loti*,non pudorē minùs,quàm fores: quas,irruptione violentiſſimâ,jājámq;videbantur effracturi;domūque ſimùl,&*Lotū*,domûs dominū,ac natas,&advenas,per improbitatē fœdiſſimā,expugnaturi.

XI. Tum enim verò demum tempus viſum eſt *Angelis*, tutoris ſui, tam fidelis, invicem tuendi. Deſcendunt igitur è cubili, fulmine celeriores: ac, vultuum cœleſti ſplendore, ſe, ſuperiores eſſe conditione mortali, demon-

ſtrantes; apertâ primùm interiùs januâ, momentô temporis intrò *Lotum* rapiunt. Eóque jam in tutum receptô, ſub ipſis foribus, majeſtate formidabilî conſiſtentes: *Sodomorum* omnem multitudinem, ædibus *Lotæis* imminentem, & irrumpere tentantem, elatîs in ſublime manibus, eo *cæcitatis* genere mulctant; quod *Aoraſian* Græci nominant: quóque, luminibus licèt apertîs ac patentibus, nihil tamen rerum objectarum conſpicitur. Videlicet, eâ pœnâ fit; ut viſum, ſubtractis enervatíſque rerum *ſpeciebus*, atque *radiîs*, ea quoque fugiant, quæ proximè tamen ob oculos jacent, ac renídent. Ità *Sodomæi*, cùm oculos quidem haberent, oculorum autem uſum inutilem; circumvolvere lumina; circumobire domum *Loti*; palpare manibus; &, *in parietibus, parietes quærere*; contingere manu fores, nec tamen tactui ſuo credere; magnámque noctis partem, ſtolido circuitu, *Lotæas* ædes velle quidem, nec poſſe tamen, irrumpere: prorſus, ut & horrendum pariter, & ridiculum, accideret; ſubluſtrî licèt, ac Lunæ radiis dilutâ, nocte, *quidvis pro quovis* ab illis dementibus videri contractaríque: neque tamen comprehendi. Nimirum, *NIHIL Deo facilius; quàm, propter abuſum, homini ſceleſto ſubtrahere membrorum uſum:*

&,

Digitized by Google

&, quam cuique facultatem, ad bene vivendum, contulit; eam ipſimet poſſeſſori, depravanti vitam, abſcondere. Sic illi caſſam, in quærendis *Loti* foribus, operam ſumpſerunt: vixque ſerò tandem, ubi ſe fruſtrà viderunt, ſuam quiſque domum, ex longa fatigatione, redierunt; attoniti, ſtupentéſque: quidnam ſe factum eſſet; aut, quibúſnam carminibus incantati, *videntes, nihil vidiſſent?* (*mm*) Quibus *tenebrionibus*, inter hæc, *Angeli* duo, tantiſper prætermiſsîs; aut, veriùs, ad atrociora ſupplicia dilatîs: ad *urbis*, ipſi, totiúſque *Siddææ vallis*, excidium totis viribus accinguntur. Ac primùm omnium, de voluntatis ſuæ decreto, *Lotum* interpellant; utpote, jam ſenſim talium monitorum, ac prædictionum, capaciorem: quippe, cùj pedetentim, multîs, iiſque ſatìs evidentibus, ex indiciis, ſuboleret; Non *Homines* eos, ſed *Genios* eſſe, cœlô demiſſos. Quâ namque, niſi ſuperiore quadam, potentiâ, potuiſſe *duos inermes*, adversùs *univerſæ civitatis* furorem, ſolius præſentiæ ſuæ terrore, ſtare? miraculíque fulmine repentino, compeſcere tumultuantes? Jam ergo, *non ſurdo fabulam*, ſed *intelligenti*, *mentem ſuam* expoſituri; *Venit* (inquiunt), *venit pentapolitis ſua ſuprema dies, &, humanîs conſiliis indeclinabilis,*

cala-

Ruina Pentapoleos.

Digitized by Google

calamitas. Sed te, Lote, qui texiſti nos, invicem tegi decet: domúmque tuam, hoſpitio noſtri munificã, par eſt, indemnem præſtari beneficiô noſtrô. Siquem habes igitur, tibi charum; vel ut marito; vel, ut patri; vel, ut, ſocero; ſive neceſſitudinibus aliis quibuſcũq; propter te, proſit eis, eſſe tuos; ac pœnã effugiant. Trahe tecum omnẽ tuorum turbam; & hanc, devotam diris urbem, etiam nocturnâ cum eis fugâ, ſcelerum ſuorum commeritis pœnis relinque. Nos enim, acceptô ſummi Iudicis mandato, Sodomã, ac ſocias urbes, universámq; Siddæam vallem, jam nunc ſtatim exſtirpaturi ſumus: ſic incolarũ exigentibus peccatis; quorũ impuritatis inſania, cœlô totô jam dudum, vindictæ provocandæ cauſsâ, percrebuit. Récident, in capita noxiorum, obſcænæ ſuæ flammæ: nobíſq;, ſupplicii miniſtrîs, partes noſtras agẽtibus; in unum omnes interitum, paullò pòſt, convolventur; ſicut, in unam omnes nequitiam, haud antè multò, conglobabantur. Moverant hortatores, *Lotum*: & hic pedes ſuos; ſingulorum è ſuis obeundo domos, atque penetralia. Sed non permoverat eorum & animos. Juvenibus illis præcipuè, quibus filias erat ſuas depactus, delirare, ſenectutis vitiô, videbatur: &, cùm fugam ex urbe, cùm *Angelos* hoſpites, ac Sodomis imminentem *Ruinam*, loque-

Digitized by Google

quereetur; *ſomnia*, credebatur, ac fabularum commenta quædam, loqui. Spretus igitur, & exſibilatus, poſt ultrò citróque multa, ſine fructu, conſumpta verba; ſuam ſe domum Senex recepit. Et, haud ſanè ſcio; perſeverarítne, parî ſemper credulitatis firmitate, *Lotus*: ac non potiùs, & ipſe, vacillare fide, de præſagii cœleſtis certitudine, cœptârit? utique, poſteaquam, animo reputare ſecum, inſtituit? *Numquódnam, à tot mundi ſæculis, (extra cataclyſmum) urbis alterius cujusdam, aut regionis, deletæ, compertum aliquod exemplum anteceſſiſſet? Ecquis urbe præterea totâ reperiretur; qui vaticinio, vaſtitatis tam repentinæ, fidem præſtaret: ac non potiùs, eum, qui præſtitiſſet, ſimplicitatis condemnatum, exploderet? Quid item vero ſimile, tam præcipitis, ac propinqui, mali reluceret? cœlo ſereniſſimô, ſideribus innumeris pictô; Lunâ blandùm fulgente; ventis, & elementis omnibus, quietiſſimis? nullo denique prorſus feſtinantis interitûs indiciô, tam clarô, quod humanâ ratione deprehendi poſſet, atque convinci. Quòd ſi tamen verè cœleſtes, & non ſimulatores cœleſtium, Juvenes illi* Duo *ſint*; quorum in ore teſtimonium, *futuræ calamitatis, ac denuntiatio,* ſtet: *nónne præſagium eſſe poſſe Numinis, pœnam, non tam*

Ruina Pentapoleos.

tam inflicturi, quàm, comminantis, atq; territuri? Talia pertentare Lotum humanæ diffidentiæ potuerunt argumenta. Sed, quidquid ejus fuerit, aut non fuerit: FIDES profectò, *nondum apparentium; res, ab omni retrorſum ævo, difficilis ſemper* extitit: ac, vel *Proceribus* illis, Deo cæteroquin addictiſſimis, ardui tardíque moliminis. Remiſſior quidem certè *Lotus*, ac, velut interfusâ frigidâ, tepentior, à calore primo, factus; abitum languidiſſimè promovebat; remanſuro ſimilior, quàm ſarcinas colligéti: cùm interim tamen *Aurora* jam promicaret.

XII. Sed, illud tarditatis, qualecunque tunc eſſet, viderívе poſſet, vitium; aut revera mutatæ mentis, aut etiam ſenectæ, culpa: dignus, præteritam ob bonitatem, *Lotus* erat; quem, vel nolentem, *Angeli* cogerent ad emigrationem: qui prior *Angelos*, nullâ compulſus ipſe neceſſitate, coëgiſſet. Id, *Hoſpitalitatis* eſſe meritum, conveniebat: id, præmium, atque mercedem. Cunctantem igitur, & nunc in hanc curam, nunc in aliam, cogitationes ſuas partientem; increpitant *Angeli*, perpelleréque conninuntur: ut, *effrictîs diligenter oculîs* (nam &, *pervigil* acta nox tota, nictationem ei nonnullam invexerat) abitum tandem pararet: alacritérque levatîs pedibus, viæ ſibi comites,

uxo-

Ruina Pentapoleos.

uxorem ſaltem, ac filias duas, adſciſceret. *Daturum alioquin eſſe, neglectæ ſalutis ſuæ, pœnas, urbi ſceleratæ communes; quas, ſi maturè fugiſſet urbem, feliciter effugiſſet.* Ac, nihiloſecius adhuc tergiverſantem, &, (pigrorum, ac nolentium, more) *tanquàm minùs, quæ dicerentur, intelligeret, oſcitanter diſſimulantem*; onerari modicò vini paniſque viaticô, jubent: quantulum videlicet, *Hebronem* uſque, ſuffecturum eſſet; quo loco patruus eum *Abrahamus* exciperet. Ipſi deinde, vi correptum, manu trahunt. Eádem *pietatis violentiâ*, cum conjuge quoque *Loti*, duabúsque filiabus, agunt: *duóque* cœleſtes, *quatuor* mortales extra mœnia ſic deducunt; ut *Angelorum* alter, medius patrem inter, ac natam; alter autem, inter matrem, ac filiarum alteram, incederent. (*nn*) Digrediuntur igitur, notîs ſibi penatibus: nec ſinè lacrymarum oborto ſtillicidiô, *vale poſtremum* Domui dicunt, quam nunquam poſthac eſſent reviſuri: dicunt & *Sodomorum* tectis, atq; mœnibus; quæ nullo deinceps eſſent tempore ſubituri. Simùl, efferebant ſecum, quod auri, vel argenti, quódque veſtium ac commeatûs, in ſarcinis erat: & quantum, à duarum virginum *puellaribus*, totidémque conjugum *ſenilibus*, ſcapulis exportari potuit; per tumultum, ac tre-

Ruina Pentapoleos.

trepidationem, corraſum. Nihil autem omnium ſecum ferebant utilius, aut pretioſius; quàm, *DEI FAVOREM*: qui deſtinârat, ab omnibus retrorſum ſæculis, inviolatos eos, & incolumes, (*dummodo vellent ipſi*,) præſtare. Jámque, mœnibus, & omni *Sodomorum* ſolô, relictis, in campi libertate conſtiterant: incerti, niſi docerentur, quorsúmnam viam deinceps intenderent; citeriorem Jordanis ripam inſiſtentes. Sed eam dubitationem exemit, feſtinandi neceſſitas, quam *Angelus* uterque verbis graviſſimis inculcabant; *Accelerare* jubentes *fugam: ac, præ curſûs ſtudio, ne retrorſum quidem unquam reſpectare. Satagerent ipſi rerum ſuarum; nec, quid à tergo Sodomis, aut Valli Siddææ, contingeret, explorare curarent. Quin, nec pedis quidem veſtigium ullum, totâ ſibi valle, tutum & innoxium fore, perſuaderent, ad ſtationem. Salutis unicam, & ſpem, & portum, eſſe, montem Engaddæum; qui, viâ proximâ, ferret ad vallem Mambræam. In montano vertice, nec alibi locorum uſquam, effugiũ fore malorũ; quæ cunctos Siddææ regionis incolas, inevitabili lege, mox eſſent involutura.* Talia *Loto* mandata dabant Angeli. Sed, idipſum *feſtinandi præceptum*, graviùs *Lotum* perculit: metuentem; ne, tam propinquô *Sodomorum* exitiô, mali partẽ, nec ipſe,

con-

Digitized by Google

conjúnxque, ſenio tardante pedes, nec filiæ virgines ætatis imbecillitate, ſatis effugerent. Ad preces igitur converſus; & eum, qui, duobus ex *Angelis*, auctoritatis plus obtinere videbatur, interpellans; rogare cœpit; *Vt montium aſcenſum ſibi remitteret; quippe, quos & corporum debilitas, & rerum neceſſariarum ſarcinæ, gravarent. Moram, & ſcanſuris, & imbellibus, omnino fore neceſſariam. periculum autem in mora futurum. Præſtaret igitur eam periclitantibus gratiam: ut, ipſius bonâ veniâ, redempto montium eniſu, deflectere liceat, in Vallis extremum oppidulum, Balam nomine: cujus, (utpote, locis humilioribus ſitæ) per plana, facilior ſit, atque compendioſior, aditus. Quòd ſi fortè ſit & illud inter loca rea, pœniſque devota: daret, per Deum rogatus, veniam ſupplicii, civitatulæ; quæ, propter parvitatem, non poſſit habere multitudinem ſceleratam: & interim, ob viciniam, ſibi, ſuiſq; comitibus, præbitura ſit aſylum. Ingentibus deletis urbibus, ſatiari ſatis ſupérque Divinam poſſe vindictam: & unius urbeculæ ſervatæ, non fore magnam impunitatis invidiã.* Huic, in hunc oranti modum, *Genius*, Numinis agens vicem; *Equidem*, inquit, *decreverã, etiã Balam eradicare: cujus oppidi, quanquamvis numero minores, cives, multitudine tamen,*

Digitized by Google

men, granditatéque, ſcelerum, cum majoribus decertant: & ego plectendis in reis, nec turbam in conſilio, nec paucitatem, habere debeo; ſed, delictum. Quia tamen ità tibi cordi Tua Salus eſt, ut eam ab Aliena ſalute disjunctam nolis: quò conſtet, quantum, & ſibi vir innocens, & Aliis, conducat probatîs moribus, ac ſincerô patrociniô: fiat, agè, quod poſcis, ac, propter te, ſtet incolumis Bala, quæ ſuâ cæteroquin culpâ ruitura fuerat. Ea tamen lege ſtet; ut eò tu, pedum omni contentione, feſtines. Nam evaſtare Pentapolin, & ipſe propero: vocante fatorum horâ, quæ jam effluxit: & tamen, quoad in tuto tu ſis, effundere Ruinæ procellam non poſſum. Adeò cordi DEO ſunt bonorum preces, & indemnitas. Hæc Angelus ſupplicanti *Loto* cùm diceret; videri deinceps, cum collegâ ſuo, deſiit: ad exſequendum ſupplicii juſſi miniſterium, in ſublime profectus. *Lotus* autem, cum ſuis, gradu contentiſſimo, *Balæ* mœnibus recipi, properabat. Quod oppidulum deinceps, ex ipſa ſui *Parvitate*, quam *Lotus* in argumentum patrocinii ſui potentiſſimum adduxerat, pro Bala, Ségoris appellationem reportavit: quæ vox, Hebrææ genti, PUSILLAM ſonat.

XIII. Paullatim interea Solis adventabat ortus: ac funeſtæ ſuper *Pentapolitas*, tragœdiæ ſupremus

premus Aſtus appropinquabat. Dies, ut ſuprà dictum eſt, pridianus, (*oo*) immodicô, ſicut illis regionibus aſſolet, calore torridus, & æſtuoſus; noctem quoque ſuccedentem, præter ſuetum, accenderat. Sub crepuſculum itaque matutinum, & ſuapte naturâ, vaporibus excitatæ, nubes; & multò magìs, Numinis iraſcentis imperiô, turmatim conductæ: cœperant conglobari. Nubibus interim iisdem, & *Angeli*, quos dixi, duo, ſeſe miſcentes, operámque ſuam elementis ſociantes; fuligineâ cœlum omne facie fuſcârant. Partim autem, caloris etiam potentiâ, ſubjectam materiam ſurſum attrahentis; partim (ac magìs) *Geniorum* cœleſtium miniſteriô: præter halitus viſcoſos, æſtúque gravidos vapores, è *ſalſis* inſuper, ac nitro, ſulphure, bituminéque fœtis, locis, nihil non doloſæ peſtis nubila conceperant. Hac tot ardentium, quaſi pabulorum, mixturâ, cœlum tempeſtatem coquebat: quæ, ſi vel naturâ tantùm dictante procederet; ipſo ſolo diluculi geniô, minax fuerat ac præturbida futura. Nunc, Irâ quoque Dei faces addente; quantô tumultuoſior, & furibundior? Jam Sol, Arabicis è montibus, promicare cœperat; nubibus, ac cœlo, (quod *Siddæam* ſupra vallem incedebat) non tam radios; atque lucem, quàm luridum pallorem, ad-

Digitized by Google

ſpergens. Hinc enim elementa ſupera, *triſtè rutilabant*; cum lividis inſoliti cujuſdam mali minîs. Et adhuc tamen (prô nefas!) pridiani vini crapulam edormitura, *Sodoma* pléraque, ſtertebat in lectis. alii, libidinabantur. Cùm, ecce, ſecurîs omnibus, ac tale nihil metuentibus: ſub temporis momentum unum, flare venti; fúrere turbines, ac procellæ; quaſſari terra; Jordanes, in fluctus ac fremitum aſſurgere; cœlô fulgura micare; tonitruîs horrendis aër omnis immugire; tenebrîs plusquam nocturnis univerſa repentè vallis inhorreſcere; ſimùl, tenebræ frangi, diſcindíque, flammarum, ex alto, fulminúmque, denſatô jactu (*p p*): cuncta ferientibus, incendentibúſque, cœli flammîs. Quo tanti mali terrore concuſſi *Pentapolitæ*, rapientes alii de ſtratis corpora, nudi, ſemíquetecti, diſcurrunt. Quòd ſiqui (ſanè pauciſſimi) jam ad opera fortè diurna ſurrexiſſent; in urbibus, ac pagis, tecta repetebant. Qui verò foris in campis, aut agris, erant; jumenta gregéſque ſecum ſub tutiora reducere, properabant. Sed interclusit utriſque ſalutis viam omnem, nova, nec antehac mortalibus comperta, calamitas. Dictu citiùs, unà turbines, tonitrua, fulmina, tumultus aëris, terræque tremor, ac, diſruptis è nubibus, in nimbos igneos cœ-

lum

Ruina Pentapoleos.

lum omne reſolutum; torrentis, & *ecnéphiæ*, more, terrificè rubentem flammam, ſulphure, nitro, pice, bulliente ſale, flagrantéque bitumine, confuſam, (*qq*) præcipitiô deturbant. Strepit, ignium inſano ſtridore cadens, ſupra tecta, turres, palatia, viarúmque ſtrata, pluvium incendium: natántque, jam non undîs, & eluvionibus, ſed, Gehennâ quadam ſtagnante, *Siddææ vallis* omnes ubique campi, prata, colles, agri, nemora, viridaria; pagi cuncti, quatuor ingentes urbes, *Sodoma, Gomorrha, Sebois*, & *Adama*, ſuis cum ſuburbiis. Fluitant, in *Ignis* immani lacu, volucres, pecora, greges ovium, armenta jumentorum; hominúmque ſexus, & ætas, omnis; &, quidquid antè paullò *Siddæam vallem* libidinibus ambuſſerat, communibus nunc flammîs exuritur. Quorum omnium, quis dolorem queat, aut ſenſum, exprimere? balatum, mugitúmque, quadrupedum? ploratum infantium, atque pueritiæ? lamenta mulierum? clamores horrendos virorum, ac juvenum? inquieto bullientium flam̃arum ſtridore mixtum chaos unum, vociferantium in *cælum*: quod in illos, *Tartari* more, defluebat? Cùm interim, non in agris, aut ſylvis; non in arboribus, aut collibus; non in tectis domorum, aut intrà penetralia; non in turribus ſummis, aut depreſſiſ-

Oo 3 ſimis

Ruina Pentapoleos.

ſimis terræ ſpeluncis; ac, nec in ipſis aquis, fontibus, & *Jordane*, tormentorum & interitûs ullum occurſaret effugium. Ignis enim omnia præoccupârat *aſyla*: quáque fugere *Pentapolitæ* tentarent, illàc jam flammæ prævolârant, ac ſequebantur: & *Ignis erant, etiam undæ; calórq;, refrigeria.* Nimirum, hæc tum erat *Tartareæ regionis* illius, æternùm ardentis, expreſſiſſima facies: cùm flammæ, ſal, ſulphur, bitumen, ac fulmina diſcurrentia, terribilíque fragore crepitantia tonitrua, *vallē* omnem, ad *octodecim* menſuræ geometricæ *Germanica milliaria*, replerent: evaſtatóque ſtirpitus omni terræ germine, vitæque veſtigio, ſcanderet immenſam in altitudinem, densô commiſta fumô, cinerea *flamma.* Cujus, è remoto licèt, ac tenebris atratô, loco, tam clara tamen, ac ſublimis, inter vaporem, favilla reſplenduit: ut eam, quaſi de *fornacis* ampliſſimæ camino, faucibúſve, ſurſum erumpentem, *Abrahamus* quoque conſpexerit; cùm is, ſub ipſum illud diluculum expergefactus, de *Caphar-baruchæ* collis vertice, *Sodomorum* ac *Gomorrhæ* tractum contemplaretur: memor pridianarum *Angeli* minarum, in *Pentapolitas* jactarum; &, quídnam Loto nepote factum eſſet, impenſè ſollicitus. *PIVS enim Amor, pro malis etiam alienis, tanquam*

pro

Ruina Pentapoleos.

Digitized by Google

pro ſuis, fatigatur: &, quidquid accidere dile- cto potuit, id, accidiſſe, timet. Sed is in *Abra- hamo* metus fruſtra fuit.

XIV. *Lotus* enim, inter hæc, percommo- dùm, ſub ipſum, & Solis exortum, & Ignis nim- bum cœptum, *Balam* oppidulum, quod fugæ ſuæ metam, ac Diverticulum, ab *Angelo* pactus fuerat, intrare cum comitibus incipiebat. Jámq; *ſuburbium* tenebant: jam audiri poſt tergum horrida tempeſtas, ac Sodomorum incendium tragicum; inſanæque brutorum & incolarum voces, & lugubris in cœlum clamor, ac flamma- rum, tectorúmque ruentium, funeſtus fragor, occœperant. Quæ res *Lotum*, ac ſuos, quan- tumvis fortaſſis *explorandi* cupidos (*ut homi- nes ſumus*) tantò magìs, ut properarent, incen- dit: partim, quia, niſi *Ségoris* in umbilico, ſe- curitas illis promiſſa nō fuerat; partim, (& mul- tò maximè) quòd *reſpectandi*, conſiſtendíque, *curioſa mora*, præceptô fuerat *Angelicô* diſce- dentibus interdicta. Nec immemores illius im- perii, *Lotus*, ac filiæ; curſim petebant, quam ſibi deſtinaverant, *Ségorem*. Quanquam, eâ recepti, nec illic quidem fixêre ſtationem; ſed in monta- na latibula, perníci ſeſe curſu, ſubduxerunt: ve- riti, ne *Ségorem* quoque, ſicuti ſcelerum, ſic & pa- ris exitii, ſocietas, cum urbibus cæteris inflam-

 matis,

Ruina Pentapoleos.

matis, tandem involveret. At non æquè, vel memor mandati, vel obſequens, *uxor Loti*; tantos ad fragores, terræ pariter ac cœli ruentis, ſollicitata *fœmineô cognoſcendi ſtudiô* (*quod in vetita ſemper acriùs exæſtuat*) retroſpexit: &, ut erat, reflexâ cervice, momentò temporis, *Salis* in *Columnam* verſa; *fatuæ Curioſitatis* perpetuum ſtetit, ac *Sapiens monimentũ*. Dictu mirum, ſed veriſſimum; ac plurimorũ inſuper oculîs uſurpatum! eodẽ ſemper in veſtigio, quo ſe circumegit aſpectu, defixum mulieris ſimulacrum, cum brachiis, humeris, capite, totóque reliquo corporis trunco; defluentíſq;, talorum tenus, veſtis habitu, perſtitiſſe. Quin &, ſuetos illius ſexûs *menſes*, ſunt, qui tradiderint; tanquã è vivente quondam, ſic ab extincta, legitimis Lunæ recurſibus, prorupiſſe: ſale decoloratô; ſuóque rurſum candori, poſt exactos dies, reſtitutô. Nec exigui temporis illa fuit *Statuæ mirandæ* duratio: ſed, poſt *viginti ſæculorũ* circumvolutionem, etiam à Flavio Joſepho conſpecta quondam; denique noſtram etiam ad ætatem pervénit. Quanquam enim ſit, qui, ſub annum ſalutis *milleſimũ quadringenteſimum, octogeſimum tertium*, affirmet (*rr*); *Aſphaltite* tunc *Lacu* reſtagnante, ſic coopertam undis fuiſſe littoralibus, ut videri deſierit: *Comes* tamen *Solmenſis*, qui ſub idẽ ipſum

tem-

tempus, Bredenbachio collegâ, Palæſtinam, ac *Mare-mortuũ*, inſpexit; plus non tradit, quàm; Ad eam ægrè perveniri. *Leonardus* autẽ *Rauchvvolfius*, Medicus Auguſtanus, in Vindelicis; qui terras illas, earúmque memorabilia, ſæculô propemodum integrô, poſt Solmenſem, luſtravit (ss); non ſolùm, *emerſiſſe* Columnam *Lótidẽ*, ſatis indicat: ſed & addit (homo licèt alioquin *ſectarius*, ac *miraculorum* exiguus æſtimator); *Integram etiamnũ remanere*: quódq; plus mireris; *Etiam imminutionis omnis impotem, & ignaram.* Quanquam enim, & *vaccæ* (quod Felix Fabri memorat) aſſiduo ſalis linctu ſtatuam illam impetant, ac velut attenuent; tantundem tamen, ait, reponi noctibus ſolere, quantum diurnâ delibatione craſſitudini ſit detractum. Id autem adeò verum eſſe, *Medicus*, quem dixi, *Vindelicus* aſſeverat: ut is inſerere narrationi ſuæ non dubitârit; *Peregrinorum nonneminẽ, cùm, fortè viam, Statuæ proximam, ad Mare Mortuum, carperet (explorandi cauſsâ, v erâne de columnæ diminutæ reparatione memorarentur) brachium ſimulacri totum amputâſſe; ſecúmque, comitibus id ſpectantibus, abſtuliſſe. Redeuntem verò, poſteaquam univerſam littoris Aſphaltici regionem perluſtrâſſet, deprehendiſſe; Lotidis ſtatuã non minus utroque, quàm nu-*

nuper fuiſſet, brachio præditam: nec ullam, vel minimam, inter manum ablatam, ac manum repoſitam, interceſſiſſe diſſimilitudinem. Quæ ſi vera ſunt, ut, eſſe, non dubito: Deo curæ crediderim eſſe, *dehortamenta*, non magnarum tantùm, ſed & *minimarum, &, in ſpeciem, vilium, culparum*: qualis, *Oculorum* eſſe *Curioſitas*, cenſetur, aut, *mandati mediocris* ruptum obſequium; quando præſertim demonitiones hujusmodi, prodigiô quoque notatæ ſunt, *ad rei memoriam ſempiternam.* Et idcirco *Chriſtus* quoq; *Memores* nos eſſe juſſit *Uxoris Loti* (*tt*); *nec illud fatuè reſpectare, quod ſapienter* aliquando *reliquerimus*: ne pœnas, quas dedit illa, nos quoque demus; vel præſentes *temporis*, vel futuras *æternitatis*. Stet igitur, inter *Illuſtres*, hæc quoque fœmina, *RUINAS*; hac tam repentinâ, támque portentosâ, ſui mutatione: loquatúrque ſuo Sexui, facundâ muti *Salis* acrimoniâ; *Non ſibi, ſed Legi, morem ut gerant: nec dulcius putent, ſuum ſequi, quàm alienum, arbitrium: nec eam demum exiſtiment veram Libertatem; ſi, ſine vinculis animi, ferantur, ac ruant, in vetitum. Levitatem, deniq; mentis, & inconſtantiam, virtutis maturitate dediſcant, & oblitterent.* Mulieris *UNIUS Interitus, fiat omnibus Sanitatis Exemplum.* Sed hæc

Ruina Pentapoleos.

hæc hactenus fuerit, ad *Lotidis columnam*, ſermonis ſtatio. Nunc ad *Pentapolin* reſiduum narrationis recurrat.

XV. Interiit hæc, paucarum intrà ſpatium horarum, quod MOMENTUM Jeremias appellat; ob *brevitatẽ celeritatémque* ſupremæ calamitatis (*uu*). Interiit verò, non flammîs tantùm in cinerem reſoluta; ſed, hiantis quoque *terræ voraginibus*, in quas ſubſedit, hauſta: quò tot urbium & incolarum exſcidium, jam non *Ruina* tantùm, & *Incendium*, ſed æternum quoque *Sepulcrũ*, ſibi fieret. Deſcenderunt autem in *Tartari* barathrum *Pentapolitæ* ſimùl *omnes*, utriusque ſexûs, & ætatis promiſcuæ: ne nuntio quidem tam atrocis tragœdiæ, vel narratore, ſuperſtite; qui domeſticum, ab experimento, ſenſum cladis exponeret. Veritatis enim Divinæ teſtimonio, (*vv vv*) *pluvia Sulphuris & ignis*, cœlô dejecta, PERDIDIT *Vniverſos*. Ac, ne quis, clementiùs actum, cum *Animabus* ſaltem combuſtorum, ſuſpicari poſſet; Judæ Thaddæi ſacro pronuntiatô. (*xx*) *Sodoma, Gomorrha, finitimæq; civitates, abeuntes poſt carnem alteram, factæ ſunt exemplum: Ignis æterni pœnam ſuſtinentes.* Nec immeritò: ſi dignam, ut par eſt, ad trutinam, hinc quidem enormitatem flagitiorum, illinc autem Divinæ Juſtitiæ leges, revocemus.

Ruina Pentapoleos.

Digitized by Google

mus; Quonamq; ſupplicio non erant mactandi, vivi, mortuíque; qui Veneris, inauditâ priùs, nequitiâ perverſitatéque, (quantum in ipſis fuit) humanæ vitæ curſum, atq; continuationem, ſuſtulerunt è medio: mortalitatémq;, morte ſemel unâ, propagatione proſcriptâ, damnaverunt? Nec eo contenti; ſcelerum ſuorum, oſtentante ſe, magiſteriô, ſitas, *ad Orientem* maximè, *terras*, imitatione turpitudinis infecerunt: quæ, procedentibus annîs ac ſæculis, contagionis cujusdam more, *Græciam* quoque, finitimáſque regiones, & inſulas, percurrens; & mares inter ſe fœdiſſimè comiſit, & fœminas quoq; fœminis contaminatiſſimè jugavit (*yy*); tã latè longéq; diffusîs earum libidinibus, ut jam non *Lesbiæ*, tantùm, ac *Gaditanæ* mulieres, ſed *Romanæ* quoque veteres, eſſent in infamia. Quin ne *Germaniis* quidem, (pudiciſſimæ cæteroqui nationi) ſuæ defuêre Sapphônes: quarum, utì turpes congreſſus, ſic funeſtiſſimos exitus, non obſcuris in urbibus, etiam noſtra vidit, ac diris devovit, ætas. Nam alibi quidem, dominam cum ancilla, *Sabbatino* quodam veſpere, recentes è balneis, in clauſo lavacri conclavi, repentina mors, in ipſo calore ſceleris, oppreſſit, alibi verò, juvenculas duas, *meri* priùs *aduſti* cyathîs, mox inter ſe *nequitiâ* quoq;, concertantes; mediô temulentiæ,

Bac-

Bacchus, ac Venus, extinxerunt. Quas, earúmque ſimiles, quósnam ad ardores *animarum*, à turpiſſima flamma corporum, peregrinatas eſſe, credamus? *Semper enim, Ignem hunc temporis, Ignis ſequitur Æternitatis:* &, infandi *thori* laſciviam, Tartareæ *fornacis* ardor excarnificat.

XVI. Deus namq;, *cujus mundiſſimus Oculus, omni* quidem *ſpurcitie*, ſed illâ vel inprimis, *vulneratur*, quæ *ſexûs limitē* egreditur; inexorabilis ſedet ultor. Tantáq; vindictæ (ſi ſic loqui liceat) eſt pertinacia; non modò ſcelus ipſum ut perſequatur, ſed, cum eo pariter, *ſceleris* omnes *reliquias*: ipsúmque, quo peccatum erat *locum*: ipſum, ſub quo laſcivitum eſt, *cælum*, aërísque tractum: ipſam denique, cui vel inſeſſum eſt, vel incubitum, *tellurem*. Auctorem habeo, priſcum ſatìs, ac fide, vitæq; gravitate, ſpectatum, *Thomā Cantipratanum*; qui, volumine, quod *Super Apum conſideratione* ſcripſit, obſervat; Etiam humum, ac ceſpites, quibus *Sodomitarum imitatores* accumbere contigiſſet, virorem, ac fertilitatem, illicò perdidiſſe: quaſi peſtilenti quadam grandine, vel viſcoſâ ſideratione, percuſſos. Sed omniū luculentiſſimè *Divinus*, adversùm præpoſteras libidines, furor ſe prodidit; in *Pentapoli*, totáque *Siddæa valle*, delendis. E veſtigio namque, quo loco, ſimillima quondam *Paradiſo*,

Ruina Pentapoleos.

Digitized by Google

ſo, regio modò ſteterat; è terræ viſceribus *Lacus* emerſit, *quinque milliariûm*, ab Occaſu Solis, ortum versùs, *latitudine* diffuſus: *dierum autem quinque*, (quod Saraceni tradunt) itinere procurrens, à Septemtrionibus in Auſtrum. *(zz)* Eam ob cauſſam, qui *Lacus* cæteroquin *Aſphaltítes*, à bitumine, dictus à quibusdam eſt; *eccleſiaſticos* apud Scriptores, *Maris* appellationem, *à magnitudine*, ſortitus eſt: ſic, ut *Salſum* quidem, ac *Salſiſſimum*, diceretur, ab *amarore*, quo maria cuncta ſuperat: à *deſertis* autem, ac vaſtis, *Arabiæ* terris, quas præterit ac ſtringit, *Mare Solitudinis*: ab eo denique, quòd *vivum in eo nihil* reperiatur, *Mare-Mortuum*. Quippe, quod non modò *ventorum* impulſibus nullis animetur (*aaa*), *qui vita ſunt Aquarum*: ſed neque piſces intrà ſe, nec aſſuetas undis volucres ſupra ſe, nec omnino ſalubrem auram ullam, patiatur: ſed & *in ſe moriatur ipſum*; &, *eò viva perlata*, vi marcidi vaporis, *occîdat*. Ac ne flumina quidem, aut torrentes, diversîs in illud littoribus incidentes, id corrigunt. Quorum in numero, *Jordanes*, à Septentrionis tractu; *Cedron*, ab Occaſu; *Zaréthus*, & *Arnon*, ab Oriente, *Lacum* illum irrumpunt. Eorum amnium ſiquis, etiam piſcium aliquid, impetu curſûs, aut eluvionum, unà ſecum invexerit: id eodem, quô

quô *Lacum* contigerit, articulô præfocatur. *Vndas* porrò fretum hoc alit, cæteris obſcuriores, fæculentas, ſpiſſas, marcentes, ſordidas; & intolerabilî fœtore graves. Ne verò *ſibi* duntaxat *malæ forent, è malis ortæ*; cunctam inſuper circumjacentium terrarum viciniam, peſtilitatis afflatu; jam olim, vitiant, & adurunt, infames Aquæ. Nam ii, qui latera claudunt utrorumque littorum, Alpeſtres montes: ambuſti nidore fumantium, è terra mephiti; nebularum, ac vaporum; horrido ſqualore ſteriles ſurgunt, ac lugent: æſtuante plerumque, nunc intolerabili, nunc utcunq; clementiore, ſemper tamen inhumanô, marinæ caliginis ardore, repercuſsô. Nihil illic, longè latéque, quod *vernet*, aut *vireat*; multò minùs, quod *gignat*, ac *germinet*, non flores, non poma; non meſſes, non vindemiæ. Formoſi tantùm, *Occiduis* in montibus *pomorum* autumni ſtant; ſed iímet, compreſſis manu vel dente fructibus, pulverulentam in nebulam exſpirantes: ac, *ſolâ ſui futilitate, per terrarum orbem celebrati*. Par pœna *ſterilitatis*, univerſam, quàm latè, quámque longè patet, *vallem* exſuxit: intermortuô gignentium omni fœtu. factáque, quæ quondam *Illuſtris* appellabatur, *Tenebroſa* jam *vallis* eſt: cujus nihil, quod videre velis, videre queas. Et hoc,

hoc, per tot jam ætates, ac ſæcula: *quater mille, quingentis, ſeptuaginta*, tantiſper *annîs*, & *unô*, lapsîs; ad hunc uſque, quo ſcribuntur hæc, annum: nec adhuc tamen cœleſtî, ſuper *Pentapolin*, furore ſatiatô. (*bbb*) Ne tamen penitùs nihil, ex infrugifero *Lacu* tractúque, *ſaltem Excrementi*, pronaſceretur: *Mortui-Maris* univerſa fœcunditatis gloria, *bituminis* eſt *gluten*; quod *aſphaltum* Græci dicunt: ſicut alibi jam monuimus. Id, immô *Lacus* fundô ſcaturiens; nigrîs immanibúsque glebis, cùm ſuperemerſerit, *taurorum*, (ſed, ſine capitibus) figuram, ac magnitudinem, exprimit: ſimillimum truncis victimarum, natantibus. Concreſcit enim; occultâ quadam, *ex fundo* (quod *ſine fundo* tamen eſſe creditur) vi; tanquam ſpiramentîs quibusdam Tartareis excitatum. Qui porrò tractandi *Lacûs Aſphaltitæ* peritiam nacti ſunt; navibus in occurſum *bituminis*, provecti, certîs ad ſe funium, & harpagonum, inſtrumentis attractum, interdum autem & ſuâ jam ſponte littoribus appulſum, in terram id ejiciunt. Difficilis autem *glutinis* iſtius indè fit exportatio; quòd lenta materies, viſcosîs ſuis nexibus, non tam navibus adhæret, quibus excepta fuit; quàm illas potiùs à ſe pendére cogit: alligatas, & indivulſas, à cumulo tenaci. Tanti laboris finiendi,

endi, modus unicus, ac remedium, eſt, *menſium muliebrium* ſuperfuſus, cum urina, cruor: quibus, *bitumen*, adhæreſcens navigiis, prælui divellíque, creber uſus monſtravit; & *artē ex-ſucceſſu fecit.* (ccc) Ità *fœdæ Pentapoleos ne reliquiæ quidem*, qualesquales, *ſine turpitudine prodeſſe* cuiquam *poſſunt.* Prodeſt enim *aſphaltus*, quam dixi, non ad ædificia duntaxat, ac navigiorum compagem firmam; ſed medicorum etiam officinis: quæ *venenum*, indè confectum, *theriacis* ſubinde miſcent; ac morborum remediis, haud paucis, variè *gluten* illud, liquefactum, adtemperant. Quòd autem *aſphalti* moles ingentes, & à *boum Pannonicorum* magnitudine nihil diſtantes, eáſque concretas, ac duritie præponderoſas; *Mortui maris* undæ, fluitantes in ſummo, ferant, & hac illac circumagant, nec tamen demergant: minùs mirabuntur, qui *Flavium Joſephum*, cæteróſque nonnullos, evolverint; naturæ *Lacûs* illius indagatores. Horum namque conſtans eſt traditio; ne *viventium* quidem, ſeu bruta ſint illa, ſeu ratione prædita, corpora, *mari mortuo* ſuperinjecta, fundum petere: quantumvis natationis, vel incallida, vel impotentia. Feciſséque periculum ejus rei *Veſpaſianum* Cæſarem; quo tempore Palæſtinam bellis evaſtârit: injectis hominibus qui-

Pp bus-

Ruina Pentapoleos.

busdam, quorum & nulla fuerit natandi dexteritas; & manus præterea poſt terga colligatæ. Reſpuente tamen eos *Lacu* (qui cæteris exitio ſolet eſſe) *vivos* & incolumes eſſe littori redditos: Salutémque, *maris naturæ* debuiſſe, quam *Cæſaris* priùs debere *Clementiæ* maluiſſent. Hæc, de *bitumine*, memorâſſe, ſit ſatìs: quod adhuc, fumoſa cum fuligine, (*ddd*) ſemper imô fundô, noſtram etiam ad ætatem, ebullit; ut indicium ſit illius *tormentorum fumi*, quem *Lacus Tartareus*, igne ſulphuréque miſtus, in univerſum efflabit ævum. (*eee*) Sunt autem & aliæ ſuperſtites adhuc *notæ*, tam *atrocis*, à tot licèt annorum millibus, *exſcidii*. Qualis eſt: quòd *Sanguineum*, neſcio quid, *in Mari-mortuo*, tertiô circiter aut quarto cubito diſtans, ab aquæ ſummo, reſplendeſcat; ceræ rubentis ſimilitudinem nonnullam exprimens, humo miſtâ. Quales item, *oppidorum* præſtigioſæ (quod rear) *imagines*: & in his, unius, tanquam clivo quondam impoſitæ, *civitatis* effigies. Mihi quidem pro compertiſſimo videtur; *reipſa* ne veſtigium quidem ullum ſupereſſe totius *Pentapoleos*: ſed univerſam, fundô, fundamentorúmque tenus, *ad Inferos* ſubſediſſe. cùm præſertim non deſint, qui *Maris-Mortui* profunditatem, perhibeant, inſcrutabilem eſſe; (*fff*) *Dei* vindicis ſimula-

mulacrum quoddam: quippe, *cujus Iudicia ſunt Abyſſus multa*; (ggg) Judicia, nemini comprehendenda; *viaq́ judiciorũ, nulli menti creatæ veſtigabiles* (hhh): Ideóque, mortalibus pariter, Immortalibúsque, ſuſpiciendæ; diverſo tamen animorum ſenſu. Nam *his* quidem, adorandæ: *nobis* autem, inſuper & formidandæ ſunt; eáq; cauſsâ, longiſſimè gentiũ relegandæ *cunctæ Libidines*: præ cæteris auté illæ, quæ naturam diffingunt. Sanè, ſi procedere ſine fœmina, prorogaríq;, ſtirps humana potuiſſet; libentiſſimè carendũ, etiam omni muliere, viris fuerat: *Malóq́* (quod Cato dixit) *Neceſſariô*, liberandus orbis. Quocirca, ſi *conjunctionis*, etiam *legitimæ*, viris erubeſcendus uſus videri poteſt: de *damnatæ Veneris* commercio, quid dicemus? Sententiam utique; quam prior dixit Deus: ut, quibus *Terra* naturáque facta *proſtibulum* ſunt; *iis Cœlum*, (ſicut Pentapoli) *Gehenna fiat!*

AVCTORES.

(A) *Iſaiæ 10. verſu. 9.* (b) *vide Chriſtianum Adrichomium, in deſcriptione terrarum tribûs Iudæ, num. 116. Brocardum, Hodæporici c. 8. & Bredenbachiũ, in Itinerario.* (c) των ἀλσῶν, *ab* ἄλσος, εος, *quod* Nemus amœnum *ſignificat.*

Ruina Pentapoleos.

Idem Martino Delrio placuit, ac Saliano. &c. (d) *Jacobus Salianus n. 7. anni, à mundo Condito, 2118.* (e) *Brocardus, Itinerar. 6. & Joannes, Comes Solmenſis; in Hodæporico. Brocardum Salianus citat. Adrichomius quoque, paginâ 109. col. 2. ait,* Illuſtrem vallem, *ad Aſphaltitem uſque Lacum, progreſſam eſſe.* (*) *His jam ſcriptis; vidi, Brocardum quoq; conjectare mecum idem, iu Itinerario: & apud Adrichom: in Juda, n. 178.* (f) *vide Tabulas Geographicas, Tilemanni Stellæ Sigenenſis: & magis, Abrahami Ortelii* Palæſtinam emendatiorem (g) *Brocardus, Itinerar. 6. apud Adrichom. in Iuda, n. 66.* (h) *Cornel. Tacitus, l. 5. hiſtoriar.* (i) *Adrichomius, in Juda, n. 186. ex Brocardo, Bredenbachio, & Joſepho, lib. 5. de bello Judaico. cap. 5.* (k) *Strabo, libro 16. refert; ab nonnullis tradi:* Tredecim urbes olim illic habitatas. *Saliano placet, concordiæ cauſsâ;* Quatuor Urbes, *&* novem pagos, *fuiſſe, qui ſubruti ſint.* Segor *autem, ad vallis exeuntis limitē poſita,* Quintam urbem, *& adeò,* Pentapolis *abſolutum nomen, conſtituit.* (l) *Strabo, Geographiæ lib. 16. Conficiunt autem plusquā ſesquiduo milliaria Germanica; ſeu, Leucas Quinque: quarum Singulæ, iter Vnius horæ conficerent.* (m) *Iſta Pentapolitanorum vitia S. Ezechiel propheta enumerat,*

Ruina Pentapoleos.

Digitized by Google

rat,cap.16.verſ.49.&c. (n) *Chriſtianus Adrichomius eos, etiam à* brutorum *exſecrabili conſuetudine, infamat: In deſcriptione Judæ, n.186.* (o) *Iſaiæ 3.verſ.9.* Peccatum ſuum, ſicut Sodoma, prædicaverunt: nec abſconderunt. (p) *Terentius in Eun: Actûs 4.Scenâ.7.*(q) Ex Bereſith Rabba, *Hebr.Commentar.* (r) *vide, ex Joſephi Antiquit.lib.1.cap.18. Adrichomium, in Juda,n.60.* (ſ) *Philo, apud Salian.n.16.* (t) *Joſephus: & Adrichomii tabulæ.*(u) *Dubium id facit, ac controverſum, Salianus. Sed Sacra Scripturá ſatìs clarè innuit,Gen.14.verſ.17.id in* valle Save,*ſeu,*Illuſtri,*&*Regiâ,*accidiſſe:quæ haud dubiè ad Jordanem eſt, & ab eo media ſecatur; ab Galaaditide regione ſe porrigens, ad uſq;* Mare-mortuum: *eodémq; ſe finiens.*(vv) *In his,S.Dionyſius Areopagita, lib.de Cæleſti Hierarch.cap.9.* (x) *Suidas, in Melchiſedecho.* (y) *Pſal.109.verſ.4.* (z) *Conditam fuiſſe urbem à Melchiſedecho, in montis Sionis vertice dorſóque; Suidas oſtendit, in Melchiſedecho.*

(Aa) *S.Cyprian.libro 2 epiſtolarum, epiſt.4. adCæcilium: cum torrente SS.Patrum aliorum.* (bb) *Vide Salianum,hîc.* (cc) *Ex Plinii lib.12. c.14. Salianus hîc.* (dd) *Sic in Hebræo legitur, & Chaldaicâ Paraphraſi;* LEVAVI manũ meam; *non,* LEVO. (ee) *Epiſt.2.cap.2.verſ.8.* (ff) *Ità canit*

Ruina Pentapoleos.

canit Eccleſia, Reſponſorio 2. Dominicæ Quinquageſimæ, ad Matutinum. (gg) *Cultu* Duliæ. *S. Auguſtin.* (hh) *Sic Eccleſia, Reſponſorio, paullò antè citato, canit, è SS. Patrum loquendi formâ;* Tres vidit: & Unum adoravit. (ii) *Chriſtianus Adrichomius, in Juda.* (kk) *Geneſ. 18. verſ. 32.* (ll) *Lucæ 17. verſ. 28. ubi Chriſtus;* Similiter, *ait*, ſicut factum eſt in diebus Lot. Edebant, & bibebant. &c. quâ die autem exiit Lot à Sodomis, pluit Ignem & ſulphur, de cœlo: & Omnes perdidit. (mm) *De ἀορασίᾳ illâ, vide Salian. in annum mundi, 2138. ex LXX. Interpretibus, & S. Auguſtino, Del Rio, Riberâ, & aliis.* (nn) *Vide, hoc loco, Salianum, ſimile quiddam conjectantem.* (oo) *Ex Gen. 18. verſ. 1.* (pp) *Cornel. Tacitus, lib. 5. hiſtoriar. de* Pentapoli *memorans. & S. Chryſ. in Matth. hom. 21.* Dilapſis cœlô Fulminibus exuſti ſunt (*in fine*) (qq) *Vide librum Deuteronomii, cap. 29. verſ. 23.* (rr) *Felix Fabri, in Itinerario.* (ſſ) *Scilicet anno 1575.* (tt) *Lucæ 17. verſ. 37.* (uu) *Threnorum cap. 4. v. 6.* (vv vv) *Lucæ 17. v. 29.* (xx) *Epiſtolæ Catholicæ verſu. 7.* (yy) *S. Paul. ad Romanos cap. 1. v. 26.* (zz) *Frater Brocardus, (qui inſpexit Lacũ illum, anno 1283.) in Itinerario ſuo. Joannes autem, Comes Solmenſis, ponit* latitudinem *vallis (quæ nunc Mari-mortuo impleta tota*

Digitized by Google

tota eſt) quinque, aut ſex milliariûm, fol. 70. pag. 2. Leſſius verò, lib. 1. de Provid. Ratione 14. num. 155. Mare mortuum, *Longum eſſe, dicit, 72. milliaria; Latum autem, tredecim.*

(Aaa) *Cornel. Tacitus l. 5. hiſtoriar.* (bbb) *Comes Solmenſis, & Felix Fabri, in ſuis uterq; Hodæporicis, anni 1583 & 84.* (ccc) *Adrichomius, in Juda. n. 186.* (ddd) *Strabo, libro* Geographiæ œcumenicæ *XVI.* (eee) *Apocalypſ. 19. cap. verſ. 3.* (fff) *Felix Fabri; in ſuo Itinerario, ponit verba Germanica,* **das Bodenloſe/ Todte/ Meer.** *De* Notis *verò* Exſcidii Pentapolitani, *adhuc Superſtitibus; vide Ludovicum Roman. Navigation. lib. 1. cap. 10. & Adrichomium, in Juda. Quibus apponi poterat, & aquarum circumquaque Inopia; mirandáque Siccitas: Jordanes item fluvius; quem, nonnulli tradunt, refugere Mortui-maris ingreſſum: priúsque, quàm influxurus ſit, hiante terrâ ſorberi. Sed negant, tum Scriptores vetuſtioris fidei, tum accolæ Saraceni, & Arabes: qui amnem hunc, per medium incedere Lacûs Aſphaltici, pro explorato, referunt; tandem tamen, ad eam ſtagni oram, quæ* Mortui-Maris Lingua *dicitur, terram ſubire. Quod nos credere facilè poſſumus: qui, tum amnes alios, ire per media Stagna; tum Rhenum pe-*

 netrare

netrare per Lacum Bodanicum, ſeu, Acronianum, ad Conſtantiam urbem, quotidie, noſtratibus in terris, videre poſſumus: *clariſſimo*, ſtantium *aquarum lacuſtrium*, *ac fluminearum* currentium, *diſcrimine*. (ggg) *Pſalm. 35. verſ. 7.* (hhh) *S. Paulus, ad Roman. 11. verſ. 33.*

RUINA IX.

Quæ fuit,

PHARAONIS CENCHRIS.

BREVIARIUM CAPITUM.

I. *Regum Aſſyriorum, à Ninya, uſque ad Sparétum, ſucceſſio, ac ſeries, enumeratur*: *ſub quo Sparéto, Pharaonis Ruina accidit. Subjungitur, Patriarcharum, Abrahami, Loti, Iſaaci, Jacobi, progenies*; *& Joſephi, in Ægyptum abducti, per compendium, hiſtoria. Ejus in patrē, pietas*; *in fratres, humanitas*; *in Ægypti regno ordinando, ſolertia*; *in Iſraëlitis, Geſſéna regiunculâ continendis, cæleſtis prudentia.*

II. *Rex Ægypti, ſub quo primùm florere Joſephus cæpit, & Iſraëlitæ regionem Geſſénam incolere*;

colere; Chebros *nomine: ſucceſſores aliquot habuit; qui*, Pharaones, *ut & cæteri, poſt eos, cognominati ſunt. Iſraëlitæ valde ſtirpem ſuam augent: & gratiâ diu florent, uſque ad regnum Pharaonis Amenophthis.*

III. *Amenophthes iſte, primus, inter Ægypti reges, hoſtis Iſraëlitarum: prætextu ſpecioſo, tum ſuos incitat in illos; tum ipſe, per ſe, diris, ac callidè tyrannicis edictis, eos exagitat. Maſculos interfici jubet, ab ipſo ſtatim ortu. Adultis, urbes ædificandas, injungit. Ei mortuo, ſuccedunt alii; vario, in Hebræos, animo: ſed nemo crudeliore, quàm* Cenchres. *De* Oro *rege, fabella Hebræorum, inſpergitur. Oppreſſionis* Hebraicæ, *Deus finem, & oppreſſorem, quærit*, hominem Hebræum.

IV. *Hic fuit*, Moſes: *cujus parentes, ſtirps, natales, expoſitio, inventio, educatio, diſciplina, profectúsque in omni ſcientia, & magiſtri, memorantur. Adultus, negat, ſe filium eſſe filiæ Pharaonis: ac regio generi, præfert Hebræum; crudelitati regum, ſuæ gentis tutelam. Ob id inviſus Ægyptiis, &, ob homicidium, etiam Regis in odio: fugit in Madianitidem. ubi maritus, pater, & paſtor, fit.*

V. *Moſes, ad pedem montis Horebi, gregem paſcit. Horébi, Sinæq́; montium, quod, & quale, ſit*

Ruina Pharaonis Cenchris.

Digitized by Google

ſit diſcrimen; explicatur: & , quomodo veriſſimè dicatur, Lex Decalogi, in monte Sinai, data. *De tubo ardente. Déque Angelo; qui, Dei vice, Moſen, multis tergiverſantem, ire jubet in Ægyptum; ad ſolvendam populi ſui diram ſervitutem: repræſentatis intereadum quibusdam, in conſpectu Moſis, prodigiis; in pignus futuræ Legationis, bene ſucceſſuræ.*

VI. *Perſuaſus, vix tandem, Moſes; ab Horebo monte, redit in Madianitidem: & indè, cum uxore liberíſque, Ægyptum petere inſtituit. Occurſu Aaronis fratris, & oratione, inductus; uxorem, ac liberos, remittit: cum fratre ſolus in Ægyptum tendit.*

VII. *Aaron, pro ſe Moséq; verba faciens; convocatis Hebræorum primis, Dei legationem exponit. Dicta fratris, Moſes prodigiis confirmat. Deinde* Pharaonem-Cenchren *adeunt. Dei mandata, de populo dimittendo, expromunt: ſed à Pharaone, Numinis veri contemptore, peracriter increpantur.*

XIII. Pharaonis-Cenchris, *ad Præfectos operum Ægyptios, adversùs Hebræam gentem, Oratio, verè Tyrannica: qua Iſraëlitas, contendit, laterum quotidiano penſo, & palearum interim collectione, nolentes volentes, frangendos, & opprimendos eſſe: ſi Præfecti ipſi pœnas*

evi-

Ruina Pharaonis Cenchris.

Digitized by Google

evitare velint, à rege ſibi infligendas. Denique, Intolerabilia humanis humeris imponit.

IX. *Exagitatur Pharao, Stipularum, & palearum, collectionem urgens: cùm interim opera majora negligere ſubditi cogerentur. Invectiva eſt, per Digreſſionem, in eos omnes; qui minutiſſima exigunt ab aliis, unà cum maximis; ipſi interim, nec memores humanitatis, nec officii ſui potioris; &, propter intolerabilem rigorem, nemini non inviſi.*

X. *Moſes, & Aaron, ad* Pharaonem-Cenchren *redeunt. Prodigia, coram eo, varia, & plagas Ægypti, proferunt. In his, etiam Sciniphes: quod animalculum deſcribitur. Quædam prodigiorum Moſis, imitari videntur, & Magi Ægyptii. In nonnullis autem, ſuccumbunt. Pharaonis interim mirabilis eſt duritia, obſtinatio, & inconſtantia; quæ fovetur, à duobus maximè præſtigiatoribus Ægyptiis, Janne, & Mambre. Horum Sepulcrum deſcribitur: ſpectrîs inſeſſum, & formidabile; ſed, curioſum.*

XI. *Deus, adversùs Pharaonis contumaciam ultimâ plagâ pugnaturus; Hebræis, per Moſen, imperat Ægypti ſpoliationem, & Agni victimam: atq;, ut ipſius cruore ſuperliminaria domuum ſuarum reſpergerent, & utrumq; Poſtem. Qui-*

Digitized by Google

Quibus perfectîs; Angelus Exterminator, *noctis mediô, cuncta totius Ægypti primogenita trucidat. Pharao, & Ægyptii, malô adacti, rogant Hebræos, & cogunt, exire. Hi migrantes, ſecum, unà cum viatico, & ſarcinis, etiam Joſephi oſſa efferunt.*

XII. *Hebræi proficiſcuntur. Eorum ingens numerus: & gaudiũ multiplex, in egreſſu. dux viæ,* Columna nubis. *Iter eorum, non rectà in Chanaanitidem, ſed per ambages. Socóthi, & Ethæ, manſiones. Explorantur eorum itinera, à ſpeculatoribus Ægyptiis: & incitatur ab iisdem Pharao, ad Iſraëlitas retrahendos, in Ægyptum.*

XIII. Pharaonis-Cenchris *inconſtantia, in rectè decretis: & ejusdem Oratio furioſa, qua ſe, ſuósque, in perniciem ſuam, exſtimulat; ad Iſraëlitas inſectandos. Educit ex Ægypto currus, equites, ac pedites, ingenti numero. In via, novis ab exploratoribus, inſtigatur: & multò ampliùs, ab ipsómet Iſraëlitico populo; qui fugæ ſpeciem præ ſe ferebat, itineris mirando flexu: quo* Rubri Maris *littoribus abſconſurus ſe videbatur. Loca illa Geographicè, breviterq́; deſcribuntur.*

XIV. *Pharao, ſexto, quàm ex Ægypto migrâſſent, die, Hebræos, in anguſtiis littorum* maris-Rubri, *nactus: certam ſibi victoriam pollicetur.*

Ruina Pharaonis Cenchris.

Digitized by Google

cetur. Ejus conſpectîs caſtris, Iſraëlitæ pavent; ínque Moſen querelas jaciunt, & amara convicia. Hic eos ſolatur; Deóque niti jubet. Cujus (Dei) obiter, in exercendis ſuis, ſublevandíſq;, conſuetudo tangitur; ac veneranda proponitur. Interim Angelus, in Columna nubis, *Iſraëlitarum, & Ægyptiorum, caſtris ſe medium interponit; illos illuſtrans, hós terrens. Moſes, extenſâ ſuper ſinum Arabicum manu, viam aperit Hebræis, inter medios* Rubri-maris *fluctus. Populus tranſit; ſed, non ſine multorum grandi trepidatione: præſertim, cùm ad maris medium eſſet ventum; & Pharao quoque ſequi cœpiſſet. Hujus, ſequendi conſilium, irridetur. Hebræorum fugientium, & Ægyptiorum inſequentium, accurata* hypotypóſis. *Afflictis Iſraëlitarum rebus, tandem Angelus ſuccurrit.*

XV. *Is, in hoſtes fulminator; in Hebræos, muri loco; multîs modis Ægyptios proturbat, exanimat, collidit, diſpergit; & in fugam, ſed irritam, cum ipſo denique Pharaone, vertit. Operiuntur omnes,* Rubri-maris *fluctibus; in locum ſuum reverſîs. Cadaverum ejectorum ſpolia Hebræi legunt:* Moſes, *&* Maria, *pſallunt:* Pharaoni-Cenchri, *Leſſus, & epitaphium, apponuntur.*

RUI-

Ruina Pharaonis Cenchris.

Digitized by Google

RUINA
PHARAONIS CENCHRIS.

(I.)

(*A*)

INcidit Pentapoleos exſcidium, in annum undecimum *Arii*, regis *Aſſyriorum*, à Belo quarti; qui Ninyæ ſucceſſit. Hunc *Arîum*, Arálius excepit: Arálium, Xerxes Aſſyrius, qui *Balæus* quoque dictus eſt: Balæum Armamithres; Armamithrem, Belóchus Priſcus; Belóchum, Balæus ſecundus. Huic, Altádas eſt ſubrogatus; Altádæ, Mamythus: ſub cujus imperio, (quod annorum triginta fuit) *Jobus*, originis Idumææ, Rex Auſitidis regionis, vixit; ac cum *Sathana*, Patientiæ duellô, conflixit. Mamythum porrò, ſecutus, in Orientis Imperio, Machalæus eſt: Machalæum, Sphærus: Sphærum, Mámylus: & Mámylum, Sparétus: Sparétum, Aſcatádes; cujus Imperii *nono* ſub anno, *Pharaonis* contigit, Ægyptiorum Regis, notiſſimus, in Arabici ſinu maris, *Interitus*. Ad hujus autem expoſi-

poſitionem priusquam accedamus; paullò res ex altiore repetenda principiô nobis erit: narrationis compendiô, quàm fieri poterit, ſubſtrictiſſimo.

Deletîs igitur Sodomis: *Lotus*, quem indè fuga, cœleſtiúmque monita, ſubtraxerunt; in montibus Engaddæis, per temulentiam, ac penitùs ignarus, ex altera filiarum, *Moabum*, ex altera creat *Ammónem*: duarum gentium *profanarum* patres, atq; principes. *Abrahamus* autem, anno vertente, præter *Iſmaëlem*, ex ancilla jam antè ſuſceptum; è Saræ ſuæ, ſterili cæteroquin, torô, beneficiô Numinis extraordinariô, tollit *Iſaacum*: Iſaacus, è Rebecca, Meſopotamicâ muliere, gemellos, *Eſavum*, & *Jacobum*. Priori, nomen *Edómo* quoque, *rubræ pultis ab eſu*, factum: poſteriori verò, quòd in *lucta* quadam antelucanâ *præpotuiſſet* Angelo, Dei vices ſuſtinenti; cognomen *Iſraëli* fuit inditum. Duorum porrò fratrum *alter*, cum poſteritate ſuâ, terram inſedit, quam ab *Edómo*, patre gentis, *Idumæam*, unius litteræ mutatione, nuncupârunt. At *alter*, furias minantis ſibi germani veritus, cùm in Meſopotamiam profugus abiiſſet; avunculi *Labáni* ductis in matrimonium filiabus, Liâ, Racheléque; prætereáque, more gentis, utriusque conjugum ancillîs, Balâ Zelpháque;

Ruina Pharaonis Cenchris.

pháque; proceſſu temporis, prolem multam ex iis ſuſtulit; mares duodecim, filiámque Dinam. Poſtremus filiorum, & ille quidem è Rachéle, *Beniaminus* fuit, in lucem editus occubitu matris, eo tempore: quo *Jacòbus*, è Meſopotamia redux, cum omni familia, Palæſtinam repetiit; eáque jam pæne peragratâ, propiùs urbem eſſe cœpit, quæ tunc Ephráta, poſteà *Bethlehemum*, eſt dicta. Cæterùm eodem ferè tempore, quin, & anno, cùm ſedem, aliquantò ſtabiliorem, in Chanaanitide regione defixiſſet Jacobus; ac circùm Hebronem, in valle Mambræa, moraretur: filiorum illius, ut pulcherrimus, itá ſanctiſſimus, Joſephus, Rachéle natus, à fratribus cæteris, inter paſcua, per invidiam, & odium innocentiæ, crudeliter oppreſſus; Iſmaëlitis inſtitoribus, illàc fortuitò prætermeantibus, venditur: & ab his in Ægyptum abducitur; cùm ætatis ageret annum ſeptimum, ſupra decimum. Illic iterum, Putiphari cuidam, venditus, ſupremo militiæ præfecto; pro mancipio ſervit, quem liberum pater genuerat: & quem ille, fratrum conſpirante mendacio deceptus, flebat, tanquam à ſylveſtri beſtia laniatum. Sed Joſepho tamen interim, ob virtutes, ac Numinis aſſiſtentem opem, *clemens* fuit, ac tantùm non *dominica*, *ſer-*

Ruina Pharaonis Cenchris.

ſervitus. Fuiſſet eádem & *felix*; niſi, præſtantis formæ bonô, parùm fauſto, pudiciſſimus Juvenis, in oculos Dominæ deſcendiſſet profundiùs, quàm ipſe voluiſſet. Hujus ille, ſollicitationibus primùm Venereis; deinde (cùm eam repulsâ caſtiſſimâ rejeciſſet) calumniîs, impetitus: in iram herilem, carcerémque regium, inſons detruditur; annos natus ſeptem, ac viginti. Triennio lapſo, cùm Ægyptio regi, perplexum, de ſeptenis bobus pinguibus, ac macilentis, totidémque ſpicis opulentis & exeſis, perſpicuâ dexteritate, ſomnium enodâſſet: de ſervitio translatus in libertatem, déque carcere productus in palatium; *Ægypti Prorex* renuntiatur. Ejus dictatis, conſiliisque, quidquid ſeptenniô primô *fertilitatis* enaſcitur, in horrea congeritur, & in *pyramidum* illa ſpatioſa *granaria*; famis ſubſecuturæ provido remedio præparata. Succeſſit *ſeptennium* alterum, *Sterilitatis*: quo, neque cœlô terras, neque Nilô campos, influente; paſſim omni, non Ægypto tantùm, ſed Arabiâ, Palæſtinâ, Syriáque, laboratum eſt. Tunc, apertîs, in tempore, frumentariis cellis, frugibúſque divenditis; per compendia, fiſcus regius in immenſum auctus: Ægyptus, argento, pecore, libertate, fuit exhauſta; volens tamen, ac lubens, &, ob id, *In-*

Ruina Pharaonis Cenchris.

juriarum actionẽ in nullo foro repertura. Subegit autem, eodem tempore, famis illa publica, ferreáque, neceſſitas, etiam *Jacobum*, in Chanaanitide ſedentem: ut, ad ſe, ſuorúmque familias, alendas, ſemel iterúmque filios ſuos ablegaret in Ægyptum; ad annonam commercandam. Quâ coëmptionis occaſione, *Joſephus* (cujus in urbem & ædes frumentatores illi venerant) prior ipſe fratres agnovit: póſtque multiplices diſſimulationis ambages, tandem & agnoſcendum ſe præbuit; injuriæque, quam ab eis olim acceperat, memoriâ penitùs in benevolentiam conversâ, nihil tale meritos, perliberaliter habuit: &, alimentîs, pecuniáque gravatis eorum jumentîs, domum lætos remiſit. Nec eo contentus fraternæ mentis officio; ſubmiſsîs ex Ægypto curribus, & patrem ad ſe, juſſit, & omnem filiorum ejus nepotúmque ſobolem, deportari: ne, cùm *quinquennium* adhuc ſterilitatis famelicæ reſtaret, identidem longiùs moleſtiúsque petendus victus eſſet. Nec cunctatus *pater* eſt: cui perſuaſum ægrè tandem fuit; ſupervivere filium, quem, in ſylvis jam olim extinctum, ipſe crediderat, ac deploràrat. Is igitur in Ægyptum, utì juſſus fuerat, demigravit; cum omni domeſticarum rerum ſupellectili, familiæque capitibus *ſeptuaginta*.

Tot enim jam tum, & quos ipſe genuerat, & quos filii duodecim, numerabantur; *Iſraëlitarum* vulgò nomine celebrati. Venientes, lætus excepit *Joſephus*; ac præcipuè, *Patrem*. Cujus in occurſum, juncto curru, progreſſus, in regionem *Geſſénam* (nam ibi ſubſtiterant advenæ) mutuo ſtringens eum amplexu, dulces inter lacrymas; auctor illi, fratribúsque, fuit: ut, quoniam *paſtoritiæ* ſtuderent, in ea potiſſimùm Ægypti parte ſedes ſibi deligerent; quòd locus eſſet herbidus, frugum ferax, & præ cæteris paſcuus. Eſt autem *Geſſéna* terra, Memphin inter, & Caſiótida regionem, medio ſitu; dextro Nili latere, ſe porrigens ab Aquilonibus, ad Auſtrum, è regione Taneos urbis: cui, Solem Orientem versùs, ad oram deſerti Pharanici, montiúmq; Suriorum, opponitur. Et iſta quidem ad ſuos oratio *Joſephi* fuit; paſcuæ terræ ſuaſoriam præ ſe ferens. Sed profectò longè ſpectabat altiùs viri ſanctiſſimi conſilium: qui nolebat, *Iſraëlitas*, in regni viſcera receptos, Ægyptiorum profanis ſacris, ac Deorum multitudine, quondam infici. Cupiebat potiùs; in Ægypti ſepoſito tractu, ſolos, ac nullâ gentium alienarum mixtione contaminatos, concordi Republicâ, terram, ſacra, Deum, ac pacem, colere, neque permiſtos Ægyptiis, rerum novan-

Ruina Pharaonis Cenchris.

Digitized by Google

darum eis aliquando ſuſpiciones excitare. Paucis igitur verbis, multa vidit; ac ſuaſit, in longinquitatem (*b*). Idem autem conſilium etiam Rege poſtmodum adprobante; regionem *Geſsénam* Iſraëlitæ, quam hoſpitiô primùm tenuerunt, æternâ poſtea, legitimáque, poſſeſſione retinuerunt.

II. Tenebat eâ tempeſtate regnum Ægypti, *Chebros*; ſiqua fides Africano, veteri temporum ordinatori: qui, *Manéthonis* ſecutus auctoritatem, Ægyptiorum regum, *Dynaſtiæ*, quam vocant, *Dioſpolitanæ*, ſeriem contexuit. Is primum ponit Amóſum; quem Amaſim nonnemo recentiorum (*c*), conjecturâ probabili, facit. Amoſo, ſucceſſorẽ dat Chebron: & huic Amenophthim primum: iſti dein Amerſin; Amerſi, Misphrin: Miſphri verò, Miſphragmutóſin; Misphragmutóſi, Tuthmóſin. Ad hunc uſq;, regnatum annis eſt, centũ, triginta, duobus: Omnéſq;, ſicut & poſteri reges, præter nomina, quibus appellabantur, cognomen habere *Pharaonum* cœpêre; ſimulac gubernacula ſuſcepiſſent. Eam vocem interpretati nonnulli ſunt (*d*), REGEM. Aliis placuit; à *Pharo*, vel *ſpeculâ*, vel *inſulâ*, deductum fuiſſe; cujus in vicinia poſtea Rex Macedonum, Alexander, ſui nominis urbẽ exſtruxit. Sed mihi conjectura poſterior, ne dicam, ridicula; mi-

Ruina Pharaonis Cenchris.

la; minùs certè veriſimilis ſemper eſt viſa: *Pha-rique*, tum turris, tum appellatio, *Pharaonibus* multò recentior, exiſtimata. Cæterùm *Iſraëlitæ*, poſtquam in *Geßénam* è Palæſtina deſcendere cœperunt; annorum centum, ac decem, intervallo, fœcunditate matrum, in immenſum excreſcentes; benevolis ſemper uſi regibus ſunt: *Joſephi* meritorum, in Ægyptum, gratâ memoriâ. *Joſephus* hic, annô proregiæ dignitatis, octogeſimo; vitæ verò, centeſimo decimo, mortalitatem expleverat: datîs, inter ſuprema, mandatis; ut, quandocunq; repetituri Palæſtinam eſſent *Iſraëlitæ*, ſecum *oſſa* quoq; ſua reportarent. Incidit illius mors, in annum mundi bis milleſimum, trecenteſimum, nonageſimum nonum; Ægyptiacæ verò coloniæ gentis Hebrææ, primum, ſupra ſeptuageſimum. Poſt cujus deceſſum (benignis, adhuc, Miſphragmutóſi, Thutmosíque, regibus, ac, Joſephi piâ recordatione, poſteritati fratrum ejus indulgentibus) in imperium ſucceſſit *Amenophthes-Secundus*; aſper exteris, & Hebraicæ nationis (incertum, quibus de cauſſis) oſor. Hunc quiſpiam, haud temerè fortaſſe, Dis Ægyptiacis, quàm ſuperiores reges, addictiorem fuiſſe, conjecturam faciat: & ideo, gentis illius, quæ Numinum multitudinem exſecrabatur, inimiciorem.

Ruina Pharaonis Cenchris.

III. Sed, utcunque ſe cauſſæ regiæ mentis, ab Hebræis alienioris, habuerint: *Amenophthes* eos, omnium primus, eſt acriter inſectatus. *Prætexebatur odio*, ſpecioſâ vulgò formidine, *gentis exteræ nimiùm excreſcens*, *& Ægyptiis aliquando gravis futura, multitudo: quandocunque jungeretur (ut jungi facilè poſſet) infuſuris ſeſe copiis inimicis. Et quàm proclive fore; ſiquando, vel Perſa, vel Aſſyrius, Ægyptum incurſarent, eos, hoſti non modò Geſſénum omnem tractum (regni prima clauſtra) patefacere: ſed inſuper, acceſſu maſculæ ſuæ pubis omnis, animos ac robur adjicere? Sic ab ſuiſmet alumnis, quos in viſcera ſua quondam precariò recepiſſent, altricem eorum terram oppreſſum iri. Quin igitur tantis malis remedia tempeſtivè præpararent indigenæ? premerént que recutitam nationem; priusquam ab ea premerentur ipſi? Nec arduum id populo, nec invidioſum Regi, futurum; utpote, cujus culmini, quidquid libitum ſit, etiam liceat. Vrgendos eſſe tributîs Hebræos; exuendos libertate; fatigandos laboribus; atterendos ædificationibus; &, ſiquid ceſsârint, etiam flagris. Ità, dolorum ſaturos, voluptatis immemores, minorem liberis, aut operam daturos, aut numerum*. In hunc modum inſtigatis ſuis, *Amenophthes*; per *quæſtores ſuos*, gen-

Ruina Pharaonis Cenchris.

gentem Hebræam pecuniis primùm exſugit. deinde, mutuum ſumere coactos, nec tamen ſolvendo pares, per *creditores*, in nexum, ac nervum, & ſervitutem, trahit. Per operum quoque locatores, mercede juſtâ defraudantes, ad acerbitatem, ac laboris detrectationem, eos perducit. Detrectantes denique, nihiloſecius ad opera, per operum exactores, ac præfectos, adigit: ut, lutô ſubigendô, látere coquendo, ſaxis cædendis, calce miſcendâ, convectando ſabulo, corradendis arenis, egerendo limo, glebis effodiendis, diſtinerentur: &, quidquid in omni regno ſordidi negotii, vel deſpecti miniſterii, reperiri poſſet, aut excogitari; manibus id *Iſraëliticis* univerſim tractaretur. Id, ni facerent, tergo luerent. Additum his, crudelius Imperium; *obſtetricibus* duabus *Geſſénis* datum, & è regia per ſatellites transmiſſum; ut Hebræos maſculos omnes, ſimulac editi forent, eliſis faucibus offocarent. Deinde, cùm barbariem illam obſtetrices, piis fraudibus, eluſiſſent: ipſis mandari parentibus cœptum eſt, inauditâ legis immanitate; *Parvulos ut mares, ſtatim ab ortu, Nilo demergerent: fæmellas, Ægyptiorum famulitio, libidiniq́; reſervarent. Qui ſecus feciſſent, capite parentes luerent.* Cùm autem, ne ſic quidem Hebræa virilitas imminueretur; & verò,

verò, magis magíſque, quotidianis enixibus, ac parentum pio furto, mares propagarentur: ad veteres ſuas artes Amenophthes reverſus; ſtructurarum & ædificiorum omne genus commentus eſt. Neque contentus; ab Iſraëlitis, ingenti molimine, duas urbes, *Phitonem*, ac *Rameſſen*, eductas eſſe, (theſaurorum cuſtodias,) in aliis inſuper inſtaurandis, permuniendis, obvallandis caſtellis, urbibúſque, miſeros delaſſavit: & omni genere diræ tyrannidis exercuit. Donec, uno trigintáque regiminis expletis annis, infelicem animam Tartaro, viciſſim torquendam, transmiſit. Eum ſecutus in regno, non etiam crudelitate, rex *Orus*; edictum quidem, *de maſculis Hebræorum mergendis*, edictô clementiore, ſuſtulit (*e*): operum autem cæterorum vacationem, in ſolidum, non indulſit. Is, annos octo, ſupra triginta, cùm in imperio decurriſſet: vitam neceſſitati fatorum; regnum autem Acenchri, vel *filiæ* reliquit ſuæ, quod Joſephus credidit, (*f*) vel *filio*, quod aliis eſt viſum. *Oro* porrò mortuo *funebrem laudationem* (ſi Superis placet!) hanc Judæi declamant; *Primum eum extitiſſe mortalium, quem Elephantiaſis mori coëgerit. Cauſſam verò morbi tam tetri, produnt, fuiſſe, mutatam in rigorem clementiam, ante vitæ finem: quo tempore legem tule-*

Ruina Pharaonis Cenchris.

tulerit, ne laneis unquam indumentis Hebræi, ſed lineis duntaxat, uterentur. Sic enim ab Ægyptiis minùs operosè diſtinctum iri gentem exteram; promiſcuè cæteroquin cum indigenis agentem. (*g*) Quæ, ſi verè jactantur: uti tunc improbanda fuerant (ex odio quippe profecta, populi, Deo dilecti) ſic optanda nunc eſſent, in gente, quam Deus & homines exſecrantur, ex merito: ne, ſimilitudine veſtium inter *Chriſtianos*, faciliùs imprudentibus imponant Judæi. *Neceſſarium* enim *certè, malorum eſt, à bonis, diſcrimen: & impoſtorum, à ſynceris, ſegregatio*; niſi ſalva nolit eſſe, ſacra, profanáque, Reſpublica. Cæterùm, cùm neque ſub *Acenchri*, cujus duodecim annis viguit imperium; neque ſub ſucceſſore regis Acenchris, Achoro (qui regnum novenne tenuit) res Hebræorum tranquilliores procederent: ſub *Cenchre Pharaone*, præcedentium regum omnium deterrimo, penitùs in præceps abire ſunt orſæ. *Cenchres* enim, Achoro ſubrogatus, eousque progreſſus erat immanitatis; ut *Iſraëlitæ*, qui ſub Jugo tyrannidis hucusque regum aliquot *ſervierant*; ſub iſto potiſſimùm *gemuiſſe*, tanquam *in fornace ferreâ*, perhibeantur. (*h*). Quorum intolerabili proinde malô permotus. Deus, *Cenchris* regni decimo ſexto, mundi verò

 con-

Ruina Pharaonis Cenchris.

conditi quadrageſimo tertio, ſupra bis milleſimum, quingenteſimum, annô; virum quæſivit, qui miſeros è ſervitute, veterem in libertatem; &, Ægyptiis ex ærumnis, educeret, in Palæſtinæ lætiora loca. Quæſitum, invénit, inter *Arabiæ Deſertæ* montes. Hic, *Moſes* erat; vir, monimentis quidem librorum ingentibus memorandus: ſed nobis, aliud ſcribendi propoſitum ſecutis, in compendium redigendus.

IV. Hunc Amrámus, Leviticæ vir ſtirpis, in Ægypto genuerat, ex Jochabétha conjuge, cognationis ejusdem fœminâ: poſt *Mariam* ſororem, ſeptennio minimùm, octennióve; póſtque germanum ejus, Aaronem, quadriennio, majores. Id acciderat, *Amenophthis* (*i*) anno regni viceſimo ſeptimo: quo tempore vel maximè demerſionibus ſæviebatur, in Hebræorum, recèns editos, infantes. *Moſen*, tunc adhuc nominis (ſaltem hujus) expertem, parentes, ob oris venuſtatem; curâ ſagaci texerunt: ne rumor nati, neu vagitus flentis, ad cujusquam aures, exirent. Trimeſtres hæ latebræ fuerunt; ſed parentibus, ſi diuturniores fierent, periculum capitis creaturæ: quippe, vagientis voce, cum viribus ſimùl infantis, invaleſcente. Quare corbulâ, de ſcirpis contextâ, clauſum, rimis, adversùs influxum aquæ, diligenter omnibus

(*i*) Ruina Pharaonis Cenchris.

bus bituminatis, picatíſque; demittunt in Nili, quà tenuiſſimus tunc amnis ripam lambebat, vadum. Quo loco quoniam carectum natura fecerat; ob fluminei graminis altitudinem, ac denſitatem, latebris idoneum: illic infantulum parens mœſta deſtituit, ac diſcedit; datîs tamen filiæ puellæ mandatis: utì, quid illo tandem futurum eſſet, velut aliud agens, eminus exploraret. Fortè ſic res, immò cœleſte conſilium, tulit: ut eodem illo, quo Puer expoſitus erat, die, *Thermútis*, Amenophthe rege nata, Chénephri verò, Mempheos regi, quondam nupta, (*k*) ſed, ſine prolis ſucceſſione, ſecundùm flumen deſcenderet: meridiani temporis immodicum calorem gelidæ lavacrô temperatura. Vero ſimile quippe ſit; Nymphæum illi, frigidæ lymphæ receptaculum, ad Nili fuiſſe ripam: ſub cujus tecto, parietibus circummunita, quoties collibuiſſet, ſecretò lavaretur. Igitur illa, dum per fluminis marginem, comitantibus puellis, incedit: in papyriónem, & hærentem carici fiſcellam, incidit: eámque, per famulæ manus eductam, cùm aperuiſſet, vagientem in illa puerum, formâ conſpicuum, invénit, &, ex abſectâ pellicula, ſtatim, *Hebræum* eſſe, collegit. Partim autem miſericordiâ ſtimulante, quam infantis decoræ lacrymæ provocabant;

Ruina Pharaonis Cenchris.

bant; partim, quòd, liberis ipſa, magnas inter opes, carens, *ex adoptione* ſaltem, *ſterilitatis ſolatium* quæreret; tolli parvulum juſſit; ac nutriri. Puellæ ſororis, accurrentis, & operam ſuam in adducenda nutrice pollicentis, ſedulitate factum eſt: ut eum alia non lactaret, quàm eadem illa, quæ pepererat. Hæc, à lacte tandem depulſum, Thermúti reddidit: quæ, *Moyſis* ei nomine (propterea, quòd *ab undis EXTRACTVS* eſſet) hauſtô, filium adoptavit. Septimum dein ætatis annum ingreſſum, ſuperinductis inſtructoribus, Ægyptiorum omni litteraturâ curavit imbuendum: &, inter aulæ regiæ ſtrepitus inconcuſſum, vacare *coëgit* liberalibus diſciplinis. Tametſi: *cogendus non erat, qui, quod rectum honeſtúmque ſentiret eſſe, ſuâ ſponte celeriter hauriret*; indolis & ingenii mirificâ bonitate. Quâ factum, ut non *Hieroglyphicam* modò, *ſcientiam*, *Ægypto domeſticam*, ac diſciplinas Mathematicas; ſed *Philoſophiæ* quoque, *de Virtutibus*, præcepta, quin & artes militares, ac *Stratagematum* commentationes, feliciter complecteretur. Ità, non *Sapientiſſimum* duntaxat, ſed & *belli-ſcientiſſimum*, evaſiſſe, nonnulli rerum Hebraicarum ſcriptores tradidêre: Flaviúſque Joſephus, (*l*) etiam in Æthiopiam tandem duxiſſe copias, auctor eſt. Has inter

artes adultus *Moſes*, annum ætatis *quadrageſimum* cùm attigiſſet; quanquam filius hucusque Thermutidis reginæ, tum dictus, tum habitus: eam generis fucati pompam, inſtinctu Numinis, aſpernatus ultrò; repudiare cœpit illas, quibus in regni ſucceſſioné deſtinabatur, Spes: & Hebræo ſe populo palàm addictiorem ferre, quàm Ægyptiis, ejus oppreſſoribus. Cùm enim (utì meritò tradunt, ac credunt, eruditiores) inter doctores litterarum; *Moſes*, etiam patrem *Amrâmum* habuiſſet, Hebraicæ Chaldææque linguæ magiſtrum; prorſus, ſicut matrem infans habuerat altricem: ab eo, tum genus ac parentes, tum veri Dei cultum, edoctus, didicerat; oraculo Numinis ſe deſignatum eſſe, qui gentem *Iſraëlitarum* aliquando, priſcam in libertatem, & in ipſam adeò Palæſtinam, reduceret. Ea præſagia cùm in animum Juvenis profundè deſcendiſſent; ac, Deo mentem pervellente, quotidie validiùs eum inflammarent; primùm quidem *Ægyptiis Sacrificulis*, ipſum in Hebræos incitantibus, diſertè negavit; vel filium eſſe ſe Thermutidis, vel regum Ægyptiorum immanitatis, in Hebræos, participem: ſed ſucceſſioni potiùs omni, quin & aulæ, regiæ, nuntium remiſſurum; priùs, quàm innoxiorum vexationi manum, operámque, commodaret.

Ruina Pharaonis Cenchris.

daret. Neque contentus verborum libertate: rebus etiam ipſis patefacere deinceps liquidiùs cœpit; Hebræi ſe ſanguinis, non Ægyptii, ſtirpem eſſe: quósque, tectiùs aliquantò, conſuêrat, ad id temporis, inviſere; palàm poſtea, multísq; teſtibus, *Iſraëlitarum* cœtus frequentavit. Id argumentum fuit, & Deos Ægyptios, ac regum crudelitatem, propalam damnantis: &, *idololatrarum* profana commercia piis eſſe fugienda, declarantis. Eo nomine, Regis in odium, (qui tunc *Orus* adhuc erat, triceſimum quintum jam annum agens in gubernaculis) Moſes incidit; ſacerdotum Ægyptiorum delatione, criminationibúſque, labefactatus. Id odium excrevit, quòd *Moſes* & crebras jáceret commiſerantis voces; &, gentis ſuæ vexationem improbantes, querelas. Erupit autem in profeſſas inimicitias; poſteaquam *Moſes* etiam Ægyptium, neſcio quem, &, quamob cauſſam, (*m*) Iſraëlitæ viri percuſſorem, jure, quod ſibi (ceu Judici futuro gentis) tacitè Deus in manum dederat, trucidavit: ac trucidatum, ſabulo tumulavit. Illo namque Rex homicidio, per Hebræum delatorem, intellectô; conſpirante cum Sacrificulis indignatione, ſupplicio, cum ſuis, addixit Moſen, illum ipſum, quem regio quondam ſolio deſtinârat. Ac *Moſes* po-

Digitized by Google

ſtridie, fortè fortunâ cognitô; cædem Ægyptii plurium ad aures emanâſſe, nec cœlatum iri Regi: collectis celeriter ſarcinis, ex Ægypto profugit, in *Madianitida* regionem, eam; quæ pars eſt Æthiopiæ citerioris, ultrà Sinum Arabicum: cujus etiam littori *Madianam* urbem adjacuiſſe, Geographorum quorundam tabulæ loquuntur. Ibi *Rągueli*, cognomento *Jethróni*, Madianiticæ gentis *Pontifici*, gratuitam, ac liberalem operam, annos *quadraginta*, locavit: ac Raguel ei viciſſim filiam collocavit, *Sephoram*; in conjugium aſſumptam. E qua filios duos Moſes ſuſtulit; gregum interim ſoceri ſui cuſtos, ac paſtor, in ſolitudine Pharánis.

V. In eo porrò negotio dum *Moſes* occupatur; die quodam, ſub veris, àc Martii menſis, initium, gregem ovium ad montis *Horebi* radicem paſcuam agenti, miranda res evénit. Eſt ille mons, Arabiæ deſertæ jugum, pars Sinæ montis, omnium excelſiſſimi, quos Pharánis illa ſolitudo, magno numero, noſtram etiam ad ætatem, erigit: ità diverſis *Horébi, Sinæq;*, verticibus; ut tamen infrà, radicum pedúmque coitu, conjungantur: ſítque mons *Horebus* alterô tanto, quàm *Sina* mons, humilior. Quin eſt, qui, teſtis oculatus, referat; geminis partibus excelſiorem eſſe *Sinæ* verticem *Horebi* cacumine.

Ruina Pharaonis Cenchris.

mine. (*n*) Nihilo ſecius tamen, utrumq; montem, ex eo, quòd eorum pedes concurrant, *Sinæ* nomen ex æquo ſortiri, conſtat: niſi, quòd duorum jugorum illud, quod ad Orientem ſurgit, *Sinæ* nuncupationem ſibi, velut jure quodam excellentiæ, vendicet; illud autem, quod ad Occaſum ſe porrigit, *Horébi* titulô diſtinguatur. Ex quibus intelligas; quæ cauſſa ſit, cur *Duarum tabularum* lex, divinitus *Moſi* commiſſa, nonnunquam in monte *Sina* feratur lata; quem eundem in locum, poſt multas deinde centurias annorum, etiam *Catharinæ Martyris* Virgineum corpus ab *Angelis* ex Ægypto translatum ſit. Cùm interim, ad liquidum rem expendentibus, clarum certúmque ſit; in *Horébi* dorſo *Decalogum* traditum; in *Sinæ* verò ſupremo capite, *Catharinæ* tumulum, ad ætatem uſque noſtram, conſpici, luſtraríque. Nam in unius Nominis ſocietatem, uterque mons venit; ut ex æquo dicatur uterque, *Sina*. ſecus autem; ſi ſubtiliùs diſtinguantur. Quæ monenda putavimus, partim, propter Geographiæ rudiores; partim, ad *Sectariorum* irridendam ſtoliditatem Eccleſiæ Romanæ precationem publicam, de *Catharinæ* reliquiis, in locum eundem, quo *lata lex* ſit, transportatîs, calumniantium. Nunc ad narrationis ſeriem revertamur.

VI. Ad

Digitized by Google

VI. Ad radices igitur *Horebi* montis paſcenti fortè fortunâ Moſi; *Michaël*, ſeu, quiſquis ille fuit, *Angelus*(o), Dei vices repræſentans, *in rubo*, flagrante quidem, nec tamen conflagrante, præſto fuit. Is, *Moſen*, inſolentis oſtenti prodigiô territum; & tamen, quídnam eſſet cauſſæ, cur rubus igne non conſumeretur, exploraturum: vetat, accedere propiùs, nomine proprio bis increpitum. Mox, reverentiæ cauſsâ, qui loco deberetur, excalceari juſſo; majeſtatem aperit Numinis illius, cujus ipſe *genius* partes obiret: ac mandata denuntiat; quibus ire, *Legati* munere, juberetur, ad Regem Ægyptium, Iſraëliticæ gentis oppreſſorem: ut, illius, ſive gratiîs, ſive (quod certiùs futurum eſſet) ingratiìs, Hebræos omnes ex Ægypto deduceret, in opulentas Palæſtinæ regiones. Extinctos eſſe reges, Amenophthin, Orum, Acenchrin, Achorin; &, quicunque quondam ei tetendiſſent inſidias, odio divini cultùs, Ægyptiorum Sacrificulos. Verùm, adverſùm id imperium, humili de ſeipſo ſenſu, nitentem *Moſen*; & excuſationibus, ſuper imperitia ſuâ, variis tergiverſantem: *Angelus* animare conatur, geminô, novóque, Prodigiô; primùm quidem, *virgæ paſtoritiæ*, quam, projici juſſam, verti vidit in colubrum, ac de colubro rurſus in virgæ naturam reverti. Deinde, manûs

Ruina Pharaonis Cenchris.

in ſinum ſuum immiſſione mandatâ: quam *Moſes* primò, *leprâ* coopertam, retraxit; alterâ verè retractione, penitùs ſibi reſtitutam, ac ſanam, recepit. His prodigiis, cùm etiam pollicitationem *Angelus* adjeciſſet, *Nili* fluminis, in *ſanguinem* olim transmutandi; ſed nihilo magìs tamen adhuc *Moſen* alacrem ad imperata reperiret, linguæ balbutiem, & oris ineptiam, cauſſantem: iratus, indignatione quadam aſcititiâ, cœleſtis *Genius*, perpulit; niſi graviorem Numinis ſeveritatem experiri vellet: ut, in manum aſſumptô *pedo* ſuo, peteret Ægyptum. Quòd tamen oris & linguæ vitium prætexeret: occurſurum ei, divinis excítum inſtinctibus, *Aaronem* fratrem, in ipſa viâ; virum, eloquentiâ ſpectatum; verborum fratris interpretem, & oratorem; totiúſque legationis fidelem collegam. *Ex illius ore, locuturum os Dei.*

VII. Tot his, ac tam gravibus, exſtimulatus hortamentis, *Moſes*, dedit tandem aliquando manus: &, in Madianitida reverſus, cum gregibus; ſocero *Jethróni* reſtituit oves: &, ab eo viciſſim ejus filiâ, conjuge ſuâ, *Sephorâ*, duobúſque filiis, repetitis; bonâ Senis veniâ, pedibus iter, Ægyptum verſùs, inſtituit: inermis cæterà, niſi, quòd in dextra *baculum*, ſibi ſuetum, imperiô Dei, geſtaret. Uxorem autem, cum liberis, impoſitam

tam aſino, poſt ſe, ductor trahebat. Erat annus, à mundo condito, bis milleſimus, quingenteſimus, quadrageſimus tertius; quo tempore, *Moſes* ætatis annum ingreſſus fuerat *octogeſimum*: trienniô, minor natu, fratre ſuo; cui nomen, utì dictum eſt, *Aaroni* fuit. Divinis hic *Aaron* monitis inſtigatus, è Geſſéna regione, properatò ſe dederat in viam; *Moſen* excepturus: quem, in itineris ipſo fervore, cùm ad *Sinæ* montis oram reperiſſet (nam Moſi Sina mons, è Madianitide revertenti, prætereundus erat) lætis eum, & amplexibus, excepit, & oſculis. Eidem ipſi cùm *diſpliceret, ad tam ardui moliminis negotium, aſſumi* comitem *uxorem*; quippe, vix credituris Hebræis, eum ſeriò ſuam ex Ægypto reductionem tractare, qui, cum conjuge, duobúſque liberis, in Ægyptum ipſe ſe conferret, ſubſeſſuro ſimilior, quàm emigraturo: perſuaſit is *Moſi*, (viro, nequaquam alioquin, vel uxorio, vel difficili) *Sephoram* ut unà cum liberis Socero remitteret. Sic enim omnem Dei legationem, & ſanctiùs atque caſtiùs, & expeditiùs à domeſticis ſarcinis, transactum iri. Non ægrè Sephora paruit, amicis, ac ſapientiâ plenis, *léviri* ſui, conſiliis: &, marito vale dicto, ſe cum natis ad patrem ſuum retulit; aliâs, cùm confecta legationis moles eſſet, ad virum reditura. (*p*) Jámque ſoli fra-

Rxina Pharaonis Conchris.

tres viæ reliquum obibant: &, quæcunque, *Sinæum* ad montem, ab *Angelo* Moſes accepiſſet, ea narrabat *Aaroni.* Quare, mutuis uterque cohortationibus animati, veniunt in *Geßénam* tandem; in qua major *Iſraëlitarum* optimatium pars erat: plebejis, ac juventute robuſtiore, per Ægyptum, operis faciendi cauſsâ, diſperſis. Ibi, duobus à fratribus, tum generis nobilitate præſtantibus, tum auctoritate ſenii, facilè coacto prócerum & ſeniorum cœtu: prior *Aaron* verba facit; *Veniſſe tempus, quo, poſt quadringentos ac triginta pollicitationis annos, Abrahamo factæ; poſt ducentos, & quindecim, ab Hebræorum in Ægyptum deſcenſu; poſt innumeras, ab impia gente, miſeris inflictas ærumnas, tandem non reſpirent modò, ſed planè reviviſcant. Hunc eſſe lætum illum, & omnibus exoptatum, diem; quo, divinis ex oraculis* (q), *diræ ſervitutis compedes ſibi detraherent: quas, tum antehac graves, tum poſtea longè moleſtiores, annis jam nonaginta tribus, ab Amenophthis usq; tyrannide cœptâ, circumtuliſſent. Eos itaq; feliciter exuerent: & in terræ melioris glebam, ínque libertatis puriorem aërem, ſeſe referrent. Nec, ad id, opus fore, ſicut aliis ſubindegentibus, armatarum manuũ ſeditiosâ conſpiratione; non, concurſu publico; non, vocibus tur-*

Ruina Pharaonis Cenchris.

turbulentis, aut multitudinis incitatæ confuſo fluctu: quódque mirandius foret, nec humanis quidem ullis opibus, aut ſocialibus auxiliis. Deum patrum ſuorum, quem coluiſſet Abrahamus, quem Iſaácus, quem Iſraël, omnia confecturum eſſe ſolum: calamitatis Hebræorum commiſeratione provocatum. Eum velle, mandaréq; primùm quidem, Cenchri regi, ne diutius attineret, addictum vero Numini, populum: populo deinde, ne porrò reſideret in terra, confictis Numinibus impuratâ; ſed, Moſe, Mosíſque fratre, ducibus, erumperent ex Ægypto demum: ac Deo-Cœli primùm omnium, in Pharanis deſerto, ſacrificium facerent: poſtea, profectionem, in amœna Palæſtinæ loca, ſuſciperent. Cæterùm, hanc Numinis eſſe ſententiam, atque mentem; ſuam autem, non niſi, Legationem. Diſcerent, ſiqui verbis minùs fidem haberent, è rebus, atque prodigiis, veritatem.

In hæc, ab *Aarone* fratre perorata, *Moſes*, ut in mandatis acceperat, & *baculum* cœpit in medium projectare; quem, in viperam verſum, altero contactu recepit ligneum: &, in ſinum immiſsâ manu, lepram contrahere; retractáque denuô, contractam luem depellere. Cœpit præterea, *Nili* præterfluentis hauſtam lymphã, in arenam effundere; quæ, repentino cruore,

Ruina Pharaonis Cenchris.

Digitized by Google

quem induerat, omne ſabulum illud infecit. Secundùm hæc, & tam facundè promiſſa verbis, & tam portentosè demonſtrata factîs; ad Oraculorum fidem, & ad obſequendi promptitudinem, adductus populus: multùm exultare cœpit, de Libertatis ſuæ viciniâ. *Moſes* autem, & *Aaron*, in regiam profecti, *Pharaonem-Cenchren* adeunt. Huic, *Dei-Iehovæ* mandata diſertis verbis exponunt: Iſraëliticum omne nomen, itinere triduano, poſcunt, in Arabiæ deſertas plagas emitti; *Deo-Cœli* victimis illic certis, ac lege præſcriptis, ſacrificaturum. *Pharao-Genchres*, ut eum ſua ſtimulabat impietas, ac veri Numinis aſpernatio, quærere cœpit; *Ecquis ille Cœli Deus, ille Jehova commentitius, eſſet? Præter Apin, Serápin, Anúbin, Iſidem, & Ægypti cætera numina, Deum alium, nec ſcire ſe; nec adeò morari.* Cùm inſtarent illi: *Deum* illum *Hebrææ gentis*, cujus nomen, per annos jam ampliùs ducentos, in Ægypto celebratum, ignorari nequeat; illum ipſum id præcipere, quod flagitarent: Pharao; *Nugas*, ait, *& ápinas fabuloſas, afferri; cùm ſacrificia loquantur, ac triduanas peregrinationes. Negotium id eſſe, vacantium otio; nimiæq; felicitatis deſidiâ laſcivientium: quã, caſtigari, neceſſe foret, & exſtirpari, laborum auctariis, & exactionum operis rigidiore ſeveritate.*

ritate. Cui non apparere; commentum id eſſe, ceſſatorũ; & ,ab omiſſis fluentibúsque manibus, ad laxamenta pedum,& ambulationũ delicias, decurrentium? præcinentibus maximè vacationũ æneatoribus duobus, Aarone, Moséq; : qui, verborum ſuorum tubîs, deſidi populo novos faſtos indicentes, ac ſacra nova; rituũ ipsâ novitate, ſuperſtitioſas radãt aures. Faceſſerent igitur; & , ad communia potiùs opera, communes manus ac pedes adjungerent: quàm ſolitudinũ frivola, ſupervacanéaq;, ſacrificia crepitarent.

VIII. In hunc modum repulſis ejectíſque, *Cenchres*, Dei Legatis: ad ſe continuò *Præfectos* operum *Ægyptios* omnes convocandos curat. Quibus collectis; *Equidẽ*, ait, *& Amenophthen ante nos id vidiſſe, certum habeo: vósq;, quotidianis idipſum experimentis doctos, agnoſcere doleréque mecum unà, credideram; Peſtẽ hanc Hebræi generis, quã Joſephus ille nobis invexit, & accreſcere propemodum in horas, & , poſt tot annos, necdum acciſam, nedum eradicatã, eſſe. Cui malo remedium ut compararemus; inter cætera, quæ quàm plurima fruſtra tentavimus, urbium illis, & caſtellorum, ac novarũ pyramidum, ædificationes injunximus. Nec ferè dies effluxit ullus, quo non recens aliquod exogitavimus, è látere coctili, molimen, aut munimentum:*

Ruina Pharaonis Cenchris.

tum: quô, ſupereffluentis prole, populi, genitalē vim, laboribus attritā, enervaremus. Eâ mente, Geſſénos inquilinos, in tribus, & curias; & has iterum, in centurias, ſemicenturias, decuriásq́; partiti: ſuis ſingulas quotidianorum operum Exactoribus oneravimus; ex Hebræo ſanguine delectis iis, quos, nobis quàm fidiſſimos fore, præ cæteris, ſperabamus. Ne verò gratiæ darent aliquid exactores; etiam iis ipſis, è genere noſtro, quales quàm maximè duros & inexorabiles repereramus, præfecimus: qui laterum *quotidianum numernm, ac pondus, ad unicam, urgerent; additis, in ceſſatores æquè diſſimulatorésq́; pœnis Et inter hæc tamen omnia, quid profecimus? Nempe,* láterem lavimus, *lacrymis pæne gemitibúsq́; noſtris: dum, quibus Jugũ nos impoſuimus, ab iis ipſi nos jugo graviore premimur; inundante magìs, ac magìs,* hoſtilì(*quid enim aliud Hebræi ſunt?) multitudine. Quæ ſanè jam eò proceſſit impudentis inſolentiæ, duces nacta novos, ac factionum capita, Moſen Aaronémq́: nobis ut aures ob tunderenon vereantur, non tam precibus, quàm imperioſis poſtulatis; Utì liceat ipſis, cum omni ſuorum ſexûs utriusq́; colluvie, deſertos in locos, ſecedere; ſacra facere; celebrare cætus, & concilia. quorſum, niſi noſtram in perniciem? Quid enim coquat, ini-*

Ruina Pharaonis Cenchris.

inimica laborum, amans otii, multitudo, procùl arbitris? niſi, capitibus eorũ, quos oderint bellum, cladem, excidium. Qui præſentes nos (& quidem Dominos) per impudentiam non reverentur; iisdẽ abſentibus, per ſervilem audaciã, quæ non mala meditabuntur? Nempe, ſacra facient: & immolabunt. ſed nos illis boves erimus, ac victimæ; niſi nunc jam acriùs adversùm eos erigamur: &, excuſsá ſtupiditate, nos reges, nos heros, nos homines, & conſiliô præditos, oſtendamus. Terrebunt, niſi terreantur: debellabúntque, niſi prædomentur. Ad quod extrema nos cogit, ac ferrea, Neceſſitas. Et quidem, Omnis, in ſubjectos, Clementia, demens eſt: ſed, in ſuſpectos, omnino vecors, ac fatua. Crudelitas, in tales; prima Miſericordiæ virtus eſt, in te tuósq;. Plorent Hebræi; ne gemant Ægyptii. Malè ſit exulibus Iſraëlitis, ut bene ſit ſemper indigenis Chámitis. Equidem, quod mearum erit partiũ, neque mihi Rex, neque vobis, aut regno, deero. Spiſſabo leges; & imperium in eos exacuam. In laterum officinas, in quas hucusque, proviſu curatorum, indulgentiâ verò noſtrâ, paleæ convectabãtur ex agris, vecturâ publicâ; deinceps ne convectantor; neu quâ viâ liberalitatis aliâ ſuppeditantor! & láteres tamen, ut antehac, ſic & inpoſterũ, paleâ, ſtipuláque conciſâ, miſcentor,

Digitized by Google

tor, ad firmitatem (r) *Quam non habent, eam colligunto, comportanto, concidunto, miſcento. Quam non repererint; tamen quærunto. Nec penſi lateritii, vel pondus interim, vel numerum, imminunto. Si ſecus faxint; ab exactoribus operæ flagellis conciduntor. Si connixerint Exactores; ipſi flagris mulctantor, à præfectis Ægyptiis. Præfecti quoque ſi diſſimulârint arbitrio noſtro majeſtatíque, pœnas danto! Peccatum hucusque nimiâ, (ſi confiteri vera volumus) indulgentiâ fuit. Id nunc auſteritate corrigitor, Sic deliciarum, ſic evagandi deſideriorum, Hebræi; ſic fumorum, quos Moſes & Aaron eis venditant, obliviſcuntor!*

IX. Hæc *Pharao Cenchres* ad ſuos elocutus, invénit imperio promptos; &, ad ſingulas laterum coquinas, ſcuticis armatos, ac ſævientes. Cujus, Rege parùm dignas, ac circùm ſtipulas, & palem, occupantes ſeſe curas, mirari libéret; niſi tum Divinæ litteræ publicarent, tùm hodiéque puſillæ mentis hominum ingenia quædam gnaviter idem imitarentur: quibus ſæpe, relicto gubernationis momento potiore, totus eſt, in frivolis ac minutis, immò *Domitiani muſcis*, & *cornicum oculis configendis*, animus, & ardor. In hoc, ſe Dictatores; in hoc, Conſules, ac Prætores eſſe, ſive ſacrorum, ſive profanorum, arbitran-

Ruina Pharaonis Cenchris.

trantur; *conſectari léporem, & Elephantum dimittere:* minutias aucupari; rerum ſummam prætermittere: legum mentem, ac medullam, negligere; quasdam autem atomos, & aëris volantes maculas, inſequi: non tam ad morum, (qui parùm indè violantur) corrigendam normam; quám, ad majeſtatem ſibi, neſcio quam, & quantulam, comparandam, animóſque ſubditorum, *aneæ pelvis fulgure*, territandos. Unde nervus eorum in bombum, ac ſibilum erumpit; & *Crudelitas, in Nihilo* quidem, ſed tamen *haud ſine vulnere* tolerantium, ſeſe conſumit; non absque publico ferocis indolis, & immanitatis, odiò. Quod in *Pharaone* tunc *Cenchre*, contingere, neceſſarium erat. Cùm enim *Iſraëlitæ*, tam barbaris imperatis, ad *ſtipulas, & quisquilias*, corradendas, per Ægyptum latè cunctam evagari compulſi; cogerentur, ex conſequenti, tantiſper ab officinis abeſſe: Præfecti contrà, nihiloſecius ab Exactoribus, & Exactores à populo, *laterum* penſum repoſcerent: *ubi nihil erat, indè dabatur nihil.* Hinc præpoſitorum, adversùs curiones, decurionésque, jurgium, indignatio, flagella. Cúmque, quod fieri nullo modo poterat, expoſceretur, verbis, verberibus, & conſciſſione tergorum: omnis primùm vexationis illius invidia redundabat in *Moſen* & *Aaronem*;

tes. Renuenti, ſuæque legationis indubitabilem veritatem, jubenti prodigiis obſignare; prodigia repræſentant: tum innoxia, quæque *Spectaculi* duntaxat, ac voluptatis gratiâ prolata, videri poſſent; tum illa, multò majora, numeroſioráque, quæ totam mox Ægyptum affligerent, ità de Numine meritam. Ergo, præter *virgam*, ab Aarone projectam, ante regis oculos; & in colubrum, ut aliâs, converſam, magicóſque colubros deglutientem: *Nilus*, eádem percuſſus virgâ, mutatur ſpiſſum in cruorem: extinctíſque piſcibus, & crocodilis, putrefactus, Ægyptiis ad potum inhabilis efficitur. Quæ pœna, cæteras etiam aquas, lacuſtres, fluviales, ac fontanas, involvit: ut ad effodiendorum fontium novorum laborioſam neceſſitudinem adigerentur Ægyptii. Super hæc, iisdem ex undis, è quibus primùm *Cruor* eductus fuerat, non multò pòſt, *Ranarum* immanis protracta multitudo; coaxatione, lue, ſordibus, ac ſaltu, quidquid in Aegypto publicum erat, & penetrale, complet; ne cubilibus quidem, lectulorúmque receſſibus, illi fœditati relictis inacceſſis. *Ranas*, ſecuti *ſciniphes* ſunt, è terræ pulvere percuſſo; genus animalculi minutiſſimi, pennatum: quod, in aëre ſuſpenſum, ingentium inſtar nubium, ſed, ſi ſinguli volitent, oculis indeprehenſum, ſtimu-

let

let priùs, ac vulneret; quàm prævíſum, caveri queat. Inſectum, morſu cutis, ac noxii pruritûs impetigine, grave; ſed, narium inſuper auriúmque penetratione, cum & oculorum punctu, truculentius. Ad ſummam! *parvum corpuſculum, ſed magnum malum*; quo tunc tamen Aegyptus univerſa, ſicut hyems Scythica nivibus, eſt oppleta. Sciniphibus, *Muſcæ* ſucceſſerunt, omnis generis, ac nominis: quæ copiâ, volatu, proboſcide, maculis, & inquietudine; quin & admorſu, linctúque fœdo, gravabant homines; mordebant jumenta; contaminabant menſas; inquinabant veſtes, ac vaſa; pervagabantur omnia! Terram tantummodo *Geſſénam*, relinquebant intactam. Quod idem diſcriminis, alio quoque tempore, videre fuit, *Ægyptios* inter, & *Geſſénos* inquilinos: cùm illos quidem, *muſcis* jam depulſis, *pecorum peſtilitas*, ac ſtrages; humanorum item corporum *ulcera* turgentia, torquerent: Cùm item, magnitudinis inauditæ *grando*, fulminum diſcurſu mixta; grandiníque ſuccedens, *locuſtarum* innumerabilis multitudo; poſt locuſtas verò, *tenebræ triduanæ* denſiſſimæ, cruciarent: Hebræis autem, in Geſſeno tractu, ſuum pecus, ſanitas, ſegetes, horti, lúxque ſereniſſima, conſtarent indemnia. *Tanti refert; ab improbis ſegregari, diverſitate mo-*

te mo-

Ruina Pharaonis Cenchris.

te morum: ut & pœnâ præmióque ſecernaris. Graves hæ, nec antehac mortalibus auditæ compertæque, plagæ; necdum quidem obſtinatum regem, & Aegyptios, permoverant: ut æquâ mente, quod *Iſraëlitæ* petebant, eis concederent. Hoc autem loco, fluctuantem animo *Pharaonem*; &, nunc abitum promittentem, mox negantem, ac pernegantem: nunc portentis territum, ac pertinaciæ pœnitentem; paullò pòſt, in veterem contumaciam relapſum, mirari libet, eousque divinarum juſſionum contemptûs eſſe progreſſum: ut videri poſſit, ultrò propemodum amâſſe clades; & alias, ex aliis, experiri calamitates omni ſponte ſuâ voluiſſe. Tanquam verò ludus quidam ac voluptas eſſet; *Iratum variè ſentire Deum.* Sed videlicet, & ſua *tyrannum* inſita cruditas; ac poſtea, moribus ſævis corroborata, durities animi, non ſinebant emolliri perviacem. & *Deus, cujus ſolius eſt Donum, Bona mens*; ſuæ nationis *carnifici* ſceleſtiſſimo, meritò non eam injecerat, quâ conſtanter emendaretur, voluntatem. *Bene* verò *velle, Deô non benevolô; quid eſt aliud, quàm ſinè pennis in auras, & altum, conari? Numine non excitante, non erigente, non ſtatuente; jacet homo, ſempérque, deſtitutus, jacebit.* Ad illam autem *Cenchris* regis pervicacem immobilitatem, haud parùm

Ruina Pharaonis Cenchris.

Digitized by Google

parùm momenti contulerunt, *conſultores mali*; *peſſima regiarum peſtis*. Ii fuêre, tum alii ſuperſtitionum Aegyptiarum præſides, ac *ſacrificuli*: tum inprimiis, fratres duo, *Jannes*, ac *Mambres*; divinîs etiam litterîs, apud memoriam poſterorum, infamati: (*t*) tanquam *Moſis*, ac Divinæ Legationis, oppugnatores. Erant hi, *præſtigiatores*, ac *Magi*; Sathanæ (ſicut in omnibus aliis Dei cauſſis, ei glorioſis, fieri ſolet) machina, conceptus, ac partus: & omnis impediendi boni, rectíque, potens inſtrumentum. Denique, *Simiæ Moſis, & Aaronis*; conati, quidquid egiſſent illi, Tartareis & ipſi viribus agere: *miraculorũ*, verè divinorũ, eluſione fallaci. Tentârunt hanc eluſionem impoſtores illi; quoad, Numinis permiſſu, conceſſum eſt: *virgarum* in viperas mutatione; *rivorum in cruorem* converſione; *ranarum* ex undis evocatione. *Sciniphum* autem, è pulvere, ſuſcitaturi copias; altiore vi prohibiti, defecerunt: *DEI-digitum illic*, non hominis, aut Dæmonis, operam eſſe, confeſſi. *Peſte* verò, jumentis, & *ulceribus*, immiſſis Aegyptiæ genti; ne conſiſtere quidem coram Moſe, ſano, valentéque, nedum incantare, *Magi* ſuſtinuerunt; doloris magnitudine ſubigente. Clarum igitur erant hi ſimulacrum eorum; qui, noſtrîs quoque ſæculis, Divinæ veritati reſiſtunt,

Pſeu-

Pſeudoprophetarum, ac ſanæ Religionis corruptorum. Hos, ſuæ Sectæ Principes, ac Respublicæ, fovent, in ſuúmmet exitium: hos, à purioris Doctrinæ magiſtris, audiunt ac vident, voce, ſcriptis, auctoritate morum, & antiquitatis majeſtate, refelli, vinci, frangi; mutos, & elingves, reddi: nec ſtare coràm *veritate* clarâ *tenebras* errorum poſſe. Non tamen interim, aut impoſtores, aut eis aurem dantes, corriguntur. Et *Diſcipulum igitur, & magiſtrum*, unus exſpectat idémque, ſempiternus interitus. (*u*) Id, quod expertus tandem *Cenchres*, cum *Ægyptiis*, eſt: experti quoque, *Jannes*, ac *Mambres*. Quorum ſanè (ſiquid & hoc ad rem præſentem pertinere poteſt) ingens quidem, dum viverent, in regia *Pharaonicâ* fuit auctoritas, opésq; magnæ. Sed *monimentum* interim, quod vivi ſibi, de lapidibus, prodigo ſumptu, conſtruxerant; *Diabolorum* exercitu, Tartareíſque monſtris, refertum, ab eorum exceſſu, fuiſſe, conſtat. Divinus *Macarius* illud, multis pòſt ſæculis, luſtraturus, admirationis ergò, quam rumor excitârat; è ſolitudinis Scetææ partibus intimis, ad locum venit, quem *Cepotáphion* Græci; noſtri, *Sepulchrum hortenſe*, nominarent. Reperit illic *monimentum*, pedum quatuor magnitudine: circumquaque verò diſpoſitas, omne genus, ar-

Ss bores;

Ruina Pharaonis Cenchris.

bores; maximè tamen *punicas*; ſed pomîs intus futilibus, & arefactis. Aurea præterea donaria, quæ vetus illis ſuperſtitio ſuſpenderat, quàm plurima; tanquam *Deorum* honoribus. Nam eò malorum cæca provoluta fuit Antiquitas; ut, quantò quisque profundiùs deſcendiſſet illic in *Tartarum*, tantò celſioribus hîc in *cælum* titulis, atque monimentis, extolleretur. Invénit ibidem & *puteum* ingentem, quem effoderant in vita ſibi præſtigiatores illi; déque putei catenâ ferreâ, pendentem *amphoram æneam*: cætera denique cuncta, *Paradiſi* cujusdam imaginem, ſed mendacem, præ ſe ferentia. Sed, caput rerum, à Macario conſpectarum, fuit, *Cacodæmonum* occurſus; ferociſſimorum, numeróq; plurium, quàm *ſeptuaginta:* qui varias ad terrorem formas induerant. Horum alii, clamoribus inſanis; dentium alii fremitu, ſtridoréque; nonnulli corvinis volatibus inſultibúsque; quidam & rhomphæis ſtrîctis infeſti, concutere *Macarium*, & absterrere, laborabant. Sed incaſſum. Nam is, omnibus exploratîs; &, oppoſito Dei nomine, tanquam ſcutô quopiam, retuſis *Dæmonibus*, incolumis eſt è magico *Sepulcro* regreſſus: viceſimóque demum die, tuguriolo ſuo Scetæo reſtitutus. (*vv*) Ità, non tam *Magorum* illud *Sepulchrum*, quàm *Diabolorum Latibulum*, erat:

Digitized by Google

erat: diverſorio ſuo ſignificantium; Eisdem ſe viciſſim apud *Inferos* civitatem dediſſe. Sed ad *Moſen*, ac *Pharaonem*, noſtra recurrat oratio; digreſſu, de Magis illis, fortaſſe non inutili, paullulùm interſecta.

XI. Dilapſus interim annus jam ſolidus, erat, inter alternas has, Dei-Legatorum, ac *Regis Cenchris*, contentiones, atque certamina. Recurrerátq; *vernum*, anni, poſt conditum mundum; bis milleſimi, quingenteſimi, quadrageſimi quarti, tempus: cùm Deus optimus maximus deſperatam videns, emolliendi *Pharaonis*, ulteriorem exſpectationem; conſtituit, ad ultimas denique pœnas deſcendere: quibus, qui corrigi noluiſſet, amputatis veluti ramis, eradicaretur truncus. Mandat ergò *Moſi* Deus, ſub initia *Nisâni* menſis; qui noſtrati, partim Martio, partim Aprili, reſpondet: ut ex omni, quàm latè pateat, Ægypto, populum, laboribus intentum, certum ad diem convocandum curet, in Rameſſem urbem; ejúsque ſuburbanos fines. Ibi collectis, ex ejusdem Numinis præcepto, *Moſes* profectionem indicit, pauciſſimos intrà dies, ab omni gente *circumcisâ* ſuſcipiendam. Et, quoniam ad ea, quæ forent in futurum exſequenda, ſacrificia, multâ vaſorum ſupellectili, tum ex auro, tum ex argento, ve-

Ruina Pharaonis Cenchris.

ſtibúſque pretioſis, opus eſſet: peterent à vicinis quisque ſuis, viri viris; fœminis fœminæ, mutuam, quam fieri poſſet, ingentem talium copiam. Nec defore Deum, petituris: ut, qui, potentiâ ſuâ, ſic eſſet inflexurus Aegyptiorum, tenaces alioquin, animos: utì, non modò rogati, concederent, ſed, ut plura petitìs acciperent, eſſent ultrò rogaturi. Quodità prorſus evénit. Aegyptii quippe, qui per ducentos ampliùs annos Iſraëlitas *fortunîs* ſuîs, &,ab annis nonaginta tribus, etiam *uſu Libertatis*, exuerant; per *mutui* nunc ſpeciem, & opinionem, rerum ſuarum pretioſiſſimis invicem exſpoliati ſunt; *Deo*, *prætore ſummo*, jus dicente: *cujus eſt terra, terræq; plenitudo; Terrarum orbis*, & omnes illius incolæ (*x*). quidni ſimùl igitur, & aurum, argentúmque, (*y*) cunctáque ſupellex pretioſa? Præter hæc, ex ore Divino, *Moſes* omnibus indixit, non modò ſeſe viæ, quæ jamjam inſtaret, accingerent; cunctis, quæ poſtularet neceſſitas, in ſarcinas conjectis: ſed inſuper *Agnum*, expertem maculæ, maſculum, unius anni, ſingulæ domus immolarent, quartadecimâ menſis Nisáni veſperâ. Carne porrò ſacrificati, veſcerentur, eádem illâ, quæ veſperam eam exciperet, nocte; ritibus, ac cæremoniis, à Deo præſcriptîs. *Agni* verò cæſi ſacro cruore,

memi-

Digitized by Google

meminiſſent, transverſam ſummæ januæ trabem, ac laterum utrumque poſtem, eſſe cum cura reſpergendum. Hanc enim, nec aliam, fore notam eorum, quibus, ſi fores ſignâſſent, parſurus; ſi ſignare prætermiſiſſent, interitum illaturus eſſet, ANGELUS, Aegyptiorum *evaſtator*. In hunc modum præmoniti, cùm imperata ſollerter Iſraëlitæ feciſſent: in reliquum, quid ſécum Deus facturus eſſet, præſtolabantur. Jámq; diei Niſani menſis veſpera quartadecima conceſſerat in nocturnam quietem: *Agnúsque*, præſcriptus in *cœnam*, ex lege ritúque ſuo, conſumptus ab Hebræis erat: cùm, ecce, noctis intempeſtæ curſu medio, ſilentibus omnibus, altímque ſtertentibus, ANGELORUM, ſub unius è præcipuis vexillô, repentè cœlô decurrit innumerabilis exercitus. Hic, ſomniis primùm horrendîs, Aegyptiorum proturbat quietem. Mox, diſtrictis imperii divini rhomphæis, quidquid in Aegypto totâ cuique *primò natum*, aut jumentorum eſſet, aut hominum, inaſpectâ trucidat plagâ: thalamîs ac ſtabulis Hebræorum intactis prætermiſſis. Nulli parſum; non ætati, non conditioni, non ſanguini, dignitatíque. Jacebátque, diro cum ejulatu damnatam effundens animam, ſummus æquè barbarorum, & infimus; libertinus, & ingenuus; herilis filius,

Digitized by Google

ac verna. *Pharaonis* quoque cécidit, eodem mortis fatô, filius; in ſpem, ac ſucceſſionem, imperii deſtinatus. Ceciderunt, regni Procerum, atque Pontificum Aegytiorum, nati; multis, non *primò* tantùm, ſed & *unicè*, geniti. Clamor igitur morientium, cùm clamore parentum miſtus eſſet; &, ululatu veſano, cœlum quoque planctibus feriret; *nihil* tunc *aliud erat Ægyptus univerſa, quàm, Vox, & Lacrymæ*: non aliud, quàm illætabilis queſtus, confusíque luctûs funebre quoddam chaos. Excitari cuncti; corripere ſtratîs corpora; lampadibus admotîs, contemplari palpitantia filiorum cadavera; deplorare generis, ac poſteritatis, exciſam ſpem; agnoſcere ferientem ultricémque Dei dexteram, *Iſraëlitarum* cauſſam propugnantis: formidare denique parem, omniúmque communem (ni manus darent) internecionem. Primus *Pharao*, cum optimatibus, arce regiâ, medias inter tenebras, decurrens: cùm ab occurſantibus diſceret; Non eſſe domum, in qua *primò-geniti* funus non jaceret: exſternatus, ac verè tandem edomitus, mittit in Rameſſen urbem è veſtigio curſores, qui, citatis illuc jumentîs perlati, Moſi mandent; *Exiret Ægypto, cum omni ſuo populo, cúmq; gregibus, & armentis, etiam, priusquam luceſceret: Deóque ſuo, pro ſalute re-*

gio

Ruina Pharaonis Cenchris.

Digitized by Google

gis, ac regni, ſupplex fieret. Idem, & Aegyptus urgere cuncta; rogitaréque, ne cunctarentur. Neque cuiquam omnium vel ea mens erat injecta, vel ea mentis audacia venerat; ut, quæ paucîs antè diebus pretioſa vaſa, cum veſtimentis, ac ſupellectili, commodatò dederant, ea tunc, antè profectionem, repeterent. Id adeò faciebant Aegyptii; ſeu, redituros, crederent Iſraëlitas, peractis in deſerto Sacrificiis: ſeu, quòd bene redemptam exiſtimarent, etiam opum ſuarum diſpendiô, breviſſimam quamque moram *Hebræorum*; quorum in Aegypto, præſentiam, Aegypti, timebant, univerſæ fulmen novum ruinámque fore. Tantum *Angelus vaſtator* formidinis, in malè ſibi conſciorum pectoribus, excitârat! Quæ cùm fierent: haud minori ſtudio, quàm urgerentur, *Iſraëlitæ* quoque diſceſſum feſtinabant: hortatore præcipuè *Moſe*, Qui, migrationis inflatô claſſicô, quidquid in urbe tunc *Rameſſe*, quidquid in ſuburbanis pagis, villis, ac finibus, Hebrææ gentis erat; id jam dudum cogebat in agmina: lætúſque lætos, adhuc ante diluculum, in ſexum, & ætatem, ac manipulos, & ordines, tribúſque, componens, expediebat in abitum. Raptim omnes ac ſinguli, pro ſe quiſque, pecora ſua, filios, jumenta, ſarcinas, ac, quæ portari poſſent, fortunas,

Ruina Pharaonis Cenchris.

Digitized by Google

eripere. Quòd verò cocti jam cibi nihil, niſi, quod ſale forſitan condítum, & in diuturnitatem ſepoſitum eſſet, ad manum occurreret: *farinam conſperſam*, & aquâ tantummodo, ſine fermenti mixturâ, madefactam, palliis invólvere: tum humeris injicere, ſive ſuis, ſive famulorum, & ancillarum. Inter cætera verò, quorum, ſimùl efferendorum, eos cura ſtimulabat; non oblitus eſt *Moſes* oſſium reliquiarúmque corporis *Joſephi*, caſtiſſimi *Patriarchæ*: ne voluntatem ipſius ſupremam, annis abhinc *quadraginta quatuor, ſupra centum*, expreſſam à moribundo, præteriret. Et alioquin, *Vivorum felix comes eſt, Vir Sanctus, etiam extinctus*: quippe, virtute cœleſtis hominis, in mortuis etiam oſſibus, adhuc ſpirante.

XII. Jamque nihil erat, cur porrò morarentur, & Aegyptiis eos impellentibus; & cœlo jam in Auroram purpuraſcente. Dant igitur (quod bene verteret) in viam ſe, quà diluculi lumen invitabat, Orientem æſtivum versùs. Agmina prima, puerorum erant, ac mulierum, & ſeniô confectorum. *Millia* deinde, plusquam *ſexcenta*, robuſtorum, in prælia, virorum: qui quini per ſeriem, (z) & ordinem militarem, incedebant. In medium agmen impedimenta receperant: in quibus & greges erant, & pecorum

rum

Rnina Pharaonis Cenchris.

rum ac jumentorum armenta. Claudebat expeditionem, promiſcuæ multitudinis, ſervitiorum, vernarum, &, qui ſe *volones*, ex Aegyptiis melioribus, adjunxerant, exercitus innumerabilis. Ad *tricies centena millia*, turbam omnem abeuntium aſcendiſſe; non abſurdè doctiores arbitrantur. (*aa*) Exibant autem alacres; ac, *triumphi* potiùs, quàm *abitûs*, faciem præſeferente, diſcedentium vultu. Læti, quòd, in Aegyptiorum communi *luctu*, nocturna cadavera ſepelientium, ipſi ſoli flendum nihil haberent. Læti quoque, quòd, eandem ab *Angelo Vaſtatore* ſtragem ſubiiſſe, Deos etiam, & aras, & Aegyptiorum delubra, referente famâ, diſcebant (*bb*). Lætiſſimi denique, quòd, à tergo ſuo, *nonaginta trium* annorum duriſſimam *Servitutem* relinquebant; à fronte verò *Libertatis* ampliſſimam ſibi januam viderent apertam. Recreabat inſuper eorum oculos animóſque *nubes*, lucidè denſa; quam, in *columnæ* quodam altiſſimæ ſimulacrum erectam, ac principiô ſtatim profectionis (*cc*) divinitus præire juſſam, *Angelus*, itinerum moderator, inſidebat. Hæc, de die quidem, lucis ac ſpiſſitudinis temperamento; de noctibus verò, flammante fulgore, conſpicuam ſe præſtabat. Eâ proinde *Columna*, ſed magis, *Angelô*. Deóq;, ducibus; cùm

Rameſſen urbem, regionémque Geſſénam, relinquerent: non rectâ viâ Palæſtinam, & Caſiotida regionem, petebant: quò tamen, in Chanaanitida promiſſam perrecturis, eundum fuerat, compendii rationem habituris. Verùm, inexercitatum adhuc, pérque tot *Servitutis* annos, *præliorum* minùs, quàm *flagellorum*, ſcientem populum, cùm nollet Deus, Philiſtæorum, (bellicoſæ gentis) occurſu proterreri: retrorsùm expeditione flexâ, *Socóthum* versùs eum primò deduxit: locum, qui rivo cuidam imminebat, tunc, nominis experti; poſteris autem ſæculîs, *Trajani* nomen adepto (*dd*): quem rivum, poſt brevem è montibus *Suriis* procurſum, ſuper Heliopolin urbem, Nilus haurit. *Socóthum*, conſiſtente *columnâ-nubis*, prima fuit illis, inter *quadraginta duas*, deinceps ſecuturas, ſtatio; ſub ejus ipſius, quo profectionem auſpicati fuerant, diei veſperam. Ibi, ſequens quoque conſumptus eſt dies; tum, ut farinæ madefactæ maſſas, in panes *Azymos*, cocturâ redigerent; tum, ut ea, quæ, per tumultum, ac feſtinationem, pridie ſecum extulerant, ordinatiùs componerent. Quam deſidentium occaſionem ſpeculati *Pharaonis* exploratores (nam, eos mittere poſt terga diſcedentium, non omiſerat) in ſpem adducti ſunt; Hebræos, eo fortaſ-

ſis ipſo, nec alio, loco, *Sacrificium*, quod toties flagitâſſent, perfecturos: & moram illam, ad Sacrorum ſpectare, non quietis, apparatum. Eam porrò ſpeculatorum conjecturam variavit dies poſterus, à diſceſſu tertius: quo, caſtris, ad motum *Nubis*, & *Angeli*, motîs; à *Sochóto*, propiùs Orientem, ac Sinum Arabicum, *Etham* Hebræi perrexerunt. Is locus, pars eſt *Solitudinis ingentis*: quæ, ſe capiti Sinûs Arabici circumfundens, à Geſsénæ finibus, ſemicirculo quodam, ex meridie, Boream verſùs; ac ſtatim, ad Auſtrum rurſus, per montium Suriorum aſpera, procurrit. (*ee*) Quanquam & illud vero ſatìs affine videatur: idem omnino nominis (quod & in aliis ſæpe contingit) & huic *loco minori* fuiſſe tributum; & illi *Deſerto vaſto*, quod ultrà Sinum Arabicum, ad Septentriones, & Orientem, exſpatiatur. Id ab aliis, *Deſertum Surium*, appellatur; *Solitudini* tandem *Sinææ* connexum. Ad *Etham* igitur cùm conſediſſent diem, ab egreſſu primo, tertium, eúmque ſolidum; nec adhuc tamen victimis, utì ſpem fecerant, operam darent, ſed alterum inſuper diem morari decreviſſent: exploratores, jam aliud longè, morîs his & ambagibus, agi ſuſpicati; *dolum* eſſe, *non religioſum iter*, interpretati ſunt. Nimirum id agi; non, ut Numini ſuo litent: ſed, ut

ut occultâ ſe fugâ dominis ſuis ſubducant. Eodem igitur, qui quartus ab abitu numerabatur, die, celeriter ad *Pharaonem* regreſſi, Speculatores renuntiant; *Triduô jam itineris ab Iſraëlitis, per otium, non per Religionem, abſumptô, de Sacrificio ne cogitationem quidem, aut ſpeciem ullam, ſuſcipi. Videlicet, non id quæri cogitaríq;, quo pactô Superis immoletur; ſed, quomodo Rex, & Ægyptus, circumſcribantur. Ad ſummam! Fugere recutitos, per avia deſertorum; non, peregrinari. Si citò ducantur Etham, qui fugitivos perſequantur: ibi confeſtim eos oppreſſum iri. Jacere ſparſos illic: vagorúmque nebulonum ſimiles, in diem viventium, effugia nova meditari.* Dicebant hæc exploratores: qui tamen, poſt rem, ſemel providè decretam, movere Regem non debebant.

XIII. Sed, fuiſſe *Pharaoni Cenchri*, præ cæteris mortalibus, non *durum* magìs, quàm *inconſtans*, ingenium, quódque bonæ mentis nullam caperet perſeverantiam: argumento fuit, præteriti temporis, flexus identidem ac reflexus Animi ſtatus. Sed ultima tamen potiſſimùm, tam parvo momento transversùm revoluta, mens oſtendit; Adeò boni non fuiſſe, vel capacem, vel retinentem: *ut eum etiàm rectæ pœnitentiæ pœniteret.* Indignatus igitur

Rüina Pharaonis Cenchris.

tur ſuæmet, quâ tam inconſideratè multitudinē tantam dimiſiſſet, indulgentiæ; *Quæ, malùm* (inquit), *iſta mentis fuit omnium noſtrûm cæcitas: quis animorum ille ſtupor, ac virium noſtrarum oblivio? Tricies centena millia mancipiorum, quæ regni noſtri, vel invita, ſervîſſent emolumentis, in triduum unum, ſine cuſtodiis, emiſimus; ut iis in perpetuum careremus? Et hoc, tam nullâ verâ ſolidâq; neceſſitate? Somniorum, noctiſq; terriculamentîs, ac natorum noſtrorum funeribus, exterriti ſumus: quos tamen aliquando mors, ſeriùs, aut velociùs, ablatura fuit. Sed nempe, formidavimus; ne nos quoq; deleremur omnes, ad filiorum noſtrorum exemplum? Atqui, propter hoc ipſum, Hebræi cadere debuerunt omnes; & id, manu noſtrâ: quòd, eorum magico ſcelere, perempta tot millia noſtrorum, ac peritura plura, fuerant; ni præverteremus in poſterum. Sed, fruſtra verba conſumimus, ubi tempus avolat gerendæ rei. Non inutilium, hæc hora, querelarum eſt; ſed gladii, ſed vindictæ, ſed retractionis, aut in ſervitutem, aut, ſi noluerint, in cruciatum, & interitum.* In quæ *Regis* verba, cùm éadem animorum mobilitas, tanquam incantamentis quibusdam injecta, cunctos Ægyptios cæteros intrâſſet: ad arma conclamatur; ad expeditionem, & inſe-

inſectandi velocitatem. Equi, viri, tela; clypeiſque, loricæq; cum gladiis, ſariſsiſque, ſtrepunt: ducúmque fortiſſimus quisque, regis evocatus imperiô, *regi* ſe jungit, inter primos ardenti. *Sexcentis falcatis curribus* adjungitur, quidquid per feſtinationem præterea colligi quadrigarum rotarúmque formidabilium, licebat. Ex his, gladii prominebant, & haſtæ; crudeliter occurſantes laceraturæ. Quo loco ſanè, crediderim id, quod *Philo* Judæus ſcriptum reliquit; equitatum Ægyptiorum omnem, jaculatores, funditores, ſagittarios, velites, & univerſæ levis armaturæ milites, unà raptos. *Ezechiélo* verò poëtæ, credere non poſſum; qui, tacente, ſuper hoc, Scriptore biblico, confidentiſſimè tamen, *myriadas bellatorum centum*, hoc eſt, *decies centena millia militum Ægyptiorum*, in hanc expeditionem numeravit. (*ff*) Quod fecit ille, parùm utique memor; unius anni ſolidi *decem* ingentibus Ægypti *cladibus*, tantum bellicoſi roboris, in unica *Dioſpolitanâ* ſeu *regiâ*, ſeu *regione*, ſupereſſe nequiviſſe; quod, unius intrà dici paucas horas, tanquam è præparatis jam caſtris, educeretur. Quidquid id fuit: quod contrahi per ſummam celeritatem potuit; id contractum, & eductum eſt; ducente *Cenchre Pharaone*. Volantibus porrò magìs, quàm proficiſcentibus,

tibus, Ægyptiis: de via, recentes narrant ſpeculatores; *Ethâ* relictâ, mutâſſe denuò caſtra fugitivos. Et ſanè, motâ *columnâ nubis*, monitoréque Deo, mutaverant; die, poſtquam Ægyptum reliquerant, ſextô. Cùm enim jam ad illos montium *Suriorum* fines Hebræi conſediſſent; ad quorum radices, *Poſidium* inter, & *Heroum*, (ut nunc dicuntur) *urbes*, iter apertum eſſet Arabicum in deſertum: *Deus*, qui *ludificantes ludificatur*; & *Impios*, *viâ rectâ*, *ducit ad Supplicium*: *pios autem*, *obliquis tramitibus*, *ad Salutem*; Moſi mandavit, ut, retrò flexâ profectione, velut in interiora littoris citerioris latibula fugiturus, ſecundùm Arabici ſinûs crepidinem Hebræos ductaret, quà via fert ad *Troglodytarum Æthiopum* abſtruſa loca. Non temerè. Dei namque mens hæc erat; ut, *fugientis* perſonam indutus, populus Hebræus, *ſequentem* à tergo cum furore Pharaonem, in verum traheret exitium: &, quò longiùs ille præcurreret, eò propinquiùs iſte, cum ſuis, interiret. Regreſſus igitur Moſes; *Mágdalum* inter, & *Arabicum Sinum*, ſuos caſtra metari jubet; eo ſitu, qui *Phihahirotum* ab *Occidente* reſpiceret *Æſtivo*; *Beelſephónem* autem, ad *Orientem hybernum*. Super ipſum verò maritimi Sinûs littus, tentoria figi juſſa ſunt: horrendis ab tergo, cir-

Digitized by Google

circúmque latera, rupibus Iſraëlitas ex omni parte claudentibus; ſolóque, quod ab *Etha* ducebat, itinere perviô. Pro fronte verò, *Mare* jacebat; quod *Rubrum* hiſtoriæ divinæ nominant, quoniam procurſus quidam eſt *Erythræi maris*: cui *Rubri* nomen abuſus quidam, non à *colore*, ſed Græcæ vocis interpretatione ſiniſtrâ, fecit. (gg) Id, ab *hyberno* ſurgens *Oriente*, per obliquum ſe tractum porrigit, ad *Occidentem Æſtivum*: quantò longiùs excurrens, tantò compreſſioribus ſe littoribus, in cacuminis arctam formam, redigens. Ejus dextro littori, quod ad *Arabîam Felicem* vergit, *Meccha* nunc incumbit, urbs; exſecrabilis *Mahometis* delubrô, Mauſoleóque, celebrata.

XIV. Sextus ibat, à ſuſcepta profectione gentis Hebrææ, dies: quo die, ſtabant hi quidē, *Columnâ nubis* antiſtite, ſupra *rubri maris* orā; ſubjectos inſani freti fluctus, oculîs, ac mente, futurorum incertâ, deſpectantes. Rex autem, & Ægyptus armata, cùm nec in *Socótho*, nec *Ethâ*, nec ad divortia montium *Suriorum*, Iſraëlitas inveniſſent; indicia tamen, ac pedum veſtigia, præcedentis multitudinis, inſecuti: ſeram denique ſub veſperam, illius ejusdem lucis, inciderunt in eos; maris littoribus imminentes: ac tentoriis, per univerſam freti crepidinem, expaſ-

Digitized by Google

expaſſis, quieſcentes. Id, ubi *Cenchres* vidit; & ex omni circùm parte clauſas, mari, montibus, armatis hoſtibus, ac quadrigis, legiones Hebræas, animadvertit: inſolenti tumidus gaudiô; *Vicimus*, (exclamat) *Ægyptii, vicimus! Nam, niſi volitent in cælum Iſraëlitæ; quà, vel quorſum, elabantur in terra, non habent: non prorſum, non retrorſum, non ad latera, patet effugium. Conſtrictos ex omni tenemus parte: nec quidquam hîc nobis, niſi catenæ, pro tot fugitivorū pedibus; aut, pro tot cervicibus, rhomphææ, deſunt. Plures hîc à nobis victi ſtant; quàm eſſe victores è nobis poſſint.* In hæc, applaudentium *regi*, militum clamor perculit aures Hebræas: qui, ſubrectis capitibus, equorum virorúmque percepto fremitu; cùm de tabernaculis attoniti ſe quisque proriperent: ex editioribus littorum locis *Ægyptum* vident omnem, ſignis adversùm ſe volantibus, adventantem. Pavor ingens, ingentem continuò caſtrorum trepidationem, locis omnibus, clamore miſtam, ciet: ac, præter puerorum & mulierum ejulatus, ii quoque, quorum habitus virum profitebatur, fœmineos in luctus effuſi, Dei primùm auxilium; deinde (Numinis obliti) Moſen, converſis in pravum ſeditioſis mentibus, acclamant. Trucibus in illum querelis incurſantes, expoſtulabant; *Quid ità,*

Digitized by Google

nolentes, ac reluctantes, extraxiſſet Ægypto? cujus ſervitium, ſicut aliquando graviter tuliſſent, ità, longâ tandem aſſuetudine, Libertatem putâſſent; potiùs, quàm, deſertis in locis, hoſtes reges, & inimica regna, ſabulosósque tumulos, invenirent? An, in Ægypto morituris, deeſſe Sepulcra potuiſſe? Rogâſſe ſe dudum; ne, ſtudio novandarum rerum, Servitutem, bene jam compoſitam, in turbas, ac periculi plena bella, mutaret: nec tamen impetrâſſe. Nunc, obſequentis ſtultitiæ dare ſe pœnas: non, quas ipſi, ſed, quas ductor ipſorũ ſeditioſus. promereretur. Adversùm expoſtulationes tam acerbas, nihil, *mitiſſimi vir ingenii,* Moſes repoſuit. Quis enim prudens, æſtuantes iracundiâ, reſponſis paribus retuſurus, *oleum flammæ ſuperinfundat?* Sed, interim ponere conceptum pavorem. *Moſes,* & agere tranquillè, jubens: hortatur; *ſuas ut ipſi manus omittant: ac Dei potiùs dexteram opitulantem ſpectent. Ægyptios illos, quos nunc timerent, paullò poſt, mortuo cane projectiores, neminem territuros.* Ægrè tunc, apud pavidos ac diffidentes, verborum talium inventa fides eſt. Et admirari ſanè libet, *indolis* (ut ſic, humano more, loquar) *divinæ conſuetudinem:* cujus eſt, eritque ſemper; *In ipſo rerum articulo, quo ſuos Deus eſt ſervaturus, deſtituere videri: priús-*

Ruina Pharaonis Cenchris.

priúsque (neſcio, quo conſilio) *mergere, quandam ad ſpeciem; antequam, ex fortunis jam deſperatis, eos educat.* Id, in univerſa videre licet, *Hebræorum-Egreſsûs*, ex Ægypto narratione; ſicut, ſuperiora repetenti, promptum erit, & obvium, recognoſcere. Facit idē, ac faciet deinceps, circa ſibi commendatos, & charos, univerſim; *Ne quisquam noſtrum, cùm Omnia ſe feciſſe putat, & tamen opprimitur; à Deo neglectum ſe putet: quippe, qui tunc utiq; propior eſt; quando remotiſſimus exiſtimatur. Succurrit, ac liberat; ſed, poſteaquam opes humanæ jam ſuccurrere, liberaréque, non poſſunt.* Verùm, hæc per digreſſum monita ſunto. Nunc, cum properantibus utrimq; copiis, & ipſi, narrationis reſiduô, properemus. Cùm itaque plenior, nigrante cœlo, nox incederet: &, ob idipſum, qui ſub præcipitantem jam veſperam adventârant, Ægyptii, cenſerent, prælium in poſteri diei primam lucem eſſe differendum; nequid inter tenebras, per errorem, peccaretur: nihil ambigebant, quin, ſimul ac diluxiſſet, tunc demū pedem conferrent; & undique concluſos, in montium anguſtiis, *Iſraëlitas*, ad unum omnes, aut vivos caperent, aut repugnantes conciderent. Sed disjecit *Ægyptiorum* conſilium, *Angeli*, legionum Hebraicarum ductoris, celeritas. Is, *nùbis*, quam inſederat,

Digitized by Google

derat, *Columnam*, ſecum unà raptans; contra morem dierum antecedentium, relictîs primis agminibus, retrogreſſus ad agmen ultimum; inter illius terga, frontémque barbarorum inſequentium, ſeſe medium collocavit. Ibi, quò juvaret *Hebræos*, & impediret *Ægyptios*; antrorſum quidem, quà ſuos reſpiciebat, ingens, ac longè latéque fuſum porrectúmque *lumen*, emittebat: à *columnæ* verò dorſo, *tenebras* ſpargebat, horribili denſitate luridas, ac, triſtibus fulgetrorum diſcurſibus, intermicantes. In hunc modum Ægyptii, cùm hinc, ſpiſſæ calliginis interpoſitu, fulgurúmque territoribus; illinc *Angeli* latente vi, præpedirentur: tametſi vel maximè promovere ſua cuperent agmina, fruſtra laborabant. At apud alteros interim, *Moſes*, hortante Deo, manum, qua ſolitam ſibi virgam tenebat, (*h h*) ſuper *Arabici ſinûs* æquor expandit: *imperanti* ſimilis, & illo *rege* longè potentior, qui poſterioribus ſæculis Helleſpontum, amnéſque, flagellavit, alio nullo fructu; niſi, ſtolidi tumoris irriſu digniſſimo. Secus longè tunc virgâ ſuâ, manúque, Moſes, negotium ſuum expedivit. Vix enim eas extenderat: cùm repentè, non longo quodam ſemicirculo, qui rediret in idem littus, ſicut nonnulli garrire ſunt auſi (*i i*); ſed, recto progreſſu, *Sinus Arabicus*, à lit-

à littore citeriore, diremptus eſt, ad littus uſque *Felicis Arabiæ*: latitudinis ampliſſimo ſpatiô, quódque tot millium, ſimùl transgredientium, capax foret; longitudine verò, ſex circiter milliariûm. Porrò, coortus ſimùl, eodem temporis momento, ventus eſt, rapidiſſimus; qui, flatûs impetu vehemente, calorísque magnitudine, fundi maritimi limoſam humiditatem ſiccaret; eámque populi perambulaturi veſtigiis, duritie neceſſariâ, præpararet. Non fefellit id *Iſraëlitas*; hâc, Dei beneficio, patére trepidis fugæ viam; &, ab inſequentibus Ægyptiis expediendi ſe, promptum compendium. Nam omnia monſtrabat illis *Columna nubila*, pro fronte totius exercitûs lucens. Sed terrebat eos (neque mirum) inſurgens, & erectum utrimque, murorum in formam, altitudinémque, mare; ſuſpensîs, &, velut à ſtationis impatientiâ, fluctuum inſano fragore frementibus, undîs. Verebantur ingredi; pelagi ſtrepentis, in capita ſua, ruinam formidantes. Nec puerorum tantùm, imbellíſque ſexûs, ille metus erat; ſed plerorumque virorum quoque confusæque vocibus inſani maris, parvulorum, mulierum, ac pavidæ plebis, voces, etiam fortiſſimorum quorumque corda trahebant in timoris conſenſum. At, non eadem animi mollitie Dux *Moſes*. Nam, qui primus tranſi-

Ruina Pharaonis Cenchris.

Digitized by Google

tum aperuerat, primus apertum irrumpit; *Aminadábo*, Judææ tribûs principe, ſubſequente. Poſt hos, alacriores exemplô ductorum, cæteri certatim: cum ſuis quisque familiis, contendunt priores, ſive ſequi, ſive penetrare; plurimorum interim vacillante conſtantiâ, poſteaquam in maris mediam profunditatem eſt perventum. Quo loco, quantò depreſſiores ſe valles ſubmittebant, tantò ſurgebant altiores aquarum montes. Jam aliquousque progreſsîs; tot inter ſe tumultuantium fremitus, etiam *Pharaonis*, & *Ægyptiorum* cœperat aures verberare, ſciſcitantium mutuò; *Quídnam id eſſet novi motûs?* deinde, per obliquos Columnæ radios, intellectâ cauſsâ, monitis alternis ſeſe ſtimulantium: *ut, quà pavidi præirent, & quidē pedites, Hebræi; per easdē maris fauces, ne dubitarent, equis & curribus alacres, Ægyptii curſim ſequi. Quisquis eſſet ille dividentis ſe pelagi, ſive caſus, ſive Deus; utendum eſſe, quoadusq; pateret, ſive Caſu duce, ſive Deô. Qua via fugerent Imbelles, eádem ſubſequi poſſe, deberéque, Fortes.* Videlicet, non intelligebant barbarorum illorum obtuſæ mentes; *Haud eodem apud Deum privilegio cenſeri, ſibi charos, ſibíq; deteſtabiles:* & *Aliter agi cum filiis; alitèr, cum filiorum virgis. Liberis, ob delicta flagellatis, hæreditatem;* *ſcuti-*

Ruina Pharaonis Cenchris.

ſcuticis autem, ac taureis, foricas reſervari, vel flammas. Hac igitur divinorum ignoratione cæcus, cum ſuis, *Pharao-Cenchres*; Angelô non prohibente, tandem & ipſe ſe demittit in mare: totóque ſecum rapto, cum curribus equitibúsque, pedeſtri ſuorum exercitu, primos inter, in curru volat ſuo; diademate conſpicuus, & armis. Jámque maritimæ viæ plurimum emenſi, magnâ ſui parte, tenére paullatim propinqua littoris ulterioris cœperant, *Hebræi*. Nam, inter pendentes utrimque gurgitum montes, celéritatem intenderant; evadere properantes, priùs, quàm denuô fluctus coirent. At, qui poſteriorum erant agminum, frementem à tergo, totísque cum copiis imminentem; ſensêre *Pharaonem*; mox etiam in cervicibus eum ſuis, ſi deprehenderentur, habituri. Simùl igitur reſpectantes; ſimùl, visîs jam, & agnitis, hoſtibus, clamorem ad cœlum ingentem, unà cum manibus, tollentes: opem implorare Numinis, præſidium *Angeli*, conſilium *Moſis*; &, in proximos primùm, deinde ſenſim in remotiores antecedentes, pavorem ſpargere: pedéſque ſuos, fugientium è prælio ſimiles, viribus ſummis in effugium intendere. Nec deſperavit, eorum potiri, *Pharao*; poſtremæque multitndinis omnes copias delere: quippe, fugientium jam-

Ruina Pharaonis Cenchris.

jam in tergis hærens; &, *Columnæ* tantummodo *Nubis* adhuc iterpoſitu, diviſus. Nam hæc, ſicuti principiô mediam inter utraque caſtra ſe conſtituerat, ità conſtanti tutelâ tenere locum ſuum perſeverabat. Id videlicet unicum adhuc ſpei trepidis ſupererat *Iſraëlitis*: *Moſe* tamen jam dudum, inter primos, ſpectante littus. Clamor igitur, ac luctus, & deſperabundæ voces (eorum inprimis, quorum erat exigua Numinis fiducia) non animos tantùm, ſed ordines quoque, turbabant incedentium: aliis alios ad egreſſum è mari prævertere conantibus; multis autem, ad latera temerè diſpalantibus; quibusdam etiam, *Pergeréntne fugientes, an potiùs ultrò ſe Pharaoni dederent*, ambigentibus. Jámque propiùs exitium, quàm Salutem, res Hebræa videri potrrat: ac, plurimis licèt in terram, cum *Moſe*, ſenſim expoſitis; major adhuc multitudo, vix maris emenſa medium, hærebat in manibus *Pharaonis*, ac manifeſto fati diſcrimine. Nox quoque, *tertiam* jam, aut *quartam*, ultra ſui medium, exigens horam; Auroræ vicinam ſpectabat: quo tempore, reditura mortalibus communi luce, promptiores erant ad inſequendum Ægyptii futuri; victoriámque, cum die pariter, in manibus habituri. Non diſtulit igitur, rebus in hunc modum conclamatis, af-

ferre

Ruina Pharaonis Genchris.

ferre manum, totius expeditionis ductor, *Angelus*; *unus unicus*, omni *Pharaonis* & *Ægyptiorum* furori par futurus.

XV. Is, è *nubis* illâ, quam ſæpius memoravi, *Columnâ*, medias inter tenebras, quas Ægyptiis oppoſuerat, terribilem formam, & mortali quacunque ſpecie venerabiliorem, oris majeſtatem, indutus; minacibus primùm, ac flammantibus, oculis, perſtringere cœpit hoſtem. *Deum* igitur ipſum, non, *Genium*, Ægyptiis repræſentabat. Eodem autem temporis articulo, conglobatis, præter Ægyptii cœli morem, ſpiſſiſſimis undequaque nubibus: &, infrà quidem fremente mari, ſuperiùs autem æthere tonante; crebri fulminum, ignitorúmque telorum, ac lapidum, jactus in hoſtica ſpargebantur ora; tempeſtatem horribilem intorquente, caſtrorum Angelô, *Nubis* inſeſſore. Strages erat unà virorum, equorúmque, curruúmque falcatorum, ac militarium quadrigarum. Feriri fulminibus, equites, pedites, jumenta, tela: ſubvertíque curruum, & in fruſtra diſſilire, rotæ. Clamor interim, & increpatio, Pharaonis; ringentis, victoriam turbari ſibi. Clamor invicem & ducum, ac bellatorum; Pharaonis irritum imperium eſſe, vociferantium; & ad *Fugam* potiùs ac *receptum*, quàm ad *pugnam*, mutuò ſeſe

Ruina Pharaonis Cenchris.

Digitized by Google

ſeſe cohortantium; *Deum-enim-cœli, bella gerere pro ſuis Hebræis.* Jámque pergentibus aliis, ad imperata regis exſequenda, pleriſque verò regreſſum in littus Ægyptium urgentibus; inter ſeſe, ſtudiis ac viis diverſis, impliciti, nec, quid agerent omitteréntve, nec, quorſum viam intenderent, Ægyptii certum habebant: pergentibus interim, ac ſummâ celeritate nitentibus in littus extremum, Iſraëlitarum reſiduîs. *Pharaonem* tandem ipſum, cœlum, mare, ſtrages exercitûs, ac victoriæ deſperatio, compulerunt in fugam. Sed hanc fugam interclуſurus *Deus*, in medio recedendi fervore, mandat Moſi: *Virgam ſuam paſtoritiam, ac manum, ſuper undas explicaret: quáque viâ ſe reciperent Ægyptiarum legionum reliquiæ; fluctibus, utrimque ſtantibus, miſſionem daret, ac reditum in locum ſuum.* Id exſecutus *Moſes*, ſub ipſum *ſurgentis Solis ortum*, *Pharaoni*, cum ſuis omnibus, induxit *Occaſum*. Recurrentibus enim, quà fugiebant illi, conjunctíſque denuò, fluctibus; *Cenchres* rex, &, quotquot millia tempeſtas cœleſtis reliqua fecerat, cum omnibus bellici furoris inſtrumentis, apparatúque, ſepulta ſunt, *Arabici Sinûs* voragine. Cúmque *ne nuntius quidem* tantæ cladis ſuperſtes enatâſſet; repentina, quæ littus Occiduum inſederat, procella, corpora demerſorum,

ſorum, cum armis eorum & opibus, in crepidinem maris Arabicam, ejecit, eodem adhuc die. Quo loco (qui ſe tantiſper univerſi collegerant) Hebræi, ſuperatis undis; ſtratis hoſtibus, Ægypto Pharaonéque triumphatîs, enatantia cadavera læti ſpoliârunt: armatíque detractîs, quæ proximâ nocte formidârant, telîs, SALUTEM EX INIMICIS induerunt; loricas illas, & galeas, ac thoraces ferreos, in ſui tegumenta vertentes, quæ *fornaces* olim *Ægyptiæ* procuderant in eorum exitium.Ità, quo territi priùs atque conſternati fuerant; eo deinceps territabant, Hebræi: gratulantésque ſibi libertatem, *Moſe* quidem viris, *Mariâ* verò, Moſis Sorore, ſuo ſexui, præcinentibus; *Cantabant Domino, glorioſè magnificato: qui Pharaonis, & equos, & equorum aſcenſores, pelago demerſiſſet; quaſi plumbi pondera, deſcendentes* in alveum maris: quorum, *in Cœlum arrecta, Superbia,* plumæ more, ſuper omnia Numinis & hominum imperia, ſe nuper extuliſſet. Hic finis *Cenchræ* fuit *Pharaonis; Regis quondam Ægyptiorum; exagitatoris Hebræorum; contemptoris Magni-Dei; ludiſicatoris divinæ voluntatis; Contumacium omnium exempli ſingularis; & hodie, Tartareæ fornacis incolæ: cujus ille ſempiternos ad IGNES, deſcendit, Ægypto comite, medias per VNDAS.*

AVCTO-

Ruina Pharaonis Cenchris.

AVCTORES.

(A) *Euſebius*, Chencrem: *alii*, Cenchren *nobiſcum, appellant. Chronicon Græcum* χέρχερεν, *nomiuat.* (b) *Vide etiam Salianum hîc, in annum Mundi 2329. num. 66.* (c) *Salianus inScholis, ad annum mundi 2438 ad medium.* (d) *Joſephus, l. 8. Antiquitatum. & Joannes Sinapius, in Lexico ſuo hiſtorico. Sed ſanè, qui,* Pharaonem *Ægyptiis idem ſonare, quod* Regem, *ajunt; quomodo purgabunt à nugatoria Tautologia eos, qui paſſim ſcribunt,* Regem Pharaonem? *quomodo prophetam Iſaiam, dicentem alicubi;* Sic Pharao, Rex Ægypti? *Jeremiam;* Pharaoni, regi Ægypti? *& alios? quod, numquid eſt dicere,* Si rex, rex Ægypti: Regi, regi Ægypti, &c.? (e) *Torniell. Cornel. à Lapide. Salianus in ann. Mundi. 2468. & alii. Suſpicatur autem Salianus, id factum, adnitente* Thermutide, *reginâ, in gratiam Moſis, alumni ſui; tunc quinquennis.* (f) *libro. 1. contra Apionem.* (g) *Artopánus, apud Euſebium, & Salian. anno mundi 2506. Quem enim* Chénephrin *appellat Artapanus; ejus omnia geſta cadunt in* Orum, *ſeu,* Horum. (h) *Deuteronom. 4. verſ. 20. & 3. regum, cap. 8. v. 51. & Jeremiæ 11. v. 4.* (i) *Hunc aliqui* Amenóphin *appel-*

Ruina Pharaonis Cenchris.

pellant. Priſciores, Amenophthin *nobiſcum*. (k) *Ità Flavius Joſephus, & S. Epiphanius, apud Salianum, eam appellârunt. At Artapanus*, Merrin *eam vocat (fortaſſe binominem) filiam regis* Palmenóthis: *& nuptam* Chénephri, *locis, circa Memphin, imperanti. Chronicon autem Alexandrinum*, Merrhim *appellat, Palmanóthis, qui circa Heliopolin regnârit, filiam*: Chenebróni, *Mempheos regi, collocatam. Plures enim tunc in Ægypto fuiſſe* regulos, *quidam ſcribunt. Sed cæterorum omnium ſupremum: qui* Heliopolin, *ac* Dioſpolin (*non illam, quæ* Parva *dicitur; ſed alteram, quam Ortelius, in Geographia ſua Sacra, collocat ſupra Heliopolin, ad dextram Nili ripam, meridiem versùs) cum toparchiis, ſibi ſubjectis, tenuerit: quas toparchias, appellabant etiam* Nomos, *&* Dynaſtias. (l) *Antiquitatum lib. 2. c. 5.* (m) *Cauſſam, Hebræorum veteres Rabbini, haud ſcio, ſatíſne dignam fide, produnt hujusmodi*; Præfectum Operum quendam, ex Ægyptiis, cùm oculos & cupidinem adjeciſſet Hebrææ cuidam, Salomíthæ nomine: maritum illius, ante diluculum, ad labores excitâſſe. Paullò pòſt, tanquam labore perfecto, redeuntem Ægyptium, maritíque partes callidè ſimulantem, ſubrepſiſſe Salomithæ, tanquam conjugis ſuæ, lecto;

lecto: perpetratóque adulterio, cùm jam illuxiſſet, & agnitus eſſet, diſceſſiſſe; muliere fœdè illusâ. Ex eo autem ſtupro ortum, ajunt, puerum, qui poſtea, in Caſtris Arabici deſerti, Deo maledixit, (*Levitici capite 24. v. 10.*) Deíque imperio; lapidibus eſt obtectus. Salomitham porrò, fraudis agnitâ fœditate, reverſo marito vero, tantum facinus non ſiluiſſe. Hunc Zelotypiæ furore concitatum, cum uxoris adultero graviter expoſtulâſſe. Sed Ægyptium, tanquam injuriam accepiſſet, ac non ipſe prior intuliſſet; in Hebræum ultrò, gravitérque, non verbis modò, ſed inflictis etiam verberibus, invectum eſſe. Cui cùm opprimendo par non eſſet Iſraëlites, ſuperveniſſe casù Moſen. Hunc, intellectâ jurgii cauſsâ, reum (auctoritate ſibi à Deo tacitè conceſsâ) interfeciſſe. *Iſtam Matthæus Abulenſis narrationem haud improbat: in caput* 2. *Exodi, v.* 12. *commentans.* (n) *Felix Fabri, in Itinerario ſuo Syriaco Werlini Zimmerenſis fol.* 163. *ubi ait;* der Berg (*Sina*, oder/*S. Catharinæ*) iſt zweymal höher/ dann der Berg *Oreb. Vide etiam Adrichomium, in deſcriptione deſerti Pharan, numero* 92. (o) *Angelum fuiſſe, Fidei Divinæ veritas eſt, ex capit.* 7. *Actor. Apoſtol. v.* 30. *De* Michaële, *vide Pererium, & Salian. in ann. Mundi* 2543. *num.* 36.

Qui-

Ruina Pharaonis Cenchris.

Quidam, Dei filium *fuiſſe*, (*quippe & ipſum* Magni Conſilii Angelum) *quondam credide-runt. Sed nunc de* Angelo Creato, *receptior paſſim opinio invaluit. Vide Salian. loco cit. n. 35.* (p) *Hæc, de Aaronis conſilio, ſuper Sephoræ dimiſſione, ad tempus; Salianus ventilat, ann. Mundi, 2543. à numero 86. uſque ad 88. excluſivè.* (q) *Geneſ. 15. v. 13.* (r) *Aliarum* Palearum *uſum, ad incendendas fornaces, quibus láteres coquebantur, S. Bernardus credidit. Sed iſte, quem pono, veriſimilior videtur; ut, qui, noſtris etiam in regionibus (ſicut ſæpe cernimus) vigeat: ad conſtringendum firmiùs inter ſe, lutum, & glaream. Sic etiam poſtea deprehendi ſentire Jacob: Salianum, num. 99. ad finem.* (s) *In pſalmum 118. ſermone 5. ſuper verſ. 6.* (t) *2. Timoth. 3. v. 8.* (u) *Malachiæ c. 2. v. 12.* (vv) *Palladius, hiſtoriæ Lauſiacæ capit. 19. Et reperitur apud Heribertum Rosvveydum, l. 8. vitæ Patrum. pag. 722. de S. Macario Alexandrino.* (x) *Pſalmo 23. verſ. 1.* (y) *Aggai 2. v. 9. Porrò*, de Gratia, populo divinitus collatâ, *ut eum Ægyptii ultrò rogitarent, incitaréntque; ut fidentiùs peteret, quidquid liberet; vide Thom. Cajetan. in 12. Exodi.* (z) *Cajetan. in illud Exodi 13. v. 18.* Et Armati aſcenderunt filii Iſraël, de terra Ægypti.

(Aa) *Vi-*

Ruina Pharaonis Cenchris.

(Aa) *Vide Jacobum Salian: in annum mundi 2544. n. 154. & alibi, tom. 1.* (bb) *Exodi 12. verſ. 12. & Numeror. 33. v. 4. & S. Hieronymus, epiſtolâ ad Fabiolam, de 42. manſionibus. Nicolaus de Lyra, Toſtatus, Cajet. in c. 12. Exodi.* (cc) *Vide Salianum, in eundem Mundi annum, à numero 172.* (dd) *Vide Adrichomii Tabulam deſerti Pharan: & ejusdem numerum 105. ex Guilielmo Tyrio.* (ee) *Tilemannus Stella, Sigenenſis, in Palæſtinæ nova deſcriptione.* (ff) *Apud Euſebium,* ϛρατȣ̃ μυριάδες ἑκατόν. (gg) *Q. Curtius libr. 8. c. 9. & l. 10. c. 1. videri poteſt. ubi ait; ab* Erythro *rege, non;* ἀπὸ χρώματος ἐρυθρȣ̃, *hoc eſt,* colore rubro, *ſic eſſe nominatum* mare Rubrum: *è quo, tanquam à magno corpore brachium, Sinus hic Arabicus deſcendit: ideóque & ejusdem nominis communione, ſacros apud Scriptores, adſpergitur. Vide & Arriani* Periplum, *apud Ortelium expreſſum; de* mari Erythræo. (hh) *Exodi 14. cap. v. 16. & 21. in unum conciliatis: propter nonneminem, qui, in diviſione maris Rubri,* Elevationem virgæ, *non agnoſcere videtur. Mihi autem & in* Reductione *maris, interveniſſe* Virgam, *ſatis certum eſt: cùm ei paſſim Deus, ut* Inſtrumento, *pleraque Moſis & Aaronis* miracula *voluerit alligata.* (ii) *Hebræi, apud Fagium, in expoſitione Chaldaica*

Ruina Pharaonis Cenchrit.

daicæ Paraphraſeos: & Genebrard. in Chronico Toſtatus quoque, defendit, apud Salianum, anno 2544. num. 225. Et nos, his diebus, Tabulam *vidimus* Geographicam: *in qua ſic expreſſus erat* Rubri maris *tranſitus; ut ibi, nõ immeritò,* Rabbinorum fabulas, *Scripturæ claris teſtimoniis refutabiles, irrideremus. Nimirũ, falluntur hi argumentô, quod ex voce* Etham *petunt. Ineruditè! cùm longè latéq; ſe deſertũ illud extendat: ut in Pharaonis hac ipſa enarratione diſſero. Prætereáq;, ſic dici* locus *etiam quidã minor potuerit: perinde, ut aliis multis contingit; nominatímq;* Aſiæ; *quæ &* Minoris *eſt, &* Majoris *Aſiæ, quin &* Paludis, *nomẽ. Sic igitur &* Ethan, *quà vergit ad Ægyptum,* exiguus tractus: *eandẽ cum* ſpatioſo Deſerto *potuit appellationem ſortiri. Porrò longè hîc magis exſibilandi* quidam *Profani* ſcriptores ſunt: qui Tranſitum *hunc* Sinûs Arabici, *non* Miraculo, *ſed* Æſtui marino, *introrſum refugienti, tribuere ſunt auſi.* Impiè pariter, & ſtolidè! *Illud; quia veritati biblicæ manifeſtè reluctantur: Iſtud autẽ; quòd, à condito mundo, nemo unquam* Æſtum *vidit* marinum, *aquis utrimq;, murorum inſtar, inſurgentibus: alveúmq; medium pervium relinquentẽ.* Adeant *hi* mare; diſcántq;, nõ delirare: *vel, è delirio, poſt hauſtã Sacram Sapientiam, reſipiſcere.*

Ruina Pharaonis Cenchris.

RUINA X.

Quæ fuit,

SEDITIOSORUM CORITARUM.

BREVIARIUM CAPITUM.

I. *Ex Ægypto educti, Iſraëlitæ; per loca Deſerti Arabici ſqualida, annis XL. tendunt in* Terram-Promiſſam. *Deſerti illius topographia exacta; lectúque facilior, quàm expertu. Eâ cauſsâ, crebræ gentis Hebrææ querelæ, murmura, ſeditiones: quarum nonnullæ memorantur. Ex omnibus autem, præcipua, quæ* Seditioſorum *fuit* Coritarum, *narranda ſuſcipitur.*

II. *Moſis, & Aaronis, ingens, apud populum Hebræum, nomen, culmen, auctoritas: Aaronis quoque Sacerdotium, non egenum, aut inglorium; invidorum oculos vulnerabant. Et, licèt Deus, utriusque ſe tutorem ac vindicem præberet; in eos tamen murmura crebra volitabant:* Coræque *potiſſimùm, hominis ambitioſi; Cujus Oratio querula apponitur. Hic, alios tres adjungit ſibi; & hi ſimùl, quàm plurimos alios, turbarum auctores, è primis. Hi, per deſtina-*

tos,

tos, ſummâ diſſimulatione, Moſis & Aaronis acta obſervantes; eis abrogare magiſtratum tentant: & ſeipſos eis ſubrogare. Quâ Cauſsâ, ſacra vaſa ſibi clam fabricant:

III. *Seditionis conſilia, diu volutata; tandẽ evomunt, manſione, vigeſimâ quartâ.* Core, *cum conjuratis, Moſen, & Aaronem, acerbâ oratione, interpellat: cæteriſque clamore ſuo dicta illius approbantibus, populi concurſum excitat.*

IV. *Irato* Coræ, *ſeditioſiſque, non reſpondet Moyſes priùs, quàm, Deo per preces, intrà tabernaculum, conſulto. Dathan, & Abiron, non exſpectato reſponſo, diſcedunt. Moſes, tabernaculo digreſſus,* Coritarum *querelam craſtini diei judicio divino reſervatã, dicit. apportari ſua, à ſingulis, thuribula jubet: & in* Coren, *ac Levitarum inſolentiam, pro meritis, invehitur.*

V. *Dathánem, & Abirónem, homines tribûs Rubenitica, Moſes, per internuntios, citat. Illi,* Corâ *ferociores, non modò, ſe venturos negant: ſed inſuper oratione, contumeliarum plenâ, Moſen abſentem lacerant;* tyrannum *obliquè nominant: ac Terram præſertim, lacte & melle manantem, ab ea toties promiſſam, exprobrant. Iis graviter offenſus Moſes, Deum rogat; ne reſpiciat eorum Sacrificia: eundémque, Innocentiæ ſuæ teſtem, invocat.* Coren *deniq; iterum,*

Ruina Coritarum.

ut antè, cum ſuis, poſtridie comparere, ad tabernaculum, jubet.

VI. Core, *nocte ſequente, cum ſociis conſilii ſui, caſtra, quantùm poteſt, univerſa concitat; adversùs Moſen, & Aaronem: fruſtra dehortantibus eum* tribus filiis; *qui patris* Seditioni *non adhæſerunt. Manè convenitur ad tabernaculum dominicum. Adſunt, & Cores, & conjurati plerique: Dathane & Abirone, abſentibus. Pro partibus Moſis, & Aaronis, ſtat, ac loquitur, Dei vice fungens, Angelus. Hic, terribili voce,* ſeditioſis *primò minatur interitum. Deinde, Moſis, & Aaronis, precibus nonnihil mitigatus,* Separari *jubet,* inſontes à reis. *Ad Dathanem & Abironem Moſes abit; ut eos à pravitate revocet. Sed, ab iis ſpretus, perniciem illis indicit: cæteros, ab eis ſeparari jubet: cui plurimi, necdum parent: & inſuper, de tentoriorum oſtiis, eum, ac minas denuntiatas, irrident. Moſis proteſtatio ſequitur; ſe nihil hucusque, niſi Divinis auſpiciis, ac monitis, geſſiſſe. Ejus veritatis teſtem fore, terræ hiatum; qui calumniatores ſuos eſſet abſorpturus. Idq; continuò evenit:* Coræ tribus filiis *incolumibus. Cæteros, cum omnibus ſuis, hauſit* Infernus.

VII. *Terror, & fuga populi, ex interitûs* Coritarum *aſpectu, deſcribitur. Ad tabernaculum inte-*

Digitized by Google

interim ducenti quoque, & quinquaginta illi viri cum thuribulis ſuis ſtantes; igne conſumuntur. Æs thuribulorum, in laminas redactum, altari affigitur: & prunæ diſperguntur. Hebræi *tamen*, peſſima contumaciſſimáque gens, *necdum quieſcunt: ſed, nocte proximâ, maledictis, in Moſen & Aaronem, quin & in Deum ipſum querelis, inſurgunt. Manè poſtero, novâ, & graviore, concitatâ* Seditione; *fratres duos, ut* homicidas, *calumniantur; & ab eorum cæde, jam vix manus abſtinent. Tutatur eos tamen Deus: &* Angelus, *nube coopertos, ac nebulâ, furentibus eos eripit. Multitudinem autem* Seditioſam, *alia flamma prodigioſa, perdere incipit; ad internecionem perditura: niſi, miſſus à Moſe, Aaron, arrepto thuribulo aureo, precibúſque interpoſitis, Iracundiam Dei vindicem placâſſet. Numerus*, Seditionibus *his deletorum, ingens, apponitur: &, de* Aaronis-Virga, *in tabernaculo Domino ſtoreſcente; cæteris virgis aridis relictis.*

VIII. Coritarum, *ut ſempiternus, ſic juſtus eſt, Interitus: ut, qui MOSEN, hominum patientiſſimum, diris modis exercuerint: omni potiùs amore dignum; propter illa, quæ fecit, & quæ paſſus eſt, pro Salute Hebræorum. Eum, ut magiſtratuum, ac remigiminum cunctorum, vivũ*

 exem-

Ruina Coritarum.

exemplar, *inſpiciant* Regentes. Paveant contrà, qui quoscunq; Moſis imitatores, *ac poteſtate fungentes*, Coritarum *more, deſpiciunt, turbāt, exaſperant, in mœrorem conjiciunt. Quod faciunt, Juventus immorigera, & ſuperba: Sed magis, Hæretici, Summi Capitis Eccleſiaſtici magiſtratum deteſtantes; &, ad exemplum* Coræ, *Sibi ipſis*, Populus Sanctorum, *rectore non indigentes. Quanta ſit ambitionis, & Invidiæ, flamma; quámq; noxia: præterea, Linguæ criminatricis, quàm latè ſerpat, & quàm petulanter, incendium; oſtenditur,* è Coræ, *Seditioſorúmque collegarum, initiis, progreſſu, ac fine.*

RUINA
SEDITIOSORUM
CORITARUM.

(I.)

DEMERSIS Arabico Sinu, cum ipſo Pharaone, turmis cohortibúsque Pharaonis; MOSES, &, præ Moſe, ductor *Angelus*, qui populum, omni ſine clade, transportârant, ingentem apud Iſraëlitas ſibi fidem auctoritatémque comparaverunt. (*a*) Unde factum eſt; ut, quocunque deinceps locorum ac regio-

gionum traherentur; ſecuturos ſe promptis animis ac pedibus, præſeferrent. Sed, ut *mobile pleriſque mortalium* eſſe ſolet *ingenium: longè verò mobiliſſimum, Hebrææ nationi*: promptitudinis illius, & obſequii, conſtantiam tenuêre, non diuturnam; multò minùs, perpetuam. *Mutavit eorum mentes mutata locorum facies*; ab Ægyptiæ terræ cultâ formâ plurimùm abludens. Ducebantur (& hoc, *per annos quadraginta*) ſqualidiſſimis *Arabiæ Petrææ* ſolitudinibus; præcipuéque *Deſertô Pharánico*. Cujus, qui nunc quoque loca, religionis ſtudiô, peregrini luſtrant, ità naturam deſcribunt: ut, *Hodæporicorum* ſuorum lectione, non tam invitare quenquam, ad itineris imitationem, quàm, ex compoſito deterrere, velle videantur. (*b*) Non illic ferè planta, vel arbor ulla, vel aliud, è terra gignentium: non gleba, culturæ capax, aut ceſpes uſquam: non aquæ facilè, ſive fontanæ, ſive cœleſtes: ac torrentium ipſorum, crebra quidem, ſed *nomina* tamen veriùs, quàm *flumina*. Frequentes, & in cœlum uſque porrecti, ſcopuli; præcipitéſque valles: ſerpentium monſtris, ac vermium ſordibus, inamœnæ. Quâ verò planitiem (ut crebrò) natura viatoribus expandit; illic ſterili cuncta ſabulô, profundiſſimíſque fluctuant arenîs:

Ruina Coritarum.

nis: periculoſa magis, quàm pervia; ſimulac, è vicino mari, ventorum vis incubuerit iracundior. Inhumanum dictu; ſed verum! Inhabitabile ſolum; non victu, non amictu; non ab cœlo, propitium homini, non ab humo. Quibus orîs, non urbs, non oppidum; non pagus, vicúsve; nec domus aut mapale, ſit obvium. Ad ſummam! ubi nec animantibus in terra pabulum; nec volantibus in aëre ſpem ſobolis, ac nidi; neque feſſis de via tectum, aut latibulum, ad quietem; denique, Nihil omnino viventibus, niſi funeſtam *Mortis Imaginem* (*c*), offerri, deprehendas. *Compendium inhoſpitalis* tractûs eſt; *amplitudo deſertæ regionis* ipſa, compendii neſcia: quippe, quam, qui diligenter obière, non repererint, qualis ab ignaris vulgò deſcribitur, *paucorum dierum, & expeditionis menſtruæ*: ſed longitudinis latitudiniſque, quæ vel ipſi *Germaniæ*, regionum Europæ Spatioſiſſimæ, certare queat. ne dicam (quod nonnemo tamen ſcripſit) *etiam ſuperari* Germanias ab ejus *magnitudine* Deſerti: quáque vergunt ad Orientem, in immenſum excurrere ſqualentes illos locos. (*d*) Id utut eſt; *horridas* fuiſſe plagas illius, tam telluris, quàm cœli, nullius eſt controverſiæ: nec, niſi mitigata divinitus aſpera fuiſſent, tantæ, tot millium, ac myriadum, mul-

multitudini, tolerabilis futura. Sed *lenivit* incommodorum pléraque; multa quoque *ſuſtulit*, aut emendavit, Dei paterna *Providentia*. Nam Hebræis oberrantibus (ut ſæpe jam dictum eſt) ductorem dedit *Angelum*: ambigentibus, directorem Moſen, & Oraculum: ſacrificaturis, Pontificem Aaronem: famentibus, cœleſtem *Mannæ* cibum: ſiti confectis, aquas dulces, & vivos è ſcopulis fontes: arſuris æſtu Solis, nubis ingens umbraculum: nuditate laboraturis, veſtium inviolatam durationem: deſtitutis ope medicâ, corporum firmitatem: ſerpentum morſu percuſſis, ex *æneo Serpente* ſanitatem: domo carentibus, incorruptarum pellium tentoria: vagis, in exilio medio, patriæ nonnullam faciem: nihil-habentibus denique, *ſemetipſum* impendit; hoc eſt, *Omnia*. Quo factum; ut, ſi verè ſe, ſuáque bona, noviſſent æſtimare: deſiderare nihil, niſi modeſtiam ſuam, bonámque mentem, potuerint. Sed videlicet, *cupiditati, diverſis priùs illecebris imbutæ, præſentium rerum nulla ventrem implet*. Ægyptus illis, & *ollæ*, coctâ carne bullientes; porrúmque, *cum alliis*; ac cepæ, cum cæteris hortorum cupediis, hærebant in deſideriis. Indè, *quintis* ſtatim à ſtativis; cùm *Aquas* in *Mara* dulces non reperiſſent: adversùs Moſen, ſuper

Ruina Coritarum.

lecto: perpetratóque adulterio, cùm jam illuxiſſet, & agnitus eſſet, diſceſſiſſe; muliere fœdè illusâ. Ex eo autem ſtupro ortum, ajunt, puerum, qui poſtea, in Caſtris Arabici deſerti, Deo maledixit, (*Levitici capite 24. v. 10.*) Deique imperio; lapidibus eſt obtectus. Salomitham porrò, fraudis agnitâ fœditate, reverſo marito vero, tantum facinus non ſiluiſſe. Hunc Zelotypiæ furore concitatum, cum uxoris adultero graviter expoſtulâſſe. Sed Ægyptium, tanquam injuriam accepiſſet, ac non ipſe prior intuliſſet; in Hebræum ultrò, gravitérque, non verbis modò, ſed inflictis etiam verberibus, invectum eſſe. Cui cùm opprimendo par non eſſet Iſraëlites, ſuperveniſſe casù Moſen. Hunc, intellectâ jurgii cauſsâ, reum (auctoritate ſibi à Deo tacitè conceſsâ) interfeciſſe. *Iſtam Matthæus Abulenſis narrationem haud improbat: in caput 2. Exodi, v. 12. commentans.* (n) *Felix Fabri, in Itinerario ſuo Syriaco Werlini Zimmerenſis fol. 163. ubi ait;* **der Berg** (*Sina,* **oder/** *S. Catharinæ*) **iſt zweymal höher / dann der Berg** *Oreb. Vide etiam Adrichomium, in deſcriptione deſerti Pharan, numero 92.* (o) *Angelum fuiſſe, Fidei Divinæ veritas eſt, ex capit. 7. Actor. Apoſtol. v. 30. De* Michaële, *vide Pererium, & Salian. in ann. Mundi 2543. num. 36.*

Qui-

Ruina Pharaonis Cenchris.

Quidam, Dei filium *fuiſſe*, (*quippe & ipſum* Magni Conſilii Angelum) *quondam crediderunt. Sed nunc de* Angelo Creato, *receptior paſſim opinio invaluit. Vide Salian. loco cit. n.* 35. (p) *Hæc, de Aaronis conſilio, ſuper Sephoræ dimiſſione, ad tempus; Salianus ventilat, ann. Mundi, 2543. à numero 86. uſque ad 88. excluſivè.* (q) *Geneſ. 15. v. 13.* (r) *Aliarum* Palearum *uſum, ad incendendas fornaces, quibus láteres coquebantur, S. Bernardus credidit. Sed iſte, quem pono, veriſimilior videtur; ut, qui, noſtris etiam in regionibus* (*ſicut ſæpe cernimus*) *vigeat: ad conſtringendum firmiùs inter ſe, lutum, & glaream. Sic etiam poſtea deprehendi ſentire Jacob: Salianum, num. 99. ad finem.* (s) *In pſalmum 118. ſermone 5. ſuper verſ. 6.* (t) *2. Timoth. 3. v. 8.* (u) *Malachiæ c. 2. v. 12.* (vv) *Palladius, hiſtoriæ Lauſiacæ capit. 19. Et reperitur apud Heribertum Rosvveydum, l. 8. vitæ Patrum. pag. 722. de S. Macario Alexandrino.* (x) *Pſalmo 23. verſ. 1.* (y) *Aggai 2. v. 9. Porrò*, de Gratia, populo divinitus collatâ, *ut eum Ægyptii ultrò rogitarent, incitaréntque; ut fidentiùs peteret, quidquid libéret; vide Thom. Cajetan. in 12. Exodi.* (z) *Cajetan. in illud Exodi 13. v. 18.* Et Armati aſcenderunt filii Iſraël, de terra Ægypti.

(Aa) *Vi-*

Ruina Pharaonis Cenchris.

(Aa) *Vide Jacobum Salian: in annum mundi 2544. n. 154. & alibi, tom. 1.* (bb) *Exodi 12. verſ. 12. & Numeror. 33. v. 4. & S: Hieronymus, epiſtolâ ad Fabiolam, de 42. manſionibus. Nicolaus de Lyra, Toſtatus, Cajet. in c. 12. Exodi.* (cc) *Vide Salianum, in eundem Mundi annum, à numero 172.* (dd) *Vide Adrichomii Tabulam deſerti Pharan: & ejusdem numerum 105. ex Guilielmo Tyrio.* (ee) *Tilemannus Stella, Sigenenſis, in Palæſtinæ nova deſcriptione.* (ff) *Apud Euſebium,* ςρατȣ̃ μυριάδες ἑκατόν. (gg) *Q. Curtius libr. 8. c. 9. & l. 10. c. 1. videri poteſt. ubi ait; ab* Erythro *rege, non,* ἀπὸ χρώματος ἐρυθρȣ̃, *hoc eſt,* colore rubro, *ſic eſſe nominatum* mare Rubrum: *è quo, tanquam à magno corpore brachium, Sinus hic Arabicus deſcendit: ideóque & ejusdem nominis communione, ſacros apud Scriptores, adſpergitur. Vide & Arriani* Periplum, *apud Ortelium expreſſum; de* mari Erythræo. (hh) *Exodi 14. cap. v. 16. & 21. in unum conciliatis: propter nonneminem, qui, in diviſione maris Rubri,* Elevationem virgæ, *non agnoſcere videtur. Mihi autem & in* Reductione *maris, interveniſſe* Virgam, *ſatìs certum eſt: cùm ei paſſim Deus, ut* Inſtrumento, *pleraque Moſis & Aaronis* miracula *voluerit alligata.* (ii) *Hebræi, apud Fagium, in expoſitione Chal-*

daica

Ruina Pharaonis Cenchris.

daicæ Paraphraſeos: & Genebrard. in Chronico Toſtatus quoque, defendit, apud Salianum, anno 2544. num. 225. Et nos, his diebus, Tabulam *vidimus* Geographicam: *in qua ſic expreſſus erat* Rubri maris *tranſitus; ut ibi, nō immeritò,* Rabbinorum fabulas, *Scripturæ claris teſtimoniis refutabiles, irrideremus. Nimirũ, falluntur hi argumentô, quod ex voce* Etham *petunt. Ineruditè! cùm longè latéq; ſe deſertũ illud extendat: ut in Pharaonis hac ipſa enarratione diſſero. Prætereáq;, ſic dici* locus *etiam quidā minor potuerit: perinde, ut aliis multis contingit; nominatímq;* Aſiæ; *quæ &* Minoris *eſt, &* Majoris *Aſiæ, quin &* Paludis, *nomẽ. Sic igitur &* Ethan, *quà vergit ad Ægyptum,* exiguus tractus; *eandẽ cum* ſpatioſo Deſerto *potuit appellationem ſortiri. Porrò longè hîc magis exſibilandi* quidam *Profani* ſcriptores ſunt: qui Tranſitum *hunc* Sinûs Arabici, *non* Miraculo, *ſed* Æſtui marino, *introrſum refugienti, tribuere ſunt auſi.* Impiè pariter, & ſtolidè! *Illud; quia veritati biblicæ manifeſtè reluctantur: Iſtud autẽ; quod à condito mundo, nemo unquam* Æſtum *vidit* marinum, *aquis utrimq;, murorum inſtar, inſurgentibus: alveúmq; medium pervium relinquentẽ.* Adeant *hi* mare; diſcántq;, nō delirare: *vel, è delirio, poſt hauſtā Sacram Sapientiam, reſipiſcere.*

Ruina Pharaonis Cenchris.

RUINA X.

Quæ fuit,

SEDITIOSORUM CORITARUM.

BREVIARIUM CAPITUM.

I. *Ex Ægypto educti, Iſraëlitæ; per loca Deſerti Arabici ſqualida, annis XL. tendunt in* Terram-Promiſſam. *Deſerti illius topographia exacta; lectúque facilior, quàm expertu. Eâ cauſsâ, crebræ gentis Hebrææ querelæ, murmura, ſeditiones: quarum nonnullæ memorantur. Ex omnibus autem, præcipua, quæ* Seditioſorum *fuit* Coritarum, *narranda ſuſcipitur.*

II. *Moſis, & Aaronis, ingens, apud populum Hebræum, nomen, culmen, auctoritas: Aaronis quoque Sacerdotium, non egenum, aut inglorium; invidorum oculos vulnerabant. Et, licèt Deus, utriusque ſe tutorem ac vidicem præberet; in eos tamen murmura crebra volitabant:* Coræque *potiſſimùm, hominis ambitioſi; Cujus Oratio querula apponitur. Hic, alios tres adjungit ſibi; & hi ſimùl, quàm plurimos alios, turbarum auctores, è primis. Hi, per deſtinatos,*

ros, ſummâ diſſimulatione, Moſis & Aaronis a-ʼcta obſervantes; eis abrogare magiſtratum ten-tant: & ſeipſos eis ſubrogare. Quâ Cauſsâ, ſa-cra vaſa ſibi clam fabricant:

III. *Seditionis conſilia, diu volutata; tan-dẽ evomunt, manſione, vigeſimâ quartâ.* Core, *cum conjuratis, Moſen, & Aaronem, acerbâ ora-tione, interpellat: cæteríſque clamore ſuo dicta illius approbantibus, populi concurſum excitat.*

IV. *Irato* Coræ, *ſeditioſíſque, non reſpondet Moyſes priùs, quàm, Deo per preces, intrà taber-naculum, conſulto. Dathan, & Abiron, non ex-ſpectato reſponſo, diſcedunt. Moſes, tabernacu-lo digreſſus,* Coritarum *querelam craſtini diei judicio divino reſervatã, dicit. apportari ſua, à ſingulis, thuribula jubet: & in* Coren, *ac Le-vitarum inſolentiam, pro meritis, invehitur.*

V. *Dathánem, & Abirónem, homines tribûs Rubeniticæ, Moſes, per internuntios, citat. Illi,* Corâ *ferociores, non modò, ſe venturos negant: ſed inſuper oratione, contumeliarum plenâ, Moſen abſentem lacerant;* tyrannum *obliquè nominant: ac Terram præſertim, lacte & melle manantem, ab ea toties promiſſam, exprobrant. Iis graviter offenſus Moſes, Deum rogat; ne re-ſpiciat eorum Sacrificia: eundémque, Innocen-tiæ ſuæ teſtem, invocat.* Coren *deniq; iterum,*

Ruina Coritarum.

Digitized by Google

ut antè, cum ſuis, poſtridie comparere, ad tabernaculum, jubet.

VI. Core, *nocte ſequente, cum ſociis conſilii ſui, caſtra, quantùm poteſt, univerſa concitat; adversùs Moſen, & Aaronem: fruſtra dehortantibus eum* tribus filiis; *qui patris* Seditioni *non adhæſerunt. Manè convenitur ad tabernaculum dominicum. Adſunt, & Cores, & conjurati plerique: Dathane & Abirone, abſentibus. Pro partibus Moſis, & Aaronis, ſtat, ac loquitur, Dei vice fungens, Angelus. Hic, terribili voce,* ſeditioſis *primò minatur interitum. Deinde, Moſis, & Aaronis, precibus nonnihil mitigatus,* Separari *jubet,* inſontes à reis. *Ad Dathanem & Abironem Moſes abit; ut eos à pravitate revocet. Sed, ab iis ſpretus, perniciem illis indicit: cæteros, ab eis ſeparari jubet: cui plurimi, necdum parent: & inſuper, de tentoriorum oſtiis, eum, ac minas denuntiatas, irrident. Moſis proteſtatio ſequitur; ſe nihil hucusque, niſi Divinis auſpiciis, ac monitis, geſſiſſe. Ejus veritatis teſtem fore, terræ hiatum; qui calumniatores ſuos eſſet abſorpturus. Idq; continuò evenit:* Coræ tribus filiis *incolumibus. Cæteros, cum omnibus ſuis, hauſit* Infernus.

VII. *Terror, & fuga populi, ex interitûs* Coritarum *aſpectu, deſcribitur. Ad tabernaculum inte-*

Digitized by Google

interim ducenti quoque, & quinquaginta illi viri cum thuribulis ſuis ſtantes; igne conſumuntur. Æs thuribulorum, in laminas redactum, altari affigitur: & prunæ diſperguntur. Hebræi *tamen*, peſſima contumaciſſimáque gens, *necdum quieſcunt: ſed, nocteproximâ, maledictis, in Moſen & Aaronem, quin & in Deum ipſum querelis, inſurgunt. Manè poſtero, novâ, & graviore, concitatâ* Seditione; *fratres duos, ut* homicidas, *calumniantur; & ab eorum cæde, jam vix manus abſtinent. Tutatur eos tamen Deus: &* Angelus, *nube coopertos, ac nebulâ, furentibus eos eripit. Multitudinem autem* Seditioſam, *alia flamma prodigioſa, perdere incipit; ad internecionem perditura: niſi, miſſus à Moſe, Aaron, arrepto thuribulo aureo, precibúsque interpoſitis, Iracundiam Dei vindicem placâſſet. Numerus,* Seditionibus *his deletorum, ingens, apponitur: &, de* Aaronis-Virga, *in tabernaculo Domino ſtoreſcente; cæteris virgis aridis relictis.*

VIII. Coritarum, *ut ſempiternus, ſic juſtus eſt, Interitus: ut, qui MOSEN, hominum patientiſſimum, diris modis exercuerint: omni potiùs amore dignum; propter illa, quæ fecit, & quæ paſſus eſt, pro Salute Hebræorum. Eum, ut magiſtratuum, ac remigiminum cunctorum, vivū*

 exem-

Ruina Coritarum.

exemplar, *inſpiciant* Regentes. Paveant contrà, qui quoscunq; Moſis imitatores, *ac poteſtate fungentes*, Coritarum *more*, *deſpiciunt*, *turbãt*, *exaſperant*, *in mœrorem conjiciunt*. *Quod faciunt*, *Juventus immorigera*, *& ſuperba*: *Sed magis*, *Hæretici*, *Summi Capitis Eccleſiaſtici magiſtratum deteſtantes*; *&*, *ad exemplum* Coræ, *Sibi ipſis*, Populus Sanctorum, *rectore non indigentes*. *Quanta ſit ambitionis*, *& Invidiæ*, *flamma*; *quámq; noxia*: *præterea*, *Linguæ criminatricis*, *quàm latè ſerpat*, *& quàm petulanter*, *incendium*; *oſtenditur*, è Coræ, *Seditioſorúmque collegarum*, *initiis*, *progreſſu*, *ac fine*.

RUINA
SEDITIOSORUM
CORITARUM.

(I.)

DEMERSIS Arabico Sinu, cum ipſo Pharaone, turmis cohortibúsque Pharaonis; MOSES, &, præ Moſe, ductor *Angelus*, qui populum, omni ſine clade, transportârant, ingentem apud Iſraëlitas ſibi fidem auctoritatémque comparaverunt. (*a*) Unde factum eſt; ut, quocunque deinceps locorum ac regio-

gionum traherentur; ſecuturos ſe promptis animis ac pedibus, præſeferrent. Sed, ut *mobile pleriſque mortalium* eſſe ſolet *ingenium: longè verò mobiliſſimum, Hebrææ nationi*: promptitudinis illius, & obſequii, conſtantiam tenuêre, non diuturnam; multò minùs, perpetuam. *Mutavit eorum mentes mutata locorum facies*; ab Ægyptiæ terræ cultâ formâ plurimùm abludens. Ducebantur (& hoc, *per annos quadraginta*) ſqualidiſſimis *Arabiæ Petrææ* ſolitudinibus; præcipuéque *Deſertô Pharánico*. Cujus, qui nunc quoque loca, religionis ſtudiô, peregrini luſtrant, ità naturam deſcribunt: ut, *Hodæporicorum* ſuorum lectione, non tam invitare quenquam, ad itineris imitationem, quàm, ex compoſito deterrere, velle videantur. (*b*) Non illic ferè planta, vel arbor ulla, vel aliud, è terra gignentium: non gleba, culturæ capax, aut ceſpes uſquam: non aquæ facilè, ſive fontanæ, ſive cœleſtes: ac torrentium ipſorum, crebra quidem, ſed *nomina* tamen veriùs, quàm *flumina*. Frequentes, & in cœlum uſque porrecti, ſcopuli; præcipitéſque valles: ſerpentium monſtris, ac vermium ſordibus, inamœnæ. Quâ verò planitiem (ut crebrò) natura viatoribus expandit; illic ſterili cuncta ſabulô, profundiſſimíſque fluctuant are-

 nîs:

Ruina Coritarum.

Digitized by Google

multitudini, tolerabilis futura. Sed *lenivit* incommodorum pléraque; multa quoque *ſuſtulit*, aut emendavit, Dei paterna *Providentia.* Nam Hebræis oberrantibus (ut ſæpe jam dictum eſt) ductorem dedit *Angelum*: ambigentibus, directorem Moſen, & Oraculum: ſacrificaturis, Pontificem Aaronem: famentibus, cœleſtem *Mannæ* cibum: ſiti confectis, aquas dulces, & vivos è ſcopulis fontes: arſuris æſtu Solis, nubis ingens umbraculum: nuditate laboraturis, veſtium inviolatam durationem: deſtitutis ope medicâ, corporum firmitatem: ſerpentum morſu percuſſis, ex *æneo Serpente* ſanitatem: domo carentibus, incorruptarum pellium tentoria: vagis, in exilio medio, patriæ nonnullam faciem: nihil-habentibus denique, *ſemetipſum* impendit; hoc eſt, *Omnia.* Quo factum; ut, ſi verè ſe, ſuáque bona, noviſſent æſtimare: deſiderare nihil, niſi modeſtiam ſuam, bonámque mentem, potuerint. Sed videlicet, *cupiditati, diverſis priùs illecebris imbutæ, præſentium rerum nulla ventrem implet.* Ægyptus illis, & *ollæ*, coctâ carne bullientes; porrúmque, *cum alliis*; ac cepæ, cum cæteris hortorum cupediis, hærebant in deſideriis. Indè, *quintis* ſtatim à ſtativis; cùm *Aquas* in *Mara* dulces non reperiſſent: adversùs Moſen, ſuper

 potûs

Ruina Coritarum.

potûs amaritie, coortum eſt murmur. Mox, in deſerto Sinæo, *panis*, & edendæ *carnis*, cupiditas; coturnicum agminibus, ad nauſeam uſque, ſemel iterúmque, ſatiata; tandem etiam plurimorum ſtrage caſtigata; quorum voracia cadavera devoraverunt *Sepulcra-Concupiſcentiæ*. Querelæ præterea, ſuper Moſis, in monte Sinæo, diuturnâ cum Deo morâ: quas illi querelas *aurei vituli* ſacrilego cultu, laſcivíſque, circùm eum, choréis, cumulárunt. Tum, miſſis, è Cadesbarna, Palæſtinæ-regionis-exploratoribus, & eodem redeuntibus: poſtquam ex iis didicerunt gentium illarum, urbiúmque, firmitatem; quantum non caſtris turbatum, ac tumultuatum eſt, univerſis? Ad ſummam; *Manſiones* numerare poſſumus, & expeditionis, in Palæſtinam, *annos*. Hujus quidem, annos quadraginta; Manſiones verò quadraginta duas. *Murmurationes* tantùm, concitatæque multitudinis furores, numerare vix quis poſſit. Sed inter omnes populi *ſeditiones*, inprimis eminuit illa; quæ *Coritarum*, à duce conjurationis, nomen accepit. Hujus ego principium, & cauſſas, unà cum exitu, plurimùm ſtupendo, quantâ potero brevitate, referam: ad alias, quæ ſuperſunt innumerabiles, *Ruinas* ſtylo feſtinans. Hæc igitur, in hunc, quem explanabo, modum, geſta res eſt.

II. *Aa-*

Ruina Coritarum.

Digitized by Google

II. *Aaronem* Deus ſupremum Sacrorum Pontificem; *Moſen* verò, tum *Civilium* cauſſarum *Judicem*, tum *divinæ* quoque *voluntatis Internuntium*, declarârat. Moſi ſucceſſorem deſtinârat, in æterna mente, *Joſuam*, Nuni filium; promulgaturus eum, cùm ità tempus popoſciſſet. At Aaroni, voluit, ſiquando vivis eximeretur, ab Eleazaro filio ſuccedi. Quódſi mortalitatem & hic explêſſet; à Phinea, Pontificis Aaronis nepote, Sacerdotium obiri ſummum juſſit: ac deinceps à cæteris, rectâ ſerie generis ab Aarone deſcenſuris. Porrò, Moſes eos, divinîs, & juſſis, & ritibus, inaugurarat: fratrem videlicet, ac nepotes, frater, ac patruus. Idem etiam decrêrat; eorundem eſſe, jure perpetuò, non tantùm eorum, quæ populus offerret, ac ſacrificaret, partes, primitias, decimas: ſed *Leviticum* omne nomen; addicente, donantéque, Deo. (*c*) Magnum hoc, & ſplendidum erat, *Aaroni*. Lucroſum quoque (ſi præſertim, & populi pietas olim, & opes, creſcerent) Pontificatui, ſacerdotióque, futurum id erat: populô victimîs ſuis Aaronitas, omniúmq; facultatum ſuarum communicatione, ditaturo. Quod enim illis offerrent; hoc ipſi *Deo* datum fore, nec immeritò, ſibi fuerant perſuaſuri. Conciliâret quoque Numen *fratribus duobus*, auctoritatis incre-

Ruina Coritarum.

incrementum ingens: alteri quidem illorum, quoties Sacerdotium obiret, veſtimentorum, omnis pretii ſplendoríſque, pompam circumponendo; tanquam in eo, *Sacrorum* quendam *Regem*, non *miniſtrum*, aſpiceres: alterius autem, omnium hominum mitiſſimi ſanctiſſimíque, conſuetudine familiariter utendo; læsámq; viri dignitatem acerrimè vindicando. Quippe, neque factum ullum, neque dictum, adversùs *Moſen*, inclementius, impunè quisquam tulit: cùm alios quidem, cœlô dejectus ignis, aut ab hoſtibus inflicta clades; alios, ut minimùm, labes aliqua corporum, aut infamia, caſtigaret. Inter quos, ne *Mariæ* quidem, germanæ Moſis, eſt parſum: quin ea motam, ſuper uxore Madianitide, querelam, fratríſque contemptum nonnullum, extemporali leprâ, ſeptiduíque de caſtris proſcriptione, lueret. Hæc igitur, aliáque talia complura, *fratribus*, quos dixi, *duobus*, inprimíſque *Moſi*, reverentiam ingentem, tanquam præſidium quoddam prætorianum, circumdederant: nequis in eum deinceps temerè tentaret incurrere; niſi, Deo vindici dare pœnas, amaret. Itaque, tametſi jam olim nonnullos malè, fratrum hæc majeſtas, haberet; homines, alienæ dignitatis invidiâ tabeſcentes, & gloriæ paris ambitione vecordes: non audebant illi tamen;

Ruina Coritarum.

men, tam, & crebris, & recentibus, aliorum ſuppliciis repreſſi, meditatum in ſcelus proſilire. Conſilia tantiſper inter ſe, turbarúmque molimina, coquebant: novarum ſimùl rerum adminicula quærentes plura; ſociis aliis ſuper alios adſciſcendîs. Univerſi porrò motûs principium, capútque, *Cores* fuit, Leviticæ vir propaginis; Iſaáre genitus, Amrámi fratre. quare *fratres* inter ſe *patrueles* erant: hinc quidem *Cores*; indè verò *Moſes*, & *Aaron*, ac *Maria*. Pungebat hunc, Aaronis maximè, tum *Sacerdotii-principatus*, tum ejusdem ſanguinis æterna ſucceſſio; jam legibus etiam firmata: ne quis unus ad eam adſpirare familiæ diverſæ candidatus unquam poſſet. Adhæc, opulentia (quâ futurum eſſet, ut florerent Aaronitæ) cupidum hominis animum incendebat. Fremebat igitur: ac diſputabat; *Optimum quemq., ſpectatiſſimúmque, dignum illo cenſendum eſſe faſtigio; non, quem frater fratrem, aut patruus nepotem, delegiſſet. Virtuti dandum, non Sanguini munus illud; quod præſertim, totum eſſe divinum, deceret. Nam, ſicuti præſtantiſſima quæque Numini deberentur; ſic ejus, in Sacris, vicem obire debere virum, qui cæteris viris omnibus, ob egregias animi dotes, anteſtaret* (qualem ſe credebat eſſe): *non eum, qui Moſi propius conjunctus eſſet. Nunc autem,* cui

cui non manifeſtum eſſe; Conſanguinitatis affe-ctui prætexi cœleſte, quod Moſes jactaret, Oraculum: quo, tot è millibus, delectus ad Pontificatum, is unus, exiret; cujus operâ Vitulus nu-per aureus exiſſet à flammis? At profectò, nec ſe tunc, nec alios, qui ſupereſſent, innumeros, impietatis illius commerciô contaminatos; multò verò minùs, Idoli conflatores, fuiſſe. Quocirca, nónne, vel hoc Innocentiæ ſolô titulo, plus ſe juris ad ſupremum Sacerdotium, adferre; quàm eum, qui ſacrilegio cunctos unus anteceſſerit: quémque, cùm ferrô Leviticô Vituli cultores trucidarentur, primum omnium decuerit jugulari? Sed ſcilicet, etiam tunc tribuiſſe Sanguini Moſen; quòd germani ſanguinem, etſi reum, fundi, germanus noluerit. Et hunc tamen, Dei ſecum colloquia, Dei conſpectum, atq; commercia, jactare: quæ nemo tamen viderit, audierîtque nemo; niſi, quibus ingens lucrum ſit, Moſis omnia verba, pro Numinis habere verbis. Sibi quidem certum eſſe; nec Moſen aliquid, ſupra cæteros eſſe mortales; nec Aaronem aliis omnibus ſacratiorem. Hæc, aliáque talia, ſecum primùm, & inter ſuorum intimos, ſuſurrabat *Cores*: in id potiſſimùm intentus, ut, *Aarone* per vim publicam demoto, *Pontificatum* ipſe ſuffragiis conſpirantibus, invaderet. Id verò, cùm

Digitized by Google

cùm ſuperſtite, dominatoréque *Moſe*, confici nullâ ratione poſſet: hunc, ante cũncta, ſtatuebat exauctorandum. Quod fieri poſſe; ſi conſilii ſui ſocios, & potentes, & factioſos, fidóſque, reperiſſet. Id, quod ei, vultus, & ora diverſorum in Moſen diverſa, callidè ſpeculanti, non fuit operoſum. Statim ei ſe volentes, alacréſque, *tres* alii jungunt. *Daihan, & Abiron*, fratres; Eliábo nati, qui Phallúnis filius fuerat: & *Honus*, Phedétho genitus; omnes è ſtirpe *Rubenitarum*. Hi, nunc ſinguli, nunc conjunctim, diverſos aggrediendo, circumeundo, criminando; quidquid ſecum *Cores*, per invidiam & ambitionem, ementitus fuerat; pro vero venditare. paucos primò, mox plures, in eandem, tum opinionem; tum mentium alienationem pertrahere. Nec erant ea vulgaria, plebejáque, capita: ſed, quò potentiore deinde pondere vulgus ignobile traheretur, ſpectatiſſimum quemque, populóq; maximè venerabilem, tentabant. Ità brevi *Conjuratorum* convenêre, *ducenti, quinquaginta*: patritii generis omnes, conſiliíque publici Senatores: *viri conſpicui* (*f*), quóſque, Divino monitu, Moſes inſtituerat *Optimates*. Horum omnis, ex eo tempore, quo conſpirare cœperant, in hoc ſolo conſumebatur cura: non, quî reipublicæ quàm optimè conſulerent; ſed, quid *Aaron*,

Ruina Coritarum.

ron, quid *Moſes*, facerent, dicerent, ordinarent: quid præciperent, aut vetarent; quâ fronte, quibus nictibus, nutibúsque; quâ verborum formâ? Quibus in omnibus, ſiquid (ut homines ſumus) invenirent humanum; id inter ſeſe traducebant, ſi nihil eſſet, quod jurè culparent; tamen illud ipſum *nihil*, tanquam *aliquid*, per calumniam, ac pravam interpretationem, corrumpebant. Ac nihilo ſegniùs (*qui nequam hominum agendi mos eſt*) inter hæc omnia, tum cæteri, tum inprimis *Cores*, cum Moſe frequenter eſſe: cum Aarone multùm: utrique ſermonum præbere cauſſas, & anſam: vultu præferre venerationem: oſtenderéque ſtudium, & charitatem: ſed, intus in animo, plusquam hoſtiliter odiſſe. Talibus, aliiſque, fallendi viis, eniſi ſunt, circumſcribere viros; divinis potiùs, quàm profanorum ritibus, occupatos. Convaleſcebátque turbulentorum in dies prava mens; ex ipſa fratrum duorum ſimulatâ familiaritate petitis inimicitiæ fomentîs. Uſqueadeo verè ſapienterque ſcriptum reliquit Romanus, & Conſul, & Martyr; *Nullam efficaciorem, ad nocendum, eſſe peſtem; quàm Inimicum Familiarem.* (g) Latebant hæc interim illorum utrumque. *Non enim omnia Vatibus ſuis arcana Deus, nec iis quidem, qui primæ ſunt admiſſionis, aperire*

Digitized by Google

aperire ſolet. Tenuitque, per complures menſes & annos, hæc ambitioſorum coitio; quotidianis quaſi ſenaculîs circulíſq; nutrita. Quorum omnium eò redibat ſumma conjurationis; ut Moſen Aaronémque magiſtratu depellerent: *Coren*, Aaroni; Moſi verò, quemcunque viſum foret, è corpore ſuo, ſubrogarent: cæteri, ſortibus inter ſe jactîs, Sacerdotia minora caperent; quotquot *Leviticæ* ſtirpis eſſent. Aliarum autem ſtirpium tribules, populi præturas, præfecturas, tribunatúſque, ſibi partirentur. Quæ cuncta munia factioſi jam ſpe devorârant; adeò certâ quidem: ut, qui Sacris obeundis inhiabant, intrà tentoria ſibi quisque clanculum acerras, *thuribuláque* præparanda, curarent: utì, cùm primùm tempus poſtulâſſet, ad adolendum accincti, progrederentur. Idque ſolum, ex omni conjurationis apparatu, non latuit Moſen: ſive divinitus edoctum; ſive, quia, malè celatis, tot apud dominos, ac fabros, vaſis ſacris, eorúmque fabricîs, res emanârit. Et alioquìn, *quod nimis multorum manibus malleíſque cuditur; diu tacitum haberi non poteſt.*

III. Jámque ſatis omnia compoſita conſilia; ſatìs inſtrumenta conſiliorum præparata, videbantur: & conſpirationis, magis in dies magíſque corroboratæ, multitudo vires habere,

vix expugnabiles. Adhæc, à quo tempore *Cadesbarnam* reliquerant; & cladem ultimam à Chananæis, & Amalecitis Alpeſtribus, (*h*) acceperant: ceſſatum interim, per octo minimùm ſtativa, fuerat, à plagis publicis, divinitus inflictis. Ventúmque jam erat, ad *Manſionem* (quam Sacer ſcriptor appellat) *quartam, ac viceſimã*: cui loco, *Tharæ*, nomen; quíque ſitus eſt, inter *Sinam*, & *Amorrhæum*, montes. (*i*) *Conſederat* populus, Columnâ Nubis *ſtante*; tranquilláque credebantur omnia: cùm, ecce, derepente, claſſico ſeditionis inflato, *Cores*, *Dathan*, *Abiron*, *Honus*, cum *ducentis & quinquagînta*, conjurationis popularibus, non ſine clientium, ac ſervorum, numeroſâ multitudine, tentoriis digreſſi ſuis; *Moſen* versùs, ac tabernaculum prætorianum, contendunt. Eum, alia tunc omnia mente volutantem, prodire loco, cum *fratre*, jubent. Progreſſis, *Cores*, cum omni factioſorum agmine ſtans adversùm, iráque fumans; *Quid eſt*, infit, *Moſe? quòd tu, fratérque tuus, Aaron, inter nos ſoli principari vultis? ſoli ſupremum dicundi juris tribunal, ſoli Sacrorum primã cathedram, involare? nos interim, & digniſſimum quemque, vobis obnoxios, indécores, ingloriosque, vulgus eſſe compellentes? Sit ſatìs aliquando: tot annis, patientiã vobis,* &

Ruina Coritarum.

Digitized by Google

& os, ac tantùm non in ſcuticas veſtras terga, præbuiſſe: vósq; Regũ more dominantes, ſilentiô, plusquam Servili, toleraviſſe. Videlicet veſtrum, Caſtrorum eſt, veſtrũ ararum, imperiũ; inter ſexcenta virorũ millia? Quónam, quæſo, jure? quo titulo? Mortalíne jure? quis ergò noſtrûm omniũ, praeeſſe vos, juſſit? Nobilitatísne titulo? Tanquã verò non, & nos, Leviticæ cenſeamur proſapiæ? vel Amrámus (quo geniti vos eſtis) Iſaárem fratrem, à quo nos orti ſumus, ſanguine præcellat? At Oraculo deſtinante, capeſſiviſtis imperium? (niſi fortè veriùs, Sua cuiq; cupiditas, Deus, & Oraculũ, fit) *& hoc Moribus eſt datũ veſtris? ſanctis ſcilicet, atq; compoſitis; &, ad exemplũ, omni multitudini commendãdis? O, Moſes! ô, germane Moſis! quos tandẽ creditis eſſe vos? Nónne Sancti ſumus Omnes; quotquot & hîc coràm ſtamus; &, quotquot dignari vos alloquio ſuo, tyrannidẽ exoſi veſtrã noluerunt? Putate, nos omnes vocem unam, unámq; linguam, habere. Putate, cunctos dicere vobis, ore meo; Sumus & nos Domini populus! Etiam nobiſcũ Deus in Ægyptum deſcendit; etiam nobiſcum Deus ex Ægypto reverſus eſt; etiam nos, Deus, haud ſecus, ac filios Amrámi, per Sinũ Arabicũ traduxit. Nobis quoq; Manna, nobis fontes è petris, nobis in Sinæ monte Legem; nobis Colu-*

minam nubis, & Ignis; nobis deniq; Seipsũ, haud aliter, ac vobis, dedit. Quid diſtinguitis ergò, quos Deus non diſtinxit? Unum ſumus omnes, aut Regnum ac Servitus; aut Libertas. Nemo ſit igitur è nobis, qui Jura det nobis. Nos ipſi Jus nobis, atq; Lex, erimus; &, Sacra, Civilíſque Reſpublica. Sicut unus omnium Deus, ac Dominus; ſic unum omnium Regimen, eſto! Deus (ajo) Deus, ſolus omnium Imperator, atq; Pontifex. Vos autem, ponite tandem infinito regno modum. Dicebat hæc *Cores*: ac dicenti, jam tum à principio ſermonis, adfremebant *Dathan, Abiron, Honus*; omníſque cætera *factionis* multitudo. Perorantem quoque, clamantes eádem, approbabant; vera, neceſſariáque, dixiſſe *Coren*, ingeminantes. Eadem ſe quoque ſentientes; eádem, ſi ſit opus, eſſe repetituros. Ingentíque cuncta motu, tumultúque, miſcebant. Simùl, accurſu quoque cæteræ multitudinis (quæ, more ſuo, turbidorum excita clamoribus, confluebat) impudentiam ſuam denſabant; ipſo populi motu commotiores effecti, confidentioréſque: tanquam non pro ſe tantùm iſta, ſed, pro cunctorum, reíque publicæ, commodis urgerent. Cùm re tamen verâ, non *Cores*, non turba ſociorum, in id incumberent, utì *nemo*, ſed, *ut ipſi ſoli*, deinceps imperarent.

IV. Con-

Ruina Coritarum.

Digitized by Google

IV. Concuſſit inexſpectata rerum turbatio, ſicuti par erat, & *Ducem gentis*, & *Pontificem*. Et, quia *Moſen* inprimis iſta petebant tela; graviùs hæc eum, quàm *fratrem*, vulnerare debebant: reſponsóque, quale moribus conjuratorum dignum erat, retundi. Sed hic, tum inſitâ virtute tranquiliſſimus: tum præterea divinæ pariter humanæq; ſapientiæ præceptis inſtitutus, facilè videbat; *Ratione, mentéq;, captos, orationis ſanæ capaces non fore. Dandum eſſe furentibus ſpatium: opperiendúmq; tempus, quo, deſpumato fervore primo, redirent ad æquitatē turbulentæ mentes; ſi modò vellent. Interea verò, quid opus eſſet facto, conſulendū eſſe Numen*. Quod ipſum, dum, è perpetuo ſibi more, *Moſes* agit; ínque *Tabernaculi ſacro* pavimento ſtratus humi, Dei mentem ſupplex interrogat: inſtructus tandem de ſingulis; Quæ, quibúsve modis, gerenda forent: ad rebelles denique, nonnullam poſt moram, regreditur. Ejus ipſius, etſi nequaquam longæ, dilationis, ſtabant impatientes, ob animi tumorem, *Dathan* & *Abiron*; dedignatíque, præſtolari porrò, quídnam ad ſe reſponſi *Moſes* eſſet reportaturus: in tentoria demum ſua feroces redierant. Nec fefellit eorum diſceſſus *Moſen*; quippe, qui pro fronte priùs tentoriorum, cum *Core*, ſtare conſue-

 viſ-

Ruina Coritarum.

viſſent;&, inter conjuratorum primores, ſuas ultrò cervices jactare: nunc autem, nuſquam comparerent. Præſentes igitur tantiſper expediturus *Moſes*, antequam & ipſi dilaberentur: animo vocéque generoſâ, tumentes Conjurationis magiſtros aggreditur, in hæc verba; *Quòd de meo, fratriſque, magiſtratu ſupremo, Cores, omnium veſtrûm è ſenſu, verba fecit: &, In populo, qui totus in Numinis tutela ſit, negavit, alium alio Sanctiorem eſſe cenſendum; neque tolerandum ullum, in communi cunctorum libertate, diſcrimen eſſe, Jubentis, & Obtemperantis: ea Coræ, Sociorúmque verba, quàm probante, vel deteſtante, Deô facta ſint; craſtinũ aperiet (Deo ſententiam enuntiaturo) diluculum. Id tempus, &, quos velit Numen, &, quos repudiet; ſine fraudis ullo, vel intercurſu, vel ſuſpicione, declarabit. Adeſte frequentes igitur, ad Auroræ primos radios: tu, Core, vóſq; Coræ ſecuti ſigna, Levitarũ Primores! Et, quoniam in præparato jam olim habetis (nec enim me clam eſt) ejus Sacerdotii varium apparatũ, ad quod vos aſpiratis: agitè! ſimùl afferte, ſuas quiſq; veſtrûm, acerras, ſuáque thuribula; quæ raptis ex altari carbonibus vivis, impleatis. Quamvis enim præ vobis feratis; Sine capite, Vos, & Sacrũ Ius, & Caſtrenſe, velle (quippe, DEO ſolo rectore contentos): mihi*

Ruina Coritarum.

mihi tamen exploratū eſt, iſta ſimulari magis, quàm verè quæri: veſtrúmq; neminem eſſe, quē mea, quémq; præcipuè Fratris mei, dignitas, & infula, non ſit delectatura; ſi contingat. At ſanè, ducenti ſimul, & quinquaginta quatuor eſſe Pontifices Supremi non poſſunt. Unus, è vobis, præminere cunctis volet: &, hôc ipſo, Summô Superior aſpici. Quémnam ex omnibus ergò, nō hîc modò præſentibus, ſed etiam intra caſtra nunc ſe continentibus, delecturum ſit Numen; Cras patebit. quia Numinis hoc eſt, non, Mortale, negotium. Delecto, cedet & Pontificatus &, hæc veſtra turba murmuratrix. Quā, Leviticæ licèt proſapiæ, ſtirpem; dictu mirū, ac miſerandū eſt: quídnam deniq; ſit, quod tantam in inſolentiam, extollat? Téque præcipuè, factionum omnium concitatore, Core! Quem, cum hoc tuo rebellium globo, nō generis repreſſit propinquitas, nobíſq; commune, fratruelium vinculum: nō id, (quod majus eſt) veſtræ Tribûs univerſæ, cum Deo, peculiare fœdus; ut Leviticum omne nomen, Dei Sors eſſet, & Hæreditas: nō inhibuit dignatio, quâ vos ille ſolos, ex tot millibus, ab aris, à ſacris, à religionibus, à victimis, eſſe voluit & ab Oraculi ſui cuſtodiâ. Beneficiíne gratiam hanc reportat à vobis illa princeps Cœli terrarúmq; Majeſtas? ut, quos experiri debuit, Legū

ſuarum Decretorúmque propugnatores; eos ſentiat obturbatores, & hoſtes: tê videlicet, ô Core, tuísq; juratis his manipulis, erigentibus vexillũ, adverſus prætorianũ Pontificatûs Tabernaculum: ſacroſanctósq; Sanctuarii poſtes arietantibus? Quod, quidnã eſt aliud, quàm, nõ tam in Aaronem, quàm in Deum ipſum, omnéq; Cœlum, nefanda concitare bella: Quid eſt enim Aaron? quid Homo? quid Humanũ omne meritũ? ut, invitis omnibus, intrudat ſe quis in penetralia Sacrorum: niſi Deô, ſuîs eũ manibus, *inducente?*

V. Quæ cùm dixiſſet, ſilentibus quidem illis, ſed in ipſo tamen ſilentio pervicaciter adhuc ſtomachantibus; obſtipóq; capite terram intuentibus: *Moſes*, amicorũ fidioribus ad *Dathánem* & *Abirónẽ* ablegatis, eos acciri jubet. *Intellecturos eſſe, quid ſui, quídque divini, conſilii ſit, ſuper communibus poſtulatis.* Mirandum juxta formidandúmq;, dictu! Qui, concitatore primo *Corâ*, ſecuti ducẽ, in pravis, hucusq; fuerant conjurationis impetum; ii præcedere jam cœperunt; & cunctâ reliquâ factionis, tũ origine, tũ ſocietate, fœdiores, inſolentiùs omnibus debacchari. Quod, fateri nos, compellit; *Sicut in generationibus amor deſcendit, ſic, in degenerante mentium habitu, pravitates exemplorũ aſcendere: ſubindéq;, turbido fonte turbidiores fluitare rivos.*

vos. Id ſanè res ipſa monſtravit, in *Dathânis*, & *Abironis*, pervicaciâ. Non modò namq; *Corâ* nihilo demiſſiores ſe gerebant; ſed ultrò, contra manſuetudinem *Moſis* aſpera cornua tollentes, iracundiùs longè, ſuperbiúsq;, legatis reſpondebant; *Irent, &, Ituros ſe, negarent. Exiguúmne Moſis impudentiæ videri; ſe Viros, haud inferiores nobilitate domûs Amramicæ, ſpecioſis circumſcripſiſſe felicitatum Somniis: ac Terræ, lacte melléque manantis, pollicitationibus? Interim autem, ex Ægypti, verè melleis lacteisq;, campis, in arenas & petras, ac valles, induxiſſe ſe: regiones Deſerti luridas, inamabiles, omniúq; rerum omniũ ſterilitate triſtes? Quorſum, aut, quânam aliâ mente; niſi, ſimùl omnes, & occidione ſimùl unà, Sinæis in ſolitudinibus, delendi? Nondúmne, ſic miſerè deluſæ multitudinis ærumnîs obſaturatũ eſſe Dictatorem iſtum: niſi, poſt hæc omnia, regni quoque Tyrannidíſque jugum populi ſcapulis imponere gauderet? Atqui profectò Regem fore perliberalem; &, Promiſſorum ſaltẽ, prædivitem; quando Rerum eſſe non poſſit. Pollicitum fuiſſe, terrarum ocellum, auri montes, argenti campos, agrorũ uber, felicitatis mammã, fortunatas inſulas, voluptatũ omniũ ac deliciarũ rivos, pomaria, ficeta, vineta, balſameta. Nimirum, quæ promiſiſſet; eum egregiâ*

Ruina Coritarum.

eum ſide præſtare: trahendo, rerũ omnium egenos, ac defatigatos, per teſqua ſolitudinum, per aſpera vallium, per ſaxoſa montium, per æſtuoſa ſabuli, per ſiticuloſa Deſerti; quod Tartaro ſimilius ſit, quàm humanæ cuivis coloniæ. Quæ, ſi pro Beatis promiſſæ Palæſtinæ regionibus Moſes aſpici compellat; credíque velit, hæc eſſe præludia terræ Chanaanitidis opulentæ, cùm reveræ ſint Mortis, & Inferorum, veſtibula: quídnam illius audaciæ jam deeſſe, niſi cultros, ac pugiones; quibus deceptæ gentis, etiã oculos, effodiat, ne cæci mala ſua videãt: &, ut faciliùs, id, quod nõ eſt, eſſe, ſibi perſuadeant. Hæc (ajunt) *renuntiate viro, qui vos legavit. Nos enim, ad eum, ne, ſi ſexcenties quidẽ, ſubmiſſis ſatellitibus ſuis, citet, unquam accedemus.* Hæc, *Dathanis*, & *Abironis*, nõ *contumaciæ* modò, ſed *contumeliæ* quoque, pleniſſima verba, cùm *Moſi* retuliſſent Legati; graviter eum, útque dignum erat, exaſperârunt. Itaque, tum irâ juſtiſſimâ ſtimulante, tum (ut ego reor) multò magìs, incitante Numine; *Cras* (exclamat) *adolebunt! Tu cœli terræq́; rex, eorum & mentis & operis arbiter, tuæ Majeſtatis æquiſſimos oculos, ab illorum ſuffitibus averte: tibíque, Seditioſorum & voces pariter, & thura, diſplicere, ne tacitũ diſſimulatúmque tuleris!* (k) *Si, tuîs ego coactus imperiis, & non*

meápte

Ruina Coritarum.

meâpte cupidine, populi ductorem ago; ſi tantâ munus hoc moleſtiſſimum, non modò patientiâ, ſed abſtinentiâ quoque, geſſi; neminem ut horū omnium, qui nunc inſurgunt in me, facto verbóve violaverim. Si nullius, non dicam, aurum argentúmve, ſupellectilem, largitione corruptus imminui: ſed, ne Jumentum quidem, in vecturam, commodatò cepi: redde mihi nunc vicem, meritis dignam meis. Ad ſummam! Tē, qui vides omnia, te teſte, te Judice; gravis eorum nulli fui. Cur gravor igitur ab illis? aut, quo ſcelere meo, Rubenitis (l) *in odio ſum; qui mihi cordi ſemper (ut reliquum omne nomen Hebræum) fuerunt?* Quæ cùm gemens lacrymánsque dixiſſet *Moſes*: converſus deinceps ad *Coren*, ac ſocios, ante Tabernaculum adhuc operientes; negat, ſententiā ſe mutaturum. *Poſtero manè venturum eſſe, ſuo cum thuribulo, fratrem Aaronem. Si venire pariter Rubenitæ detrectarent; at Levitæ ſaltem* (m) *cæterarúmq; tribuum viri, dicto ſe præſtarent audientes: allatíſque ſinguli thuribulis ſingulis, comparére meminiſſent.* In hæc verba, diſceſſum eſt utrimque: diéſque *Seditionis* primus, in noctem migravit; ſed, luce præteritâ vix quietiorem.

VI. *Cores* enim interea, cæteriq; factionis ejus conſcii, quoſcunque poſſent, ad ſceleris ſocietatem

tem, adjungere ſolliciti; noctem eam, quàm longa fuit, partémq; diluculi ſequentis, exigere ſatagebant, in ſollicitandis caſtris. Intenti, pérque ſe, pérque ſuos, agere: circumcurſare tentoria: miſcere ſe cœtibus, & contuberniis: appellare, nunc ſingulos, nunc univerſos; ac, ſicubi repeciſſent, Moſi, vel Aaroni, jam antea minùs æquos; eos, malis in ſtudiis, confirmare. Cæteros, ementiendo, criminando, mala bonis, ac falſa veris, miſcendo, corrumpere: nutantes, animíque dubios, in ruinam impellere. Prorſus, indictum infectúmque nihil relinquere: quô quàm maximè ſperarent, *fratribus duobus* infeſtos infensóſque reddi poſſe turbarum participes. Hôc compendiô, magna celeriter eſt multitudo confecta, de colluvie peſſimorū; quæ *Coræ, Dathánis, & Abirónis*, tum ambitionem, tum, adversùs fratres, populi-Duces, indignationem promoveret. Soli (quod oppido mireris) è depravatorum familiis, *Coræ filii tres, Aſer, Elcanas, & Abiaſaphus*, (n) patris improba conſilia ſunt exſecrati: pro Deo, populíque legitimis ductoribus, inconvulsâ fide ſtantes; ac ſollicitè patrem à dementi propoſito deterrentes. Sed, apud animum *ſenioris*, arrogantiâ ſurdum, nihil *juvenum* ſalubria monita proficiebant. Interea, nocte per ſcelus, *à Sedi-*

Ruina Coritarum.

Seditioſis; inter lacrymas autem ac preces, *à piis fratribus duobus*, exactâ: diluculum affulgebat. Adſunt, pro Divini Tabernaculi foribus, *Moſes*, & *Aaron*: hic, thuribulo Pontificis aureô; Moſes autem, virgâ Judicis, quâ ſolebat inſtructi. Conveniunt eodem, & *Cores*, & hærentes ei, *ducenti quinquaginta*, conjurationis collegæ: cum ſuis ſinguli thuribulis æneis. Ii ſecum inſuper innumerabilem cæterorum attraxerant multitudinem; *Coritarum* cauſſæ ſtudentium, Aaroni contrà, Mosíque, diſſidentium: (o) quam turbam, circulis illis nocturnîs collectam, conſpirationis illis duces concitârant. *Dathan* tantùm, & *Abiron*, ſicut pridie decrêrant, propoſiti ſuperbiſſimi tenaces, venire neglexerunt: id ſatis habentes, *tubas* ſe fuiſſe *dimicationis* iſtius; quæ caſtris propemodum univerſis, adversùs *par fratrum* inviſorum, erat propoſita. Stabat interim, pro cauſſa meliore, *Deus*; qui, ſive per ſemetipſum (ut aliqui crediderunt) ſive per *Angelum*, ejus vices obeuntem (ut ego cenſeo) manifeſtè præſtò: *Columnam nubilam* inſolitô minacis cujusdam majeſtatis ſplendore diſtrinxit; tanquam hunc rebellibus *gladium*, pro duobus ſibi dilectis capitibus in terrorem oppoſiturus: ſiqui fortè, furore præcipites, in illos immittere vim, ac multitudiné, para-

Ruina Coritarum.

pararent. Adjecta vox eſt, è nube, terribilis, tonitruóque, fulguribus miſto, ſimilis; *Moſen, & Aaronem, diſcedere* jubens, *ab impiorum collecto cœtu: ne conſceleratorum repentinæ vaſtationi, præſentiæ ſuæ mixturâ, moram aliquam adferrent*. Interponentibus autem illis ſollicitè preces ſuas: ac, pronis in terram, ſtatíſque vultibus; *Parce, rex, parce!* clamantibus, &, *Ne dementiam unius concitatoris, univerſa caſtra luerent*, deprecantibus: vox, è nube repetita, præcipi juſſit multitudini, denuntiaríque; *Qui ſe ſalvos, & à pœna ſceleris intactos, vellent: à ſocietate ſceleratorum incontaminatos ſe præſtarent. Id facturos, ſi de tentoriis Coræ, Dathánis, & Abirónis, quàm longiſſimè ſeſe removerent.* Idque nonnulli continuò, qui circa *Core* erant, ejúſque tabernaculum, præſtiterunt: voci Numinis obſequentes. In amentia contrà cæteri perſtiterunt. Ut autem & ii, qui ponè *Dathánem* & *Abironem* degebant, imperata facerent; immò, ſi fortè, minis cœleſtibus exterriti, *Dathan* ipſe, cum *Abiróne*, meliorem mentem induerent: *Moſes* mitiſſimus, ad eos, qui vocati venire detrectârant, ultrò priórque properat; officii cauſsâ ſubſequentibus populi *proceribus*, adhuc ſinceris: & optimo quoque, de *Senioribus*. Hortatur *Moſes*, orat, obſecrat;

ſecrat; terrere conatur, fratres Rubenitas. Illi, frendentes, explodere, dedignaríque: denique, feroces in ſententia perſiſtere. Tum igitur ad finitimos converſus *Moſes*, & ad omnem, quæ certatim adfluebat, populi multitudinem; *Interitum impiis* indicit: *cæteris, niſi ſimùl interire velint, fugam; celerémque diſceſſum, à rebellium tentoriis, commercio, contactu*. Paruit, ingens circumcirca multitudo. Perſtitit in furore contumaciſſimus quisque. Tantáque fuit *Seditioſarum* mentium obſtinatio; tantus minarum *Moſis*, præ ſuperbia, contemptus: ut neque *Coren*, tres, quos diximus, filii, revocare poſſent à cœpto pervicaciæ curſu; plurimùm licet rogantes, & obteſtantes: & alibi, *Dathan Abirónque*, qui ſe tamen intrà tabernacula priùs continuerant, tunc ultrò, contemnendi *Moſis*, ac minarum, cauſsâ, cum uxoribus, liberísque, prodirent. Iis (eundem, ſive minarum, ſive mortis, deſpectum oſtentatura) frequens erat adjuncta domeſticorum, atque participum, turba: qui, mutuis ſe cohortationibus exſtimulabant, ad furoris conſtantiam. Hi cuncti, ſubridentes amarùm, ſive verô mentis veſanæ ſenſu; ſive, quòd, per improbum animi tumorem, erubeſcerent, à cœptis, quantumcunq; pernicioſis, pedem retrahere: ſtabant in aditu papi-

Ruina Coritarum.

papilionum; ſubſannantes Moſis Optimatúmque denuntiationes. *Senectutis hæc eſſe decrepitæ Somnia; maléq́ ſanæ metis deliria.* Quorum neglectîs ſannis, *Moſes*: altiſſimâ, quámque tanta circùm cum populi frequentia poſtulabat, voce; *Populus*, inquit, *Hebræus! &, quoscunq́ Numinis adhuc aliqua tenet reverentia! capite, quod loquor! Calumniantur* Seditioſi; *quæcũq́ fecerim hucusq́, dixerímq́, geſſerímq́: nõ Dei fuiſſe, ſed meum, inceptum; non Oraculi cæleſtis præceptũ, ſed ambitionis meæ commentum. Si nunc igitur, qui talia de Moſe diſſerunt, aut impunè laturi ſunt; aut, non, niſi vulgari, mortalitatis interitu, licentiã oris ſui luituri: ſcilicet, exiſtimate; nihil eos, niſi liberè, locutos eſſe: de cætero, vera dixiſſe. me contrà, mendacem, vanũ vatem, impoſtorem, & loci ſuperioris ambitioſum invaſorẽ putatote. Quòd ſi verò ſupplicii genere tã inſolenti, tam antehac inaudito, plectẽtur: ut, & ipſos, & quidquid ipſorũ eſt, dehiſcens terra, tanquam Pharaonem olim pelagus, hauriat; & Inferorũ viva pabula faciat: videlicet, æſtimabitis vos; In Mosén-ne rebelles linguas, an, in Deum potiùs ipſum, diſtrinxerint?* Dictu formidandum! Ab extrema verbi parte, continuò, tum illic, ubi *Dathan*, & *Abiron*, tum alibi, quo loco *Core*, cum ſuis, con-

ſtite-

Ruina Coritarum.

ſtiterunt; disrupta terra: voragine, latè diductâ, præcipites, uno temporis articulo, deduxit, & ipſos, & eos, qui cum iis conſtiterant. Hauſta ſimùl ſunt, diſciſſæ telluris immani cum fragore ruentiúmque confuſo clamore perſonante, tentoria, rebellium uxores, liberi, familiæ, pecora, ſupellex. Omnia denique ſubſederunt; horribili barathrô devorata. *Coræ* tantummodo filii tres, admonitionis paternæ pretium operæ retulêre: quos, patre pereunte, divina vis, tantiſper *in aëre* vacuo *pendentes*, ſuſtentavit; quoad, in ſeipsam, diſciſſa terra recomponerentur. *(p)* Terribiles autem, in illo ſoli diſſilientis hiatu, ſpectrorum, *Cacodæmonúmq;*, viſas eſſe formas: quin & Ignis Inferni voraces emicuiſſe ſimùl flammas; fuêre, qui proderent. *(q)* Quod nos, nec affirmamus; neq; refellimus. Illud, ſacro ſcriptore (qui rē præſens ſpectavit) aſſerente, certum eſt: *Ad Inferos* Coren, ad Socios, &, quotquot eorum tentoriis applicuêre ſe, *deſcendiſſe vivos:* vitáque (quod mortalium omnium lex poſtulat) intrà terræ viſcera priùs extinctâ: raptas eſſe miſerorum *animas* eò, quò ſua ſingulas merita, conditióque mentium, vocabant. *(r)*

VII. Exterruit hic *Interitus* omnem, quæ totîs circùm caſtris, maximéque cum Moſe, ſteterat, multitudinem. Hæc, & terræ disruptæ tumul-

Ruina Coritarum.

multibus, & intereuntium miſerabili conſpectu vocibúſque, conſternata; terga fugæ dedit. Retrò cedentibus pleriſque; cæterîs, antrorſum, aut, ad latera, quà cuique fugæ via brevior eſſet viſa, divolantibus: ſtudio properandi, ſuper alios alii rúere: protudere denſam antecedentium turbam: ſuam quisque ſalutem in tuto, quàm celerrimè, collocatam eſſe, velle; *Cunctis unam, ac repentinam, impendére ruinam*, clamabant. Pedum ipſum ſonitum, fugæ tumultu ſuſcitatum, interpretabantur; *terræ-motum, & hiatûs novi minas, eſſe*. Sed hic, *metus* veriùs, quàm *periculum*, erat. Alibi, malum interim horrendius, unde minùs metuebatur, ſæviebat. Sub idem namque tempus, quo terra *contumaces* abſorbebat; *ducentorum* illud, & *quinquaginta, virorum* collegium, quod, totidem cum *acerris*, ad Tabernaculum Dominicum, Moſe jubente, convenerat: dum totum eſt in Sacerdotii prenſatione, totum abit in flammas. Forcipibus enim, ab Altari, raptâ prunâ, dum incendere thus, & adolere, parant; incenduntur ipſi: flammâ (quod aliqui crediderunt) *de cælo* jactâ; vel, ab *ara*, proſiliente. Credibilius autem eſt: eam, ex ipſis ſingulorum *thuribulis* in ora ſuccendentium, provolâſſe. Cúmque vim ignis (quippe, *cæleſtem*) opes humanæ nullæ

nullæ, nec evitare valerent, neque reſtinguere: ceciderunt, ad *aram* ipſam, ad quam adolere cogitârant, ſimùl omnes: *pro Sacerdotibus*, quod eſſe voluerant, *facti victimæ*; quod eſſe nolebant. Cæterùm, *æs thuribulorum*, incendiô *colliquefactum*, Eleazarus, Aaronis filius, collectum; divino juſſu, conflat: ac, productum in laminas, altari ſuffigit; tam prodigioſi reorum ſupplicii perenne monimentum. E diverſo; nequid omnino ſupereſſet, quod ſceleſtorum aliquo contactu, quoquo modo, profanatum fuiſſet: idem *Eleazarus*, ejusdem Numinis admonitu, divolantes hàc, illàc, in prunis *flammas*, impiorum paſtas interitu; jam antè diſperſerat: huc, illuc, ventilatas, atque disjectas. Id eô quoque factum eſſe conſilio, rear: ne *carbonum*, qui vindictæ cœleſtis inſtrumenta ſe præbuerant, congeries, in atrio *Tabernaculi* coacervata; vel pedibus ingredientium, vel improvidorum adſpectibus, horrorem crearet, aut moleſtiam. Videlicet: ſatìs, ad ſalutarem terrorem, futurum reliquiarum erat, in *laminis*, thuribulorúmque materiâ: quam erat *Ara* commonſtratura. Sic & *alter* hic *Seditionis* fuit exactus *dies*. Secutus *tertius* eſt; omnium, quotquot unquam turbulenti fuerunt, tumultuoſiſſimus: & idcirco, pro meritis ſuis, atrociſſimè vindicatus. Quis

Ruina Coritarum.

Digitized by Google

crederet? niſi, quòd, in *populo duriſſimæ cervicis*, omnia, fanda pariter infandáque, fidem invenire debent; non *divinam* tantùm (quam, nefas eſſet, in dubium vocari) ſed etiam *humanam.* Majeſtas Numinis, è *nubis-columna*, refulſerat. horribilis *Angeli* vultus eos perſtrinxerat. plenæ minarum voces, illos attonuerant: & innocuorum, à ſceleratis, diſceſſionem imperârant. terra ſubſederat. hiatu terræ, familiæ rebelles in *Gehennam* deſcenderant. flammæ thuribulorum portentoſæ, *ducenta quinquaginta* cadavera fecerant. cineres, ac favillæ crematorum, in oculis adhuc erant. in perpetuam cladis tantæ memoriam, æs reſolutum colligebatur. prunæ, ſcintillantes adhuc, iráque cœleſtî candentes, nullis non locis ſplendebant. Ad ſummam! *ultorem ſcelerum Deum*, æther, nubila, flammæ, terra, Tartaráque, loquebantur: clamabántque, *Diſcite, nunc ſaltem, Juſtitiam, ac Superos non contemnere!* Poſt hæc omnia tamen, *contumax* Hebræorum illa *natio* pœnas, aut amabat, aut ambibat, atrociores. Nam, ecce! quos aliquis pridie *trium rebellionis principum* favor, ac ſtudium, infecerat: aut, qui Seditioſis, terrâ vel igne devoratis, propinquitate, vel neceſſitudinibus, aut quibuscumque privatis affectibus, inhæſerant; denique, *quibus acerbum*

erat,

Digitized by Google

erat, (*utì quibusdam malèquietis eſſe ſolet*) *non ſemper alias ex aliis enaſci turbas*: ii, per noctis otium, circulos atque cœtus facere: tot procerum, tótque charorum capitum, mortes lamentari: Moſen, Aaronémque, *peremptorum* invidiâ gravare; *Deum* denique, *Deum* (quis non exhorreſcat?) *ipſum*, querelîs incéſſere: *qui tamen, niſi Bonus, eſſe nequit*. Hunc in *fratres duos* nimiæ cujusdam *propenſionis*; in reliqua verò caſtra, *malevolentiæ*, poſtulare. *Non magnitudini delictorum populi, ſed, Moſis Aaroníſque ſollicitationibus, ac vindictæ cupidis precibus, tribuiſſe Numen: ut à miſeris illis ſupplicia, tam inaudita mortalibus, tam inſueta cunctis ſæculis, expeteret; & quidem ab iis*, (addebant) *qui fortaſſis æqua petiſſent ipſi: niſi, quòd, quidquid adversùm vota duorum fratrum flagitaretur: id iniquum Deo continuò cenſeri deberet*. Hæc, aliáque talia, ſacrilegii pleniſſima, per querulam illam noctem, crepitando; caſtra commoverunt univerſa: quæ, verbô quidem, *Moſi, fratríque*; re tamen ipsâ, *Deo, ter optimo Maximo*, vix minùs erant infeſta. Die luceſcente, concurſant, Sacrum ad tabernaculum; & ad, illi vicina, Moſis Aaroníſque tentoria: pérque manipulos, & agmina, foribus adfrementes; *Interfectores, ac Latrones, & in-*

Ruina Coritarum.

terfecti populi Carnifices, inclamant. *Redderent ſibi; redderéntque vitæ, grandem illam, quam pridîe necaviſſent, multitudinem; quæ Dei fuerit, non homicidarum, natio.* Fratribus autem *duobus*, in hæc, placidè reſponſurîs; obſiſtunt: vocibus inſanîs, & aliud alii, ſucclamantes. Jámque pugnos intentantes, & arma; vix manus ab eis, vix lapides, ac ferrum, abſtinebant, fervebátque, magìs ac magìs increſcens, procelloſi maris inſtar, *Seditio*. Cùm, ſupremâ ſubacti neceſſitate, *Moſes*, & *Aaron*, perruptîs, Joſuæ fidiorúmque miniſteriô, furentium cuneis, ad *Oraculum fœderis* refugiunt. Eô receptos, cùm ſic etiam inſequerentur inſani: *Nubes*, in *columnæ* cæteroquin formam erigi ſolita, diduxit in latum ſe: nebulíſq; denſiſſimis *Tabernaculum* involvit univerſum. Ità pariter, & *aſylum* ſuis præbuit fugitivis: & perſecuturis, aditum præſtruxit. Quibus ut terrorem *Angelus-Caſtrorum* duplicaret: in ſacri papilionis culmine, formidabilem ſplendore majeſtatem expromens; *Deum ipſum* adeſſe, *furoris Vltorem*, indicavit. Intonuit & vox Dei, clarè miſſa; quæ, Moſen, juberet, cum fratre, tota caſtra relinquere. Se namque, quod pridie minatus eſſet, etiam tum exſecuturum, omni deletâ rebelli gente, ſupplicium. Nec caſſæ volabant, ſicut

antè,

Ruina Coritarum.

antè, minæ. Simùl enim loquebatur Numen: ſimùl, Numinis ad imperium, repentinus exortus. &, ſive terrâ proſiliens, ſive cœlô dejectus, *ignis*; vaſtare cœperat, ab ipſo *Tabernaculi Divini* veſtibulo, quidquid caſtrorum, ac multitudinis, indè ſeſe porrigebat. Vorabat incendium ſimùl, & compeſcebat, Seditioſorum ora. Jámque, mutatîs turbulentorum minis in lacrymas, & luctum, & ejulatus; in uno natabant ignis Æſtuario, terra, viri, mulieres, jumenta, tabernacula, facultates. Ibátque morientinm, in cœlum, clamor; in favillam, Corporum artus; in Tartara, ſceleſtorum Spiritus: quippe, deprehenſus in flagranti, tum corpore, tum contumaciâ. Quæ cùm fierent: perculit intereuntium ululatus ille, *Moſis* etiam & *Aaronis* aures. Ii, quanquam toties, támque fœdè, violati: tamen, in terram proni, ſtratíque; Deo, pro gente nequam, intrà *Nubem* ſupplicabant. Ignaróque, quídnam propriè novæ calamitatis id eſſet, *Aarone*; Moſes, divinitus ſtatim edoctus, *Incendiū graſſari, perire multitudinem*: ſurgere fratrem jubet; ac, quæ *Pontificis* eſſent partes, obeuntem, aureo correpto thuribulo, vivíſque carbonibus ex ara repleto, thus ſacrum, per media deportatum caſtra, celeriter adolere. Paruit Aaron imperio; plurimúmque licèt properans, ægrè tandem

Digitized by Google

dem ad caſtrorum reſiduam penetravit, intactam adhuc ab incendio, partem. Illic, exuſtos inter, ac ſuperſtites, medius, & in Cœlum ſupplex; non ſuffitum magìs, quàm intentas preces, mittebat, pro ſuperſtitis populi ſalute. Valuítque, pro malè de ſe meritis, benevola *Pontificis* obſecratio; quippe, votîs illius, Igne, tanquam imbribus, extinctô. Sic, ſervatum caſtrorum reliquum eſt: ſpatium pœnitendi conceſſum factioſis: ſupplicium, pro malefactis, irrogatum obſtinatis; quorum, uno flammarum curſu, tanquam ventoſo fulminum preſtére, *quatuordecim millia* tunc, & *ſeptingenti*, ſunt abſumpti. Quibus ſi connumeres, qui, pridianâ clade, vel terrâ, vel igne, perierunt; numero fortaſſe non inferiores: ad *millia viginti novem* interfectorum ſummam *facilè* perducas. (*s*) Finiit tandem Numinis iram, *Sacerdotiiq;* diremit *litem*, Aaronis *virga*: quam *arentem*, juxta *duodecim* alias, totidem tribuum, *virgas*, itidem *ſiccas*, collocatam; divino juſſu, Moſes in Oraculi tentorio per noctem aſſervârat. Eam enim, manè poſtero, ſolam, amygdálino *vernantem* flore, cùm acciti duodecim Principes inveniſſent; ſuas è contrario, ſicut attulerant, *emortuas*: quídnam dubitare porrò, vel, quo meritô, potuerunt; quin cujus unius *virga* flore ſe

Ruina Coritarum.

ſe veſtîſſet, ejusdem ſolius, & caput, & ſtirps, Inſulam deinceps Pontificalem indueret? Et hæc hactenus, ſuper funeſtiſſimo Coritarum, Deſertis in locis, Interitu, narrata ſunto.

VIII. Sed controverſiæ *concitatores* interim, quas cœperant dare pœnas, adhuc dabant: daturi, dum circumagetur æternitatis rota. Quæ mihi conſideratiùs aliquantò mecum expendenti; terror quidam religioſus, ac ſanctus, percurrit animum: ut, in narratione cladis tam lacrymabilis, & mihi, libeat, & aliis, hæc lecturis auditurísve, Dei maximam inculcare formidinem: Legum ejus, & eorum, quos ille loco ſui conſtituit, commendare reverentiam: ac procùl amandare mentis, non-obſequentis, pertinaciā. Ecce! *Moſes* (ut ſuper Aarone ſileamus) multitudinis, deſertis in locis, infinitæ, dux, atque moderator; quantum, per annos quadraginta, curarum? quantum ſollicitudinis, laborum, vigiliarum, animíque conflictuum exhauſit? Permovendis primùm ſuæ gentis hominibus, utì fidem faceret; à Deo ſe miſſum eſſe, Certaminibus deinde, cum *Cenchre Pharaone:* traductu, formidinum pleno, per Sinûs Arabici profundum. Ambagibus poſtea viarum, prorſus inviarum, per Arabiæ ſqualida loca: cùm Palæſtinæ maritima paterent, propinquiora, fertilioráq;, Tem-

Ruina Coritarum.

pe. Secutæ ſunt, querelarum, & obmurmurationum, ſexcentæ turbæ: Maria Soror, & Aaron Frater, obloquentes: Cadesbarnæa, graviſſimis par, ſeditio; quam malefidi Chanaanitidis exploratores incenderant. Pugna mox, in Amalecitas, ſiniſtra: priſciórq; malis hîs plerisque, ſaltatoris & ebrii populi comeſſatio; circùm *aurei vituli* ſtatuam: ac, tot millium, ob illius ſacrilegam adorationem, conciſio. Quid referam, eundem hunc Moſen, à diluculo primo ſedentem, in profundam uſque veſperam; populóq; confluenti, contentioſo, maléque morigero, reſponſa dantem, ac Jura? donec moleſtiam illam, Soceri temperavit conſilium. Hæc, & alia, ſinè numero, quæ toleranda Moſi, quæ tacito dolore devoranda, fuerunt: nónne *plusquam ferream* hominis, *adamantinámque patientiam*, requirebant? Nónne, pro rixis, amorē promerebantur: Quod contrà tamen evénit: adeóq; Moſen populus exercuit inſanus: ut is planè, quaſi præſcius futuræ molis, credi poſſit, ad gubernacula, *non acceſſiſſe*; ſed Numinis imperiô, tanquam catenâ, *pertractus* eſſe. *Cunctator* ergò, quantus in bellis poſtea Fabius, tantus ad Jura danda Moſes, fuit: non ſinè prudentiæ magna commendatione, mediam inter tarditatem illam. Profectò namque, *præeſſe neſcit, quisquis præeſſe geſtit:*

Ruina Coritarum.

ſtit: ac dignus eſt, plura Moſis oneribus onera portare; quicunque *gubernantis* titulum affectat. *Is, Aſinum ſe veriùs, quàm Hominem, demonſtrat; qui tam ambitiosè ſtupidus eſt, ut clitellas, ſaccósque, gloriam putet.* Sed tamen, ſi Deus eò trahat, ſi trudat, ſi compellat, ut Moſen: *jam ſalva res eſt.* Unum ſimùl jugum, tu, Deúsque, trahetis: & nusquam ille conatibus tuis aberit; ac, ne ſucceſſibus quidem (mihi crede!) quantumvis in ſpeciem minùs ſecundis. Sed tu Moſen interim te præſta; ſi Deum, præturæ tuæ collegam, optas. Exhibe te *Mitem, manſuetum, virtutibus conſpicuum, cœlo familiarem, morũ exemplar: munerum, & aſſentatorum, hoſtem; imperiorum non immodicum; facientem plura, quàm urgentem: non regem denique, ſed utilitatis publicæ Conſulem, atq; Patrem.* In tales, quisquis inſurget, tanquá in Moſen & Aaronem *Cores*, ac ſocii; duriſſimum ſuis humeris iracundi cœli pondus imponet. Cum *Cora*, conjuratísque, ſub terra gement; quicunque, tam circumſpectis ſui moderatoribus, indomitâ ſuâ duritie, ſuſpirium expreſſerint: *ut gementes hoc faciant (t), & non* (uti meruiſſent) *cum gaudio.* Non expediit hoc *Coritis.* nec expediet, *Coritarum* ſucceſſoribus. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit! Qui poteſtati reſiſtit,* *Deo,*

Ruina Coritarum.

Digitized by Google

Deo reſiſtit; ac ſuppliciorum æternitatis ſeſe reū conſtituit. (*u*) Legimus nos, & audivimus, ac ſubinde vidimus oculis noſtris; quos, legitimo ſuo magiſtratui, ſeu ſacer eſſet ille, ſeu civilis, aſperè refragantes, & in contumacia perſiſtentes horrenda moriendi genera, contuderunt. Novimus, quos, ex hoc hominum crudo cenſu, ruinæ præcipites, flammæ fulminum improviſæ, violentæque ſibi manus allatæ, ſuſtulerunt. Porrò, par exitus ferè manet; arrogantem, fiduciáque ſui ſtolidam, adoleſcentiam, ac Juventutem; quæ, cum barbula, præmaturos, nondúmq; ſibi debitos, honores quærens, antequam mereri poſſit: aut in parentes, aut alioquin in aliorum ætatem maturiorem, ſibi non aſſurgentem, inſurgit: contumelias, & odia, diſtringit: ſummis imma, cœlum terris, infanda fandis, miſcet; domeſticámque quietem importuniſſimâ querelarum impudentiâ convellit. Quos Prudentia quidem animoſa tacitè ridet: at interim Providentia, futurorum è cœlo diſpenſatrix, publicis (in tempus ſuum) ludibriis reſervat: *ut, qui contempſerant, contemptui fiant*. His, vulgò quoque Salutis difficilis eſſe ſolet, ob Superbiam, acceſſus. Quantò graviora verò, quæ metuant, habent, *Sectarii*; Sectariorúmque *primi duces*: quibus omne Sacrorum imperium (utì Coritis Aaron)

Ruina Coritarum.

Digitized by Google

Aaron) ſanna, ludibrium, diræque ſunt, & exſecranda tyrannis? Quid meretur, obſecro, *qui ſuperbierit; nolens obedire ſupremi Sacerdotis imperio? Moriatur! & auferes ex Iſraële malum!* ne quiſquam deinceps *intumeſcat ſuperbiâ* (x). Quid, cui vilis eſt, ac deſpecta, *matris Eccleſiæ* majeſtas? *Sit tibi, ſicut Simulacrorum cultor, & Sacrilegus raptor!* (*y*) Et, ſi parvum hoc putas, meritiſque minus, eſſe fulmen (quod *Chriſti* tamen *regis* eſt): agè ſanè; *Sit tibi, ſicut Cores! ſicut Dathan, & Abiron!* Quid enim, (rogo te) quid minùs, hi *Coritarum* poſteri, faciunt; quàm veteres illi fecerunt? Rebellârunt illi, conjuratîs linguis, adversùs Moſen, expeditionis ducem. inſurrexerunt, adversùs Aaronem, *Sacrorum principem.* Et, temporum noſtrorum, multi *novatores*, Anabaptiſtæque potiſſimùm, magiſtratus, etiam civiles, exauctórant. Omnes autem, ad unum, *ſectarii*, regimen Sacerdotum, ac Pontificum, & ſcriptis, & concionibus, exſecrantur. Ac, ne quis dubitet, *Coritarum* eos eſſe progeniem: iisdem ferè, quibus illi priſci, verbis, etiam hi recentiores, fremunt; *Unum omnibus ex æquo Deum; unum, & communem, omnium eſſe Chriſtum: unum Spiritum divinum; Evangelium unum: unúmq; Dei verbum. Quidquid nomine Chri-ſtiano*

ſtiano cenſeatur; Populum eſſe Dei: Populum eſſe Sanctorum: ideóq́, Deo ſe rectore, Deo directore, magiſtróq́, doctos; Humanas, nec inſtitutiones, neq́ leges, neq́ normas deſiderare. Non egere Pontificibus, eos; quos intus Spiritus ſuus illuminet: neq́ Conciliorum decretîs, illos; qui ſibi ſint ipſis, erroris omnis expers, ac tutum, Oraculum. Unumquemq́ ſibi Flaminem, & arã, & hoſtiam, in corde ſuo circumferre: quando Chriſtianorum univerſitas, unum ſit, in omni, ſive conditione, ſive ſexu, Regale Sacerdotium. (z) *Chriſti munere, nos omnes, & Regnum eſſe Deo factos, & Sacerdotes.* (aa) *Hac fiduciâ, regnabimus* (ajunt) *& ipſi, ſupra terram;* (bb) *nec in capita noſtra Sacrorum reges alios ullos accipiemus.* Unde, præter Huſſium, Hieronymum Pragenſem, ſuperbiſſimúmq; Calvinum; etiam *Lutherum* eò videmus eſſe contumacis arrogantiæ provolutum: ut libro, quem, *de Gladio*, buccinator inſcripſit (*c c*), negare ſit auſus; *Sacerdotum, ac Pontificum, ullum eſſe, vel magiſtratum, vel poteſtatem* (verbis illius inhæreo.) *Miniſterium tantùm, ac functionem, eſſe: quæ Flamines, & Epiſcopos, nec altiores aliis, neq́ meliores, conſtituat. Eáque gratiâ, nec juris tantum eos arrogare ſibi poſſe, quò leges ullas, aut præcepta, cæteris mortalibus imponant.*

Qui-

Digitized by Google

Quibus, aliíſque compluribus, inſolentiæ maledicæ plenis, verbis effutitîs: quídnam reſponſurus, (alios præteream) vel ſoli *Paulo* Lutherus eſſet, *Titum* admonenti, Cretenſiũ Pontificem; Ut *loqueretur, exhortaretur, argueret*, OMNI CUM IMPERIO? Quod *imperium*, vetat Apoſtolus, *à quoquam contemni.* (*dd*) Certè, *contempſiſſet* hic *Islebides*; hominum æquè Superúmque deſpector: &, cui Paulus OMNE tribuiſſet, in Cretas, ſacrorum IMPERIUM; huic, iſte cathedrarum everſor, reliquiſſet NULLUM. Sed, ad *Seditioſos* revertimur: quos iterum iterúmque relibare juvat, noſtrûm omnium ſalubri monimentô. Juvat exclamare, divinis Jacobi verbis; *Ecce, quantus Ignis, quàm magnam incendit ſylvam!* (*ee*) Tota planè Caſtra, gentis Iſraëlitarum. Et, quánam *ſcintillâ* ſuſcitante? Nimirum eâ, quæ, nunc quoque, cœtus, domos, urbes, reſpublicas, ac regna terrarum, inflammat: *Ambitione* videlicet; cum *Invidiæ* livore conjunctâ. *Coren*, omnium primùm Pontificatûs, & *Ambitio* ſtimulavit, & *Invidia.* Secutæ mox, cogitationes turbidæ; principatûs adipiſcendi nefaria conſilia; clandeſtina quæſita conciliabula; ſocii reperti, non diſparis pravitatis. Hi fomites erant, hæ ſcintillæ; conceptrices incendii futuri. Supervénit his, calumnia-

Digitized by Google

mniatricis fax linguæ; criminandíque fratres duos, & traducendi, peſtifera licentia, *plena mortifero veneno*; volitans *odiorum ignis*; obtrectationum nocturna, diurnáque, *rota*; labia maledica; doloſum os, impræſentiarum; in abſentes autem, Inſectationes *Satyricæ*: ſub extremum denique, concors tot millium, & hoſtilis, adversùs legitima capita, conjuratio. Donec, & in ſummam Numinis majeſtatem, obliquus incedere contemptus cœpit. In quo, quídnam erat aliud, quàm *Univerſitas Iniquitatis?* (*ff*) Incendium igitur omne (quò redeamus ad rerum ſummam) concepit ambitus; peperit invidia; nutrivit odium; circumtulit inimica Lingua; proflavit conſpiratio; diſperſit ſeditio; fovit pertinacia; reſtinxit *Gehenna*. Quid autem nunc quoque videmus aliud, & experimur, à ſceleſta patrari Linguâ? *Mortalis iſte conditionis eſt, eritq; ſemper, curſus; donec fiamus Immortales*. Eſt, qui Naturæ, qui *Gratiæ*, qui diſciplinarum, & ingenii, dotibus: eſt &, qui dignitate, virtutibus partâ, præcellat: &, ob hæc, immis ſummíſque gratus, in oculis habitet multitudinis. *Non omnes omnia poſſumus*. nemini mortalium uni, vel Deus omnia, vel Naturæ largitas indulſit. Hinc eſt, ut in ſe ſinguli requirant aliquid; quod in alio videant affluere.

Sed

Ruina Coritarum.

Sed hîc Bonæ mentes gloriam alienam, gratulantes, aſpectant: cùm interim eandem ipſam improbiſſimus quiſque: tanquam in ſui contumeliam, accipiat: *ereptúmq; ſibi ducat, quidquid alteri datũ eſt*. Deniq; (prô nefas) ſatis juſtam *odii publici* cauſſam Invidus arbitratur, id ipsũ; quòd vir conſpicuus, *amore publico* dignus ſit. Indè, turbidi primùm cogitationum æſtus: &, qualis animus eſt, tales & oculi; vultus averſus; caput, humi dejectum: frons caperata: coràm, ſilentium ſuperbum; abſente verò, criminationum torrens, obtrectationum flumina, mendaciorum maria: facta, pro non factis; non facta, pro factis: cogitata, pro patratis; dicta, pro geſtis; tacita, pro dictis; recta pro pravis, interpretantium. Ibi, lubrico Linguæ nulla quies; non ſtatio, non modus. Per præceps devoluta, nec verum moratur, neque falſum: non honeſtum, non utile; non famam, non infamiam: non præſens, non futura: non jus, non conſcientiam: non Hominem denique, nec hominum obſervatorem judicémque, Deũ. Ibi, quidquid malevolorum poteſt, colligit: quidquid non poteſt, illicit, ac facit. Poſthæc, in circulis illorũ, aliud nihil, quàm is, quem odêre tales, circumagitur. Sermo, vel nullus, vel, in ipſum: & is quidem felle tinctus, uni-

Ruina Coritarum.

Digitized by Google

verſus. Illius, etiam ſancta, nequam facta ſunt; pia, ſimulationes; patientia, ſtupor mentis; humanitas, adulatio fraudulenta; mores innocentes, tecta nequitia; virtutum excellentia, populi deceptio; lux, & laus, publica, grandis *Hypocriſis*; bonorum commendatio, *Sathanas, in Lucis Angelum ſe transformans*. Summatim! bonus, nécne; commodus, an inutilis; reus, an inſons; magiſtratu, locò, functione, celebritate famæ, gratiáque bonorum, depellatur! &, vel ad corvos, in crucē, eat; quàm, ut diutiùs invidorum oculos excarnificet. Dum illi modò libidinē Invidiæ, dum odiorum flammam, ſaturent: penſi nihil habent; jus, fas, leges omnes, humanas, ac divinas, ipsámque *conſcientiam* (quam illi *viliorem algâ ducunt*) quin & Orbem, lacerari. Cùm autem & invaluerit, impotens ſui, mentis iracundus æſtus: in os, ac faciem, hominis inviſi, profundunt evomúntque: quidquid in buccam tuburcinantem inciderit: &, pro quo, ſiquando (quod in exitu mundi neceſſarium erit) quæſtionibus ſubjiciantur; nec ad unum ſufficere ſui defenſione poſſint. qui tamen, convitiorum mille quondam follibus, impudentē eructantes animam, nunquam vero falſum diſtinxerunt. Et hi quidem tales, interdum, (ac ſæpe fortaſſis) ad ſua

vota

Ruina Coritarum.

vota perveniunt; Deo permiſſore. Sed, ſi *Coræ*; ſi *Dathánis*, & *Abironis*; ſi cæterorum, *dum vivunt*, pœnas evitârint: *Incendia* quidē certè, quæ ſpirantes *hîc*, jaciendîs diſcordiæ *facibus*, inchoârant, luendîs *à morte* ſuppliciis, perpetuabunt. DEUS ENIM NOSTER, IGNIS CONSUMENS EST. (*gg*.)

AVCTORES.

(A.) *Exodi 14. verſ. ultimo.* (b) *Lege Itinerariū Werlini, toparchæ Zimmerenſis; à menſis Septembris. 9. die, anni 1483. uſque ad 6. Octobris, ejuſdem anni.* (c) *Jeremiæ c. 2. verſ. 6.* (d) *Felix Fabri, in Hodæporico, 12. Septembris, anni 1483.* (e) Pro permutatione primogenitorum. *Numer. lib. c. 3. à verſ. 11.* (f) *In Hebræo dicuntur*, Viri-Nominis (g) *Anicius Manlius Torquatus, Boëtius, De Cōſolatione Philoſophiæ, libro 3. ante metrum. 5.* (h) *Numeror. 14. v. 40. & ſeqq. vſque ad finem.* (i) *Aliqui, apud Salianum, retulerunt hiſtoriā hanc, ad* manſionem *19. quæ fuit*, Ceelátha: *quo loco quidam, ligna colligens Sabbato, datus in cuſtodiam eſt; ac, poſtero die, ſaxis obrutus. Numer. 15. v. 33. Chriſtianus autem Adrichomius, in deſcriptione* De-

Ruina Coritarum.

Digitized by Google

ſerti Pharan, *rectiùs, ac vero ſimiliùs, attribuit Manſioni 24. Quem vide.* (k) *Jacobus Salianus anno Mundi 2547. num. 15. non improbat; Petiſſe Moſen; ut Deus ſigno aliquo manifeſto proderet (quod & fecit), ſe eorũ oblationes reſpuere.* (l) *Erant namque Dathan, & Abiron, filii Eliab; qui nepos erat Rubénis; unius è duodecim patriarchis.* (m) *Qualis erat Core, & multi ex Sociis cõjurationis. non enim omnes: ſed diverſi, diverſis è tribubus, oriundi.* (n) *Exodi 6. v. 24.* (o) *Numer. 16. v. 19. ubi ponuntur verba*, Adversùs eos: (*Moſen videlicet, & Aaronẽ*) (p) *Numer. 26. caput vide, ab nono verſu.* (q) *Palatius, apud Cornelium, in caput. 45. Eccleſiaſtici, verſ. 22. Ubi, de Aarone diſſerens, ſacer ſcriptor hæc ponit verba*; Contra illum ſteterunt alieni: &, propter invidiam, circumdederunt illum homines, in Deſerto; qui erant cum Dathan, & Abiron: Et Congregatio Core, in iracundia. Vidit Dominus Deus; & non placuit illi: & conſumpti ſunt in impetu iracundiæ. Fecit illis monſtra (*hæc* Diabolorum & flammarum, *fuiſſe ſubita* ſpectra, *Palatius, è Rabbinis, interpretatur*) & conſumpſit illos in flamma ignis. (r) *Addendum hoc erat; propter infantes, ac parvulos, utriuſq; ſexûs, rationis uſu nondum præditos: quibus, non omnino caruiſſe*

tot

tot familias eorum,qui cum omnibus, ad ſe pertinentibus, *à terra ſunt abſorpti ; credi meritò poteſt.Eos, ſi præſertim ab* Originis peccato *jam fuerãt expiati (ſicut eſſe poterãt, triennio antè aut quadriennio,in Ægypto,perCircumciſionẽ, &c.)quis tam inclemens ablegêt in*Gehennam? *Et,ſi nondum erant emaculati:quis ſaltẽ amandet in* Ignem æternũ? *De* adultorum *autem damnatione ſempiternâ,nemo dubitat : ne Salianus quidem,&, apud eum,Abulenſis. Etſi poſterior dicat:*Contigiſſe nonnunquam,ut aliqui,in ipſo peccati *mortiferi* actu mortui, damnationem ſubitâ pœnitentiâ evaſerint. *Nullius tamẽ id exemplo probat : nec eſt de ullo tali, extra revelationem divinam, facilè præſumendum : ne janua* Impœnitentiæ Finali *aperiatur ; ſperaturæ,ſe nihiloſecius ultimo* inſtanti, casúque (*quod ajunt*) metaphyſico,*ſalutarem gemitum aſſecuturam.* (s) *Jacobus Salianus, anno Mundi 2547.* (*in quem hanc* Coræ *tragœdiam refert*) *numero 43. dubitat ;* An pauciores interierint cum Core, Dathan, & Abiron, *ac 250. thuribuligeris: eorúmque familiis ampliſſimis, & ingenti fœderatorum multitudine.* (t) *Ad Hebræos,cap.13.verſ.17.quam ſententiam tales immorigeri, rebelléſque, invertunt.* (u) *Ad Roman.c.13.verſ.1.& ſeqq.* (x) *Deuteronom.*

cap.17.verſ.12.& 13. (y) *Matthæi 18. verſ. 17.* (z) *Sic abutuntur verbis S. Petri, epiſt. 1. c.2.v.5. & 9.*

(AA.) *Sic perperam interpretantur Apocalypſeos cap. 5. verſ. 10.* (bb) *Ibidem, in fine verſûs 10.* (cc) *Sermone Germanico,* **Von dem weltlichen Recht/ vnd Schwert.** *Wittembergæ, anno 1520. ut præfert icon Lutheri, appreſſa,* in habitu adhuc monaſtico : *ſed*, calamo jam hæretico. (dd) *ad Tit. cap. 2. fin.* (ee) *S. Jacobus. cap. 3. à verſ. 6.* (ff) *Idem ibid.* (gg) *Hebræ: c. 12. verſ.29.*

Digitized by Google

MEMORABILIORUM
DECADIS I.
RERUM, atque VOCUM,
INDEX.

A

AARON, à Deo Pontifex inſtitutus, cũ omni ſua progenie, in perpetua tempora. pag. 681. Cum lucro ingenti. *ibid.* & cum pompa. 682. Coren, cum factione ſua, ſibi habet invidentem. 683. &, quámnam ob cauſſam? *ibid.* Incendium cœleſte precibus ſiſtit. 709. & 710. Ejus Virga frondet. 710. *Reliqua vide, verbo*, Moſes.

ABELIS nomen, diverſè, ſicut ſcribitur, ità ſignificat. 276. Ejus innocens vita. 216. 217. & 218. Ejus, & Caini fratris, ſacrificia; ac Religionis actus. 219. magnâ tamen animorum, in utroque, diverſitate. 220. 220. ideóq; etiam diſpare ſucceſſu. 221. & 222. Abelis, in Sacrificando, liberalitas, ac Fides. 273. Ejus Sacrificium de Cœlo inflammatum. 221. & 222. Abel, Dei cauſſam, adversùs Caini criminationes, in ſe ſuſcepit. 230. Ejus, pro Dei gloria, & æquitate, Providentiáque, Oratio; Cainum refutãs. 230. 231. 232. & 275. Necatur à Caino. 233. Ejus Anima quò migrârit. 234. De luctu parentum, ad aſpectũ cadaveris ejus, quídnam ſentiendum? 235. 236. & 237. Et ſaltem, quídnam dicere parentes, eo mortuo conſpecto, potuiſſent. 236.

236. 237. A morte Abelis, utrùm parentes ejus, uſum thori, luctûs cauſsâ, ſuſpenderint. 247. & 248. Abel à ſolis Cajanis (hæreticis) improbatus. 271.

Abiron particeps Conjurationis Coræ. 685. *Reliqua vide, in Verbo*, Dathan.

Abrahamus (& Sara) coævi Semiramidi: ſed annis minores. 476. Quoto Ninyæ regis anno, Abrahâmus Chaldæam reliquerit. 536. Quibúſnam itineris comitibus. *Ibid.* Nequit cum Loto communiter habitare: & cur? 537. Cedit nepoti locum amœnioré. *ibid.* Hebrone habitat, ad Quercum Mambre. *ibid.* & 538. Chodorlahomórem, ac ſocios reges, victores, ſtrenuè inſequitur. 551. deprehenſos cædit, ac profligat. *ibid.* Prædam illis, & Lotũ, cum ſuis, eripit: ac reducit. *ibid.* & 552. In reditu è pugna, occurrentem ſibi habet Baram, Sodomorũ regem. 552. & Melchiſedechũ, regem Salem. 553. Ei Melchiſedechus gratulatur victoriam. 553. & 554. Sacrificiô panis ac vini, in Chariſtia, oblato. 554. Cuj Abrahamus dat decimas totius prædæ; quoad licebat. *ibid.* ídque ex more populorũ Orientalium. 554. Ei tres Angeli apparent, ad Quercũ Mambre. 557. invitat eos, veneratur, & ad menſam pertrahit. 558. Pranſos comitatur. & quouſque? 558. Docetur, de filio, ſibi naſcituro. 558. & de Pentapoli peritur â. 559. Pro Sodomorum urbe, ſub conditione, intercedit. *ibid.* conditione verò deficiente, ceſſat orare pro eis. 560. & meritò! *ibid.*

Adama, quid Hebraicè ſignificet. 197.

Adami nomen, ingenioſum. 203. Adamus, animalium omniū cenſor: ac nominum impoſitor. 138. Sociam vitæ accipit Evam; dum dormit. *ibid.* Eam, expergefactus, agnoſcit conjugem: ac nominat. 139. Caput myſticum Humani generis conſtitutus, 148. & 199. unde, niſi peccâſſet ipſe; non lapſi fuiſſent in alio, qui ordinariâ generationis viâ deſcendiſſent ab eo. 148. & 149. idque, ex pacto divino, licèt admirando, tamen juſto. 149. Hoc pactum Dei, Adamo innotuit, ante peccatum. 199. & 200. Invidiâ Diaboli, pertrahitur in peccatū. 161. & 162. Verbis, & aſpectu, Evæ, deductus in lapſum, 169. agit contra ſtimulum conſcientiæ ſuæ. 169. & 170. Ejus improba mulieroſitas. 170. quam alii poſtea multi ſecuti ſunt mariti, *ibid.* quanta damna conglobârit, in ſe, & omne genus noſtrum. 170. & 171. Adami mors. 285.

Adulteri cujuſdam Ægyptii fraus. 667. & 668.

Ædificationis ſtrenuæ, potens; ſed Tyrannicum, compendium. 493. & 494.

Ægyptiæ Plagæ à Moſe inflictæ, compendióque narratæ. 635. & 636. quamdiu durârint. 641.

Ægyptiorum omnia Primogenita, interfecta. 643. & 644. Eorum, adversùs Iſraëlitas dimiſſos, expeditio. 752. quàm numeroſa? *ibid.* Eorum, plures olim, uno tempore, Reguli: &, quis eorum ſummus? 667. Eorum urbes regiæ, Heliopolis, ac Dioſpolis; & Præfecturæ. 667.

Æternitas, in Gehenna; tormentum inexplicabile. 84. Auctores, de ea

ea tractantes, commendati. ibid. Ejus, gravis, & horrore digna, Conſideratio. à pag. 189. maximè, è fluviis, ac montibus totius mundi, celebrioribus. à pag. 109. uſque ad 195.

Æthiopia Arabica, quænam? 201.

Æthiopia Nigritarum, & Congianorum. 501.

Æthiopiſſa quo pacto fuerit, uxor Moſis. 201.

Affectus, ſeu πάθη. *Adami*, luctantis cum ſuámet Conſcientia: utrumnam Evæ ſuæ conſentiat, in edendo Pomo prohibito. 169. & 170. *Protoplaſtorum*, in funere Abelis. 236. & 237. *Caini*, poſt patratum fratricidium. 238. & 239. Eorũ, qui *Diluvio* peribant. 324. uſque ad 328. *Noachi*, intrà Arcam; ſub Diluvio. 331. & 332. *Ædificantium Turrim Babel*; confuſione linguarum introductâ. 366. maximè verò, *Nemródi*. 367. & 368. Emigrantium è Sodomis, Loti, & familiæ illius. 573. Pereuntium in Sodomis, & universâ Pentapoli. 579. & 580. Profugientium, ad Interitum *Coræ*, ac Sociorum ejus. 704.

Agonazes, magus. 401.

Alexander Magnus, Semiramidis admirator. 477.

Amberga. 525.

Ambitionis, avaritiæ conjunctæ, natura. 503.

S. Ambroſius, quid ſentiret, de imperiis prætrigidis. 634.

Amenophthes. Secundus, Ægypti rex, Hebræis infenſus. 611. adversùs eos, coram ſuis, declamat. 612. Ejus, in Hebræos, tyrannis varia. 613. & 614. moritur. 614.

Amraphel, rex, ſeu Regulus. 535.

Angar, mons. 460. & 461.

Ange-

ANGELI, ubi conditi? 22. & 104. quando conditi. 21. & 102. in Gratia conditi. 28. & 110. Sunt meri Spiritus. 22. Eorum, cum Stellis, accurata comparatio. 23. 24. 25. 26. 27. Eorum dotes, & excellentia. pag. 23. uſque ad 29. Eorundem Hierarchiæ, & Chori. 25. diſparitas inter ſe, ratione dotiũ. 26. Eorum Locutio. 26. & expreſſiùs. 45. Felicitas, ex eo, quòd in Gratia conditi. 28. Pactum Dei cum illis: ídque juſtiſſimum. 29. A Lucifero infecti multi, tumultuantur in Cœlo. 47. & 48. Ab Angelis bonis retunduntur. 48. & 49. Eorum mutuum, in Cœlo, prælium. 49. & malorum Angelorum clades. 50. Eorum ingens multitudo corruit. 51. & permagna nobilitas. *ibid.* Eorum indè diſpendium varium. 52. in Dignitate. *ibid.* In Nomine. *ibid.* & 53. ac 54. In facultatibus Intellectûs, ac voluntatis; ſupernaturalibus, & naturalibus. 54. 55. 56. In Loco, quem amiſerunt; & cum deteriore commutârunt. 64. & 65. &c. Angeli, falsò à quibuſdam crediti ſunt, mulierum abuſu deliquiſſe. 37. Et ideò ſceleſtiſſimum, de illis, Mahometis eſt mendacium. 288. & 289. nec probandus Græcorũ quorundam, de iiſdem, error. 289.

Angeli, cur Aſtra Matutina dicantur, 104. & 105.

Angeli Mali, quamdiu fuerint olim in Cœlo. 85. 87. & 124.

Angelorum, in ſuo Judicio ac ſenſu, immobilitas; undénam proveniat. 105. Eorum Cognitio Matutina, ac Veſpertina; quid ſit. 106. Eorum immenſa multitudo

titudo. 107. Eorundem Nomina, valde nobis incomperta. *ibid.* Eorum in Hierarchias, & Ordines, antiqua partitio, non temerè invertenda. 108. Angelica Inſtantia. Vide, *Inſtans.* Quomodo Angeli-lapſi perdidiſſe Beatitudinem dici poſſint. 114. De Peccatis, in Angelum, adhuc in via merendi conſtitutum, cadentibus: aut non cadentibus. 115. Angeli, Haródus, & Maródus. 288. & 289.

Angeli Tres Abrahamo apparent. 557. Ab eo invitantur, & convivio adhibentur. 558. Vaticinantur ei, de filio naſcituro. *ibid.* & de Pentapolitarum exſcidio. 559. Duo ex illis Sodomam abeunt. *ibid.* tertius, cum Abrahamo manens, declarat incredibilem bonorum, in Sodomis, paucitatem. 559. duo Angeli, Sodomam intrant. 560. A Loto invitantur. 561. & compelluntur ab eodem. 562. Fingunt, ſe Homines eſſe. 562. & pro talibus à Loto habentur. 561. Expoſcuntur à Sodomitis ad rem nefariam patiendam. 564. A Loto defenduntur. 564. 565. 567. percutiunt Sodomitas mirabili cæcitate. 567. & 568. & ad Pentapoleos exſcidium continuò accinguntur. 569. Loto ſuboleſcit; Angelos eſſe. 569. Ei denuntiant Angeli futurum Pentapoleos interitū. 569. & 570. Educere ſecum charos ſibi, jubent. 570. Cunctantē egredi, cogunt: & vi extrahunt. 572. & 573. feſtinare eum jubent, in montem: nec retroſpicere. 574. Eidem, ut in Segorem divertere liceat, permittunt. 575. & 576. Unius ex illis, ad Lotum, oratiuncula valedicto-

dictoria. 576. Iidem Angeli ſe nubibus immiſcent, ad Sodomorum exſcidium. 577.

Angelus, è Columna Nubis Hebræos tutatur; & Ægyptios peſſumdat. 658. Idem, Moſis & Aaronis defenſionem, quomodo ſuſceperit, adversùs ſeditioſos. 699. Ejus tutelæ hypotypotica deſcriptio. *ibid.* & 700. & 708.

ANIMA humana nulla producta fuit; antequã Adam conderetur. 142. Animæ Humanæ Excellentia. *ibid.* & 143. Secundùm hanc, propriè Homo conditus eſt ad Imaginem, & Similitudinem, Dei. quod fuſiùs oſtenditur. 143. & 144.

Animalia, quænam, & quomodo, in Arcam Noachi pervenerint. 317. & 318. & quótnam paria mundorum animalium? 317. & 344. Quænam in eam non ingreſſa ſint. 318. & 319.

Aoraſia, quódnam genus cæcitatis ſit. 568.

ARABIÆ Petrææ Deſertum, horrendum. 677. & 678.

ARBORES, Vitæ, & Scientiæ, in Paradiſo. 158. Arbor Scientiæ, unde dicta? *ibid.* &, cujus generis arborũ eam fuiſſe, probabilius ſit? 158. & 159. de ea, ab Adamo vitandâ, præceptũ Dei: & quidem juſtiſſimum. 160. & 161. neque difficile. 160.

ARCA Noæ: quando ſtrui cœpta. 305. & ubi? 307. Ejus totius fabricæ exacta deſcriptio. 308. uſque ad 312. Ejuſdem capacitas: &, quantæ Hominum multitudini ſuffectura? 311. & 212. fuit Typus orthodoxæ Eccleſiæ. 316. In eam, animalia, quænam, & quot parium, ac quomodo, illata. 317. (Vide etiam V. *Animalia*)

lia) Eorum, qui ſub Diluvii tempore, extra Arcam erant, miſer, & ſtatus, & animorum affectus. 324. & 325. Item 327. & 328. Gigantum, etiam deſperatâ jam Arcæ aſſecutione, impietas. 325. eorum, ab Arca, excluſio triſtis. 328. Quàm turbidum tum illud tempus; Arcâ fluctuante. *ibid.* Arca requieſcit: & ubi. 333. de Arcæ reliquiis. 333. locus, in quo exſcenſum eſt ex Arca. 346.

Ariochus, regulus. 535.

Ascalon, urbs. 460. Lacus Aſcalonites. *ibid.* Piſcibus Aſcalonitæ cur abſtinerent. 462.

Aſphaltus. V. *Bitumen.*

Asphaltites. Lacus. emerſit, è Pentapolis incendio. 588. *Mare* appellatur; diverſis adjectis epithetis. & cur. 588. maximè verò, *Mare-Mortuum.* & quare? *ibid.* Amnes, in Lacum illum influentes. 588. Quales lacûs illius Aquæ ſint. 589. Omnia circùm arefacit, & exſugit. 589. Ejus Poma littoralia, cujuſmodi ſint. *ibid.* quamdiu duret jam Lacus ille. 590. Ejus fructus unicus, Aſphaltus, ſeu, bitumen. 590. Injecta in Lacum Aſphaltiten corpora, nõ ſubmerguntur. 591. ejus profunditas. 592. & 593. Aſphaltici fontes. 541. Eorum uſus. *ibid.*

Assur rex. 417. Aſſur, urbs regia. *ibid.* A Nino rex Aſſur vincitur. 418. & Urbs Aſſur indè, in Niniven tranſmutatur. *ibid.*

Assyriorũ Reges, & anni regiminis, quot. 477. Eorum regum, à Belo, uſque ad tempora Pharaonis, Ægyptiorũ regis, ſubmerſi, Series, ac ſucceſſio. 604.

Atoſſa Semiramis, quæ fuerit. 523.

AVES, ac Piſces, non crea-

Digitized by Google

creati ex nihilo, contra Capellum Sectarium. 196. & 197.

B.

Babylon, urbs, & turris. 356. & 383. Cur *Babel* appellata. 373. fit regia Nemrodi ſedes. 372. A Semiramide urbs *Babylon* plurimùm amplificatur. 479. Ejus muri. 479. Eorum gemina ſeries. *ibid.* Turres murorum. 480. ſpatium, inter muros, ac domos. 182. Murorum ambitus. 479. & 485. Arces geminæ Babylonis, à pag. 486. uſque ad 488. celerrimè effectæ. 488. magnificè exornatæ. 484. & 485. Ejus urbis, qui propriè conditor primus: quis amplificator. 482. Circa hanc quæſtionem nugæ Goropianæ. 480. & 481. Babylonis Pons, ſtupendæ ſtructuræ opus. 378. ſtruendi illius, neceſſitas. 482. & 483. Quàm longus, atque latus. 483. ad eum conſtructi aggeres, & cavernæ. 484. & crepidines. *ibid.* quouſque extenſæ. 484. & 485. Pontis illius longitudo, à quibuſdam falsò tradita. 485. Quantâ celeritate pons, & crepidines effectæ. 485. Celeritatis ædificandi compendiũ. 485. Ejus pontis hodierna rudera. 378. Babylonis horti penſiles. 480. 481. 489. Babylonis antiquę, particula reſidua. 379.

Babylonicæ Turris ædificatio ſtrenua. 361. & maximè, ob concordiam, initiò. 364. à quanta operatum multitudine. 361. & 362. Intrà quantum temporis, exſtructa Turris ea fuerit. 362. & quoto mundi anno cœpta condi. 374. Ejus majeſtas, & amplitudo. 362. 363. & 364. In ea Templum,

plum,ſeu,baſilica,poſtea Belo conſecrata.363. eâ turrim cœlo admovere exſtructores cogitant.365. ſed id conſilium Deus deſtruit.365. ídque multitudine linguarum diſcordi, eis immiſsâ.366. ædificantium, varii animorum affectus, ad novum illud linguarum miraculum. 366. & 367. præſertim verò Nemrodi, principis ædificantium. 367.& 368.Univerſum ædificationis opus intercipitur; atque ceſſat. 368. Ruinam Turris Babylonica ſubit, non ſimplicem. 374. Ejus reædificatio ſubinde reſumpta;& tamen interpolata. 379. Quamdiu Turris ea ſteterit. 379. Variis à cauſſis dejicitur.376. & prorſus tandem interit.*ibid.*& 377. Arca, & collis, in quo olim Turris Babel.379. Quàm horridus hodie locus ille, in quo olim Turris ea ſtetit. 379. Ejus fundamentorũ veſtigia; &, quanti ſpatii, ac vaſtitatis. *ibid.* Circa illam, inſecta, angues, ſtelliones, fons. 380.

BACTRORUM regio, exteris occupatu difficilis. 420. Ejus accurata deſcriptio. *ibid.* & 421. 422.423.Ejuſdem horrendæ ſolitudines, & arenoſa ſterilitas. 422.& 423. commeandi per eam, difficultas. 423.Ejus incolæ, quales.423. & 424.

BAGISTANIUS mons. In ſimulacrumReginæ exciſus. 496.

Bala, urbs: poſtea Segor, 576.& 581.

BARA, Sodomorum rex. 548. victus, in montes prófugit. 549. Qualibus fuerit moribus. 552. Abrahamo victori occurrit. *ibid.* ab eo Cives captivos, & reductos, repetit. 554.quos etiam accipit; unà cum omni præda gratuitò. 554.

Digitized by Google

554. & 555. Et tamen, nec ex Abrahami, nec è Melchiſedechi, moribus emendatur, cum ſuis. 555. Abit, ingratus Deo, pro acceptis beneficiis. 556.
Becanus Goropius. V. *Goropius.*
Beli nomen, quid ſignificet. 371. Cætera vide Verbo, *Nemrodus.*
Beléum, templum. 363. & 379. ad ejus exſtructionem, etiam Semiramidis opera intérvenit. 450. & 488. In illo templo, dona Semiramidis miranda. 490.
Bitumen. 361. bituminis cumuli grandes: ſolidi, ac liquidi. 378. & 379. bituminis putei. 541. ubinam naſcatur copioſiùs. 590. quali formâ figuráve natet. *ibid.* & 591. prælaborioſa extractio. *ibid.* Ejuſdem reſolvendi modus paradoxus, 591. Ejuſdem, in medicinis, utilitas. *ibid.* ebullit è mari mortuo. 592.
Bodmannicæ Familiæ memorabilis eventus 336. 337. & 338.
Brocardus hiſtoricus, maris mortui inſpector. 596.

C.

Cainus, non fuit conceptus in Paradiſo. 272. de ejus patria, controverſia. 272. & 273. Illius prima ætas: & adoleſcentiæ ſtudia. 213. 214. 215. morum & actionum illius diverſitas ab Abele fratre. 215. 216. 217. 218. Uxorem ducit. 216. In Sacrificando, ſordidè parcus eſt. 220.
Abeli fratri, propter Dei favorem, incipit invidere. 222. & 223. Ejus Invidentiæ, Signa exteriora. 223. Demonetur ab ea, divinâ increpatione, & hortatu. 224. 225. & 226. Ille tamen obſtinatè pergit in

in malo, & ira. 226. In agrum, cum fratre, egreditur. 227. & 274. Criminatur elementa: & indè, Dei Providentiam, & æquitatem, ac Judicia, calumniatur, conſilio callido. 227. 228. 229. Caini Impia, adversùs Deum, ac Pietatem, declamatio. 228. 229. 274. & 275. Abelem interficit. 233. quónam inſtrumento. 234. & 235. Cainææ mentis, & omnium homicidarum habitus; perpetratâ cæde. 238. & 239. Cadaver Abelis abſcondit. 238. Obſtinatè animum indurat ad Impœnitentiam. 239. & ideo, nec Deo quidem, interroganti ſe, quidquam placidi reſpondet. 239. Ei mentitur. 240. A Deo ergo graviter increpatur, pœnæque ei denuntiantur. 240. & 241. Dei, in Cainum, Invectiva. 240. 241. & 242. Caini, cum Equo indomabili, comparatio. 243. Cum Deo expoſtulat, ſuper indictа ſibi pœna. 275. & 344. Sollicitus eſt: ne à quovis obvio occidatur. 244. Quem timorem, non planè fuiſſe vanum, oſtenditur argumento multitudinis hominũ; qui jam tunc erant. 245. 246. 247. A Deo fidem accipit: non occiſum iri à quovis obvio. 248. & ſignum, ſeu notam. 249. Quæ nota, cujuſmodi fuerit, expenditur. 249. 250. Belluas timet. 250. Secedit: ac fugite è loco, in locum. 251. Habitat tandem in Eden. 251. de ſitu loci Eden. 252. Cainus urbem ædificat, ac muris claudit. 252. & 253. ídque maximè, ob pavorem Conſcientiæ. 253. licèt aliã ipſe cauſſam prætexat. *ibid.* Eam urbem, cur *Henochiam* potiùs nominârit, quã *Cainæam*. 254. De urbis illius

illius ſitu. 254. 255. Cainus in Impœnitentia, quot annis perdurârit. 261. In nemus Henochiæ ſecedit; quietis cauſsâ. 262. & 264. A Lamecho, venante, errore adoleſcentuli comitis, pro fera interficitur. 262. 263. 264. & 278. (ubi Cappellus Sectarius refutatur) & 279. Cur feræ more occiſus; & quidem, à Conſanguineo, 267. Primus omnium hominũ, Gehennam initiat. 267. ubi, quot jam annis, ardeat. 267. & 268. A divinis litteris malè audit. 268. Eum ſoli Cajani hæretici defendunt, ac diligunt. 268. &, quibúſnã fabulis, ac mendaciis. 269. Caini poſteritas, moribus illius ſimilis. 257. Coloniam ex urbe Henochia educunt; rapinis aſſuetam 257. & aliis ſceleribus. 258. Cainianorũ ſumma improbitas, in omni vitiorum genere. 258. 259. 277. Eorum ſcelera viam Cataclyſmo ſternunt. 260. & 277.

Cajani Hæretici, qualis hominum fæx: & quibúſnam ſimilis. 269. & 270. Eorum doctrina *fidei*, falſiſſima. *ibid.* doctrina verò *morum*, ac libidinum, longè deterrima. 270.

Calviſius. Vide, *Sethus*.

Cappellus, Sectarius. Vide, *Iacobus* Cappellus.

Cataclyſmus. Vide, *Diluvium*.

S. Catharinæ Virg. & Martyr. tumulus. 622.

Caucaſus, mons. 307.

Cenchres, vel Cenchris, rex. Vide *Pharao*.

Codorlahomor, ſeu Chodorlahamor, rex. 536. Pentapolitas ſubjugat. 545. In rebellantes, denuò movet, cum aliis tribus regibus. 546. Ejus ſociorum nomina. 546. aliquot, in circuitu Pentapoleos, populos evaſtat. 546. & 547. In

Pentapolitas tandem vi totâ incumbit. 547. & 548. eóſq; prælio fundit. 549.

Coelum Empyrium, quale, quantum, ac cætera, de eo. à pag. 18. uſque ad 20. incluſivè. Creatum eſt initiô rerum omnium; creatione, propriè dictâ. 98. etiam ante Angelos. 99. Ejus magnitudo, ac vaſtitas. 100. Ejus orthographia. 98. Undénam ſic dicatur. 99. appellatur Cœlum-Cœli. 101.

Cogitationes malæ, ſolæ ſufficere poſſunt, ad graviſſimum peccatum. 93. & damnationem æternam incurrit, etiam unica, & breviſſima. 94. & 125.

Columbæ, Semiramidis nutrices creditæ. 462. & 463. deæ fiunt. à Syris: & cur. 521. Cur Semiramis credita ſit, in Columbam eſſe verſa. 517. Columba, Inſigne vexillorum militarium. 521. Gladius-Columbæ, quid? *ibid.* & 529.

Columnæ nubis, & Ignis, in egreſſu Iſraëlitarum ex Ægypto. 647. & 648. & alibi ſæpius, eádem *Ruina.*

Columnæ binæ Noachi. 299. & 300. & 411. Columnæ æreæ Zoroaſtris. 410. & 411.

Coniurati, in Seditione Coræ, quínam potiſſimi. 685. Conjuratorum, in illa Seditione, ſceleſta mens, & agendi ratio pſeudopolitica. 685. & 686. Clam ſibi thuribula præparant. 687. Quánam Manſione, ac loco, apertè proruperint. 688. Seditionem, ac murmura, innovant. 707. & 708. Vide cætera, Verbo *Seditio.*

Core Seditioſus; Moſis & Aaronis dignitati invidus, & infenſus. 683. & cur, Aaroni præſertim, *ibid.* Frendens, diſpu-

Digitized by Google

ſputat ſecum adversùs utrumque. 683. & 684. Moſi abrogare magiſtratum cogitat. & cur. 685. In partes ſuas pertrahit Abirónem & Dathánem: alióſque plures. 685. Quánam Manſione, & loco, palàm proruperit ejus Seditio. 688. Moſen, & Aaronem, acri Invectivâ aggreditur. 688. 689. & 690. Ingentis tumultûs cauſa eſt, cum Sociis. 690. Seditionem innovat: cujus hypotypóſis adponitur. 798. A filiis, ei contradicitur, in ſcelere. 698. Ille tamen obſtinatus in pravitate, minas Moſis, cum Sociis ſuis, irridet. 701. & 702. Cum Sociis, à terra abſorbetur. 702. & 703. Alii ejus ducenti & quinquaginta Socii, igne depaſcuntur. 304. & undénam exorto illo Igne? *ibid.* Ob ejus, ac Sociorum, interitum, calumniantes Moſen & Aaronem, igne cœleſti devorantur. 709. Numerus interfectorum, in Conjuratione Coræ. 710. Quibus ex initiis Coritarum omnis Ruina proceſſerit. 717. & 718.

Crater aureus prægrandis. 490.

Cubitus architectonicus: & , de eo, opinionum varietas, in Arca Noæ. 310. 311. & 312.

Curioſitas artium moderanda. 440.

D.

DÆMONUM varia Nomina, & appellationes, 53. & 54. Eorum voluntas, Omnis mali promptuarium. 55. Odio Dei plena. 56. Incorrigibilis, & veræ pœnitentiæ incapax. *ibid.* & 57. Deſperatione pleni, tantò ampliùs beatis invident Angelis. 57. Quídnam propriè in illa Cœli jactura doleant. *ibid.* & 59. Naturalia dona, poſt

poſt lapſum è Cœlo, quænam, & quatenus, retinuerint. 59. & 60. Cum publico damno totius mundi, viribus ac Scientiis ſuis naturalibus abutuntur, à pag. 61. uſque ad 64. (ubi de admirandis eorum præſtigiis per totum.) In infernum detruſa, plurima eorum multitudo. 65. &c. Nondum tamen Omnes. 68. licèt interim, ubiq; pœnam inferni ſecum circumferant. ibid. & atrociſſima tormenta patiantur. 81. Elementorum plerorumque loca inſident. à pag. 69. In ignis Elemento, num ſint. 69. Terreſtrium Dæmonum innumera loca: in quibus degunt, aut turbant. à 70. uſque ad 77. (ubi per totum, multa, lectu rara) Maritimi, & aquatici, Dæmones. 77. Cadavera hominum, ac brutorum, intrant: vel eorũ formas ſimulant. à pag. à pag. 77. (per diverſa animalia.) uſque ad 80. Eorum ingens Potentia, ac malitia, in aëre turbando. 70. & interficiendis hominibus. 71. & 73. aut iiſdem, in loca, ſeducendis, à quibus non redeunt. 72. aut damno mactandis, 120. In hominum miniſteriis, ſed dolosè, verſantur. 74. & in fodinis montium; cum damnis tamen foſſorum. *ibid.* & 75. Intrà lignorum ſtrues latent, 75. frumentum dominis ſuis comportant. *ibid.* Balneis ſuperſtitioſis lautè curantur. *ibid.* Eis auri cuſtodia traditur, *ibid.* Duella, & arcium præſidia, obeunt. 76. Sepulcra ſubeunt, *ibid.* Eorum Pœnæ & cruciatus in Inferis. pag. 82. 83. & 84. Quatenus dicantur perdidiſſe beatitudinẽ. &c. 114. Eorum Intellectus, adhuc plurimis falſi-

falſitatibus eſt expoſitus, circa Objecta Supernaturalia: in quibus, quandónam errent. 118. & quatenus Omni Scientiâ Supernaturali privati ſint. 119. Quomodo, *Credere*, dicantur, *& Contremiſcere.* ibidem. Eos animatum loco ſubinde apparere, credibile eſt. 121. Dæmon, ſub forma léporis. 123. Deſertis delectantur Dæmones. 71. & 72. Eorum ingens mendacium, ac vana jactantia, de ſua felicitate. 86.

DAMNATORUM hominum, in Gehenna, multitudo, unde colligatur. 179. uſque ad 189. (ubi multæ, momenti non levis, Conſiderationes, per omnes illas paginas.)

DARIUS rex, effractor ſepulcri. 522.

DATHAN, Socius Seditionis Coræ, cum Abirone. 685. Cum Abirone ferociter ſecedit. 691. Citatus à Moſe, cum Abirone, compatére dedignatur. 694. & cur. *ibid.* Aſperè legatis, in Moſen, reſpondet. 695. & 696. Monita, minásque Moſis, exſibilat. 701. & 702. Cum ſociis, Abirone, Core, &c. terrâ hauritur. 702. & 703.

DECALOGUS, quare, & quatenus, dicatur Moſi datus, in monte Sinai 622.

DEIPARÆ gloriam affectans, puella; ſed infeliciter. 90. & 91.

DERCETO, femina. 461. imprægnata, infantem exponit: ac ſe ſubmergit. 461. De ea, unde nata ſit, & quænam, fabula. 461. & 462.

Dercetæus, è ducibus Semiramidis. 506.

DESERTUM Arabicum. 677. & 678. In eo Deus Hebræis omnia bona paternè contulit. 679.

DESCRIPTIONES.

Gehennæ. 64. & 65.

Tormentorum Gehennæ, in Dæmonibus. 82. 83. 84.

Corporis Protoplaſtorũ. 146.

Paradiſi. 155. 156. 157.

Pomorum Muſyorum. 158. 159.

Infelicitatis Protoplaſtorum, poſt lapſum. 174. 175. 176.

Miſeriæ humanæ, generatim. 177. 178. 179.

Hominis Invidi & Irati. 223.

Hominis, ad malum obſtinati. 226. 227. 243.

Hominis, malè ſibi Conſcii. 250. 251. 252. 253.

Communitatis alicujus ſceleſtæ. 255. 256. 257. 258. 269. Rurſus. 543. 544. 556. 557. & 559. & 560.

Arcæ Noachæ. 308. 309. 310.

Diluvii à 320. uſque ad 330.

Cœli,

Cœli, per XL. dies pluentis; & Cataclyſmi. à pag. 320. uſque ad 328.

Turris Babylonicæ. 362. & 363.

Confuſionis ædificantium; immiſsâ linguarum multitudine. 366. & 367.

Babylonicæ Turris reliquiarum, ac loci, quo ſtetit. 377. & 378.

Spelunca Mitræ, Perſarum Dei. 405. & 406.

Bactrianæ Regionis. 420. 421. 422. 423.

Aſcalonis urbis. 460.

Virginis infantis, loco deſerto expoſitæ. 420. 463.

Babylonis urbis, & omnium in ea memorabiliorum. à pag. 479. uſque ad 490. incluſivè.

Apparatûs ingentis, ad expeditionem bellicã. 504. uſque ad 508.

Prælii, inter Stabrobatem ac Semiramid. 613. 514.

Engaddæorum montiũ, ac vallis. 538.

Val-

Vallis Siddææ, ſeu Pentapolitanæ. 539. uſque ad 542.
Subitæ barbarorum oppreſſionis. 552.
Cæcitate percuſſorum, fores quærentium. 568. & 569.
Tempeſtatis horribilis, præcedentis, & comitantis, Sodomorum eversionem. 577. & 578.
Incendii Pentapoleos, è cœlo; cùm totius interitûs ejus hypotypoſi exactâ. 578. 579. 580.
Uxoris Loti, retroſpicientis. 581. & 582.
Statuæ Uxoris Loti: qualis olim, & nunc. à pag. 582. uſque ad 584.
Vaſtationis Pentapoleos: & omnis ejus viciniæ. 589.
Lacûs Aſphaltitæ, ſeu Maris-mortui. à pag. 588. uſque ad 593.
Sepulcri magici, admirandi. 639. & 640.
Luctûs, ac perturbationis Ægyptiorum; ex repentina Primogenitorum interfectione. 643. 644. 645.
Rubri. Maris, ſeu Sinûs Arabici. 654.
Ejuſdem Rubri-maris diviſi, pro tranſitu Hebræorum. 659.
Timoris Hebræorum, ad aſpectum diviſi maris Rubri. 659.
Timoris Hebræorum, ad aſpectum Pharaonis, inſequentis in Mari Rubro. 661. & 662.
Ægyptiorum interitûs, in Rubro mari. 663. 664. & 665.
Deſerti Arabici horrendi. 677. & 678.
Interitûs Coræ, ac Sociorum, per hiatum terræ. 703. & 704.
Seditionis graviſſimæ, ob Coritarum Interitum. 706. 707. & 708.
Incendii, de Cœlo lapſi, in Seditioſos. 709.
Linguæ maledicæ, hominum Invidorum. 719. & 720. cum hypotypoſi.
DEUS bonus, & Deus ma-

malus, cujúſnam auctoris. 406.

Deus non eſt acceptor Perſonarum; in præmiis ac pœnis. 95. 96. 97. Valde libidines odit. 587. Ejus ſine Gratia, nihil fieri poteſt ad ſalutem utile. 637. Ejus gratia, mitigat Ægyptios, ad promptitudinem dandi. 669. Dei Ingenium, in deducendis ad pœnâ noxiis hominibus. 652. In ſuis, priuſquam eos liberet, ſpecie tenus deſerendis. 656. 657. Diversè Deus tractat mores hominum diverſos. 660. & 661. Dei beneficia conglobata, Hebræis in Deſerto impenſa. 679.

Diluvium mundi Univerſale, quoto mundi anno cœperit. 316. quónam anni tempore. *ibid.* &, quo menſe. 320. & 343. 344. Circa menſem illum, exoticæ nonnullorum ſententiæ. 343. Quid egerint tunc homines? 316. & 320. Diluvii illius exacta deſcriptio, ſeu hypotypoſis. à pag. 320. uſque ad 330. Eorum, qui Diluvio ſubmerſi ſunt, Animarum-ſtatus. 330. 331. & 345. A diluvio factæ rerum vaſtationes, ac damna. 329. & 330.

Diſtantia cœleſtium orbium, à terra. 66. & 67.

DOCUMENTA

Parænetica.

Pro iis, qui ſibi videntur à Deo deſtituti. 657. Pro Spe, ac fiducia, in adverſis concipienda. 339. & 340.

Pro maritorum inſtructione; ne nimio plus faciles ſint quibuslibet uxorum poſtulatis. pag. 176.

Adversùs Superbiam generatim. 87. Speciatim, adversùs Superbiam nobilitatis emptæ. 87. &

87. & 88. adverſùs Superbiam hæretici Spiritûs, Autonomiæ, immodicæ libertatis, & Inobedientiæ. 88. & 89 Adverſùs Superbiam, ac vanitatem, ſumptuosè nimis ædificantiū. 381. & 382. & adverſùs alium eorum luxum. *ibid.*

Adverſùs eos, qui Cogitationum peccata parvi faciunt. 89. & 90.

Adverſùs Inſtabiles, & Perſeverantię incurios, Religioſos. 94. & 95.

Adverſùs, magica Sectantes. 443. & 444.

Adverſùs Invitas viduas. 499.

Adverſùs arrogantes, in hac vita, dominatrices: in altera vita pœnam luentes. 520.

Adverſùs Impuros, ac laſcivos. 587. & 593.

Adverſùs eos, qui duriſſima imponunt; & minutiſſima quæque prærigidè cōſectantur. 632. 633. & 634.

Adverſùs contriſtantes magiſtratum ſuum legitimum. 711. & 712. & 713. & 714.

Adverſùs affectantes gubernationem. 712. & 713.

Adverſùs ſectarios; Eccleſiæ, & ejus Capiti ſupremo, parére abnuentes. 714. 715. & 716.

Adverſùs juventutem arrogantem, ac majorum auctoritati refragantē. 714.

E.

Ecbatana urbs, ubi; & à quónam ædificata. 495.

Eccleſiæ, ejúſque viſibili in terris Capiti, parere recuſantes, ſectarii. 715. 716. 717.

Echion pictor, quale pinxerit Semiramida? 472.

Edvvardus Simſon. Vide, *Simſon.*

Eglo, ſerpens venenatus, mirus. 380.

Elephanti Semiramidis fictitii,

Digitized by Google

ctitii, quanto numero. 507. Quónam conſilio eos effinxerit. 505. à med. Sunt ei cauſſa victoriæ ex falſo terrore. 513.

Engadda, mons, vallis, urbs, & balſametum. 538.

Engaddææ Solitudinis brevis deſcriptio. & loci horror. 538.

Epheſiæ Dianæ templum. 361.

Epiſtola Stabrobatis expoſtulatoria, ad reginam Semiramidē. 509. & 510.

Equus indomabilis. 243.

Ethan, locus manſionis Iſraëlitarum. 649. De eo, controverſiola enodata. 649. & 671.

Eva, à Serpente, quali habitu, occaſione, fraudíſque ordine, tentata; ac victa. 162. 163. 164. 165.

Evæ, ad ſeipſam vincendam, impotentia, & intemperantia. 166. Ejus Ambitio, peccatáque cætera. 166. & 167. quorum graviſſimum fuit, mariti depravatio. 167. Id, quàm blandè, potentérque, effecerit. 168. & 169. Si ſola peccâſſet, non fuerat perditura genus humanum. 167. Ei magnopere aſſignatur culpa perditionis noſtræ. 202. & 203. Ejus mors, quando inciderit. 285.

SS. Evcharistiam, pedi impiè inſuens; quónam exitu. 441. & 442.

Euphrates fluvius: ejuſque brachia. 378.

Ezechielis vaticinium, de rege Tyrio; non ei poſſe, ſed Lucifero Angelo, convenire; docetur. 113. tametſi Lucifer, ab Ezechiele, *Cherubinus* potiùs appelletur; quàm (qui erat) *Seraphinus*. 114.

F.

Felicitas nimia, infelix. 36.

Fides

FIDES inconcuſſa, Res, ab omni ævo, præardua. 572. *Fidei Orthodoxæ* expertes, Salutem conſequi nõ poſſunt: quantumvis alioquin moraliter probi. 188.

FIDUCIA, in rebus adverſis, defigenda in Deo. 339. & 340.

Fieſsẽſis Monaſterii Campanum æs. 122.

Filii tres *Coræ*. 698. patrem à Seditione conantur avertere, ſed fruſtra. 698. & 701.

FLUVII totius mundi, celebriores. 690. & 191.

FONS ad radices Turris Babylonicæ. 380.

FULMINE ictus Zoroaſtres. 433. *Fulminari* Magos, & magica conſectantes, nec mirum, nec inſuetum. 437. Exempla priſca. *ibid.* Exemplum ævi recentioris. 437. 438. & 439. *Fulminantur* interdum & cadavera. 441. Exemplum ejus rei, tetrum, ac recens. à pag. 441. uſq; ad 443.

G.

GEHENNÆ deſcriptio. 64. & 65. Tormenta, ac mala Gehennæ, varia graviáque. 83.

GESSEN, terra. 609.

GIGANTES, jam olim, ab initio. 290. & poſtea diu. 291. & 292. Eorum, per exempla diverſa, proceritas. 291. 292. & 341. Coſta, ſeu Scapula potiùs, Gigantis. 292. Qui ante Diluvium erant, Gigantes; multa crudeliter, ac libidinosè, faciebant. 293. & 294. Cur ſimiles ſui progignerent. 341. Gigantes. maxima Diluvii cauſſa fuerunt. 341. Eorum tunc impietas. 325. conatus eorum, effugiendi mortem, ſub Diluvio. 326. & 327. Vitæ deſperatio: & mors infelix. 326. 327. & 328.

GLADIUS COLUMBÆ, quid in Scripturis? 521.

Gnoſticorum ſceleſta Sacrificia. 415.

GE- *Gofri-*

Gofridus, Magus Gallicanus. 440.

Goropius Becanus; notatus. 480. Ejus, in rebus aſſeverandis, & conjectandis, audacia. *ibid.* & 481.

GRATIA Sanctificans Semen Gloriæ. 110. In primo Creationis articulo, Angelis collata. *ibid.* De Gratia, Vide etiam, V. *Deus*.

H.

HÆRESEON Doctores, à magis Ægyptiis præſignati. 638. & 639. *Hæretici*, Eccleſiam, ac Poteſtatem Eccleſiaſticã, aſpernantes. 714. 715. 716. 717.

Hebræi, mutabiliſſimæ mentis olim, 677. Vide cætera, V. *Iſraëlitæ*.

HENOCHIA, Caini urbs. 254. Omnium omnis generis improborum receptaculum. 255. & 256. Ejus urbis leges. 256.

Herodes Magnus. 460.

Herodotus, hiſtoricus. 379.

Hippolytus Guarinonius 345.

HOBA, (locus victoriæ Abrahami) ubi ſita. 551. Quantum Hebrone diſtaret. 552.

HOMINIS, poſt alia omnia jam condita, ratio & cauſſa, producendi. 135. Habet Homo, unde ſe erigat, & unde ſe deprimat. *ibid.* & 137. Progreſſus, à Deo obſervatus, in homine formando. 136 Hominem reverentur feræ. 140. & in illius obſequio utcunque ſunt. *ibid.* & 141. Secundùm quænam factus dicatur, & revera ſit, ad Imaginem, &c. Dei. 143. & 144. Homo, naſcens in Originali Peccato, quàm ſit miſer. 177. & 178. Hominum grandis multitudo, primis ſtatim mundi annis enata. 245. 246. 275. & 276.

276. Eorundem ingens, ac repentina, multiplicatio; intrà tempus non maximum, poſt Diluvium. 351. Hominum maxima multitudo, ab Adamo, uſque ad noſtra, & noviſſima, tempora. à pag. 179. uſque ad 189. Speciatim verò, in certis quibuſdam urbibus. 183. & 184. & Exercitibus. 184. 185. & 186.

Honus, unus anteſignanorum ſeditionis Coræ. 685.

Horeb mõs, Sinai monti junctus: qualis, & ubi. 621. & 622.

Horti deliciarum Semiramidis. 497. Hortus ejuſdem ſpatioſiſſimus. 495. & 496. Horti Babylonis penſiles, quâ occaſione erecti. 480. & 481.

Hoſpitalitas vera, & ex animo. 562.

Hypotypósis, ſeu, viva deſcriptio, *Tempeſtatis.* 577. & 578. *Everſionis* Sodomorum. 578. 579. 580. Alias plures hypotypoſes, reperies, V. *Deſcriptiones.*

I.

Iacobus Capellus, ſectarius, refutatus; de Creatione piſcium &c. 196. & 197. de Caini interitu. 278. de meritis bonorum ac malorum operũ &c. ſubdolè ſuppreſſis: & corruptelâ ſacri textûs. 279.

Jacobi Patriarchæ, & Iſraëlitarum, uſque ad Exitum ex Ægypto, hiſtoria, in compendium redacta. à pag. 605. uſque ad finem illius Ruinæ.

Iacobi Saliani laus in Hiſtoria. 273. In libro, de Timore Dei. 84.

Jannes & Mambre, magi Ægyptii. 638. falſa miracula edunt. *ibid.* Succumbere coguntur Moſi. *ibid.* Typus erant doctorũ-hæreſeos. 638. &

& 639. Eorum ſepulcrum. 639. & 640.

Idololatræ, homines improbiſſimi. 187. Interitu ſempiterno digniſſimi. *ibid.* & 188. *Idololatriæ*, per ſimulacra, initium. 373.

IGNIS adoratio inſtituta. 403. is in bellis præferebatur. 404.

Inceſtûs pœna. 519.

Inclementia, erga inopes, à divitibus: ſcelus exſecrandum. 544.

INDICUM Semiramidis bellum, à pag. 503. uſque ad 515.

Indorum rex, Stabrobates. 504. Vide etiam V. *Stabrobates*. Indi, falſis Semiramidis elephantis territi, ſuperantur. 513.

Indo in flumine, navalis pugna. 511. in eodem, inſulæ, *ibid.* Ponte jungitur, à Semiramide. 512.

Infernus. Vide V. *Gehenna*.

Inimicus Familiaris. 686.

INSTANS Angelicum, tripartitum. & quomodo explicetur. 111.

Invidiæ grandis malitia, atque damna. 717. uſque ad finem operis.

S. JOANNIS nomen, ac tutela, invocata. 337.

Ioannes, de *Montev[illegible]a*, quandónã profectus, in Oriente. 200. liber [illegible]lius, à quo verſus. *ibid.*

JORDANES amnis. 539. & 540. in Pentapolis everſione, ardet. 578. per mediũ mare mortuum, incedit. 597. An, & ubinam, terram ſubeat. *ibid.*

JOSEPHI Patriarchæ hiſtoria, in compendio, à pag. 606, uſque ad 611. Ejus divina prudentia, in ſuis, ab Idolorum cultu, præſervandis. 609. & 610. Ejus Oſſa, ex Ægypto revecta. 646.

ISRAELITÆ, in Ægypto, mirè exercentur, ac premuntur. 613. & 614. A cæteris Ægypti incolis, genere veſtis, diſtingui jubentur. 614. &

& 615. &, an exemplo bono? 615. Eorum lætus, ab Ægypto, exitus. 645. &, cur lætus? 647. Quónam ordine exierint. 646. &, quanto numero? 647. Quibúſnam ducibus? *ibid.* Quónam itinere; &, cur non recto? 648. Adversùs eos, ſuſpicio, & calumnia, exploratorum Pharaonis. 650. Eorum, ſuper in rubrum caſtra, tanquam fugerent, conſtituta. 653. Eorundem, ex Pharaonis perſequentis aſpectu, grandis trepidatio. 655. &, adversùs Moſen, expoſtulatio, propter eductionem ex Ægypto. 656. Pavor, ad aſpectũ Diviſi maris Rubri. 659. Tranſmittunt mare Rubrum. 660. Quàm multis & ingentibus bonis, à Deo affecti ſint, in deſerto. 679. Eorum incredibilis perverſitas; nullis emendata pœnis. 706. duriſſimæ cervicis populus ſunt; & fuiſſe, oſtenduntur. *ibid.* Eorum, etiam in Deum, blaſphemia intolerabilis. 707. In Moſen, de ſe optimè meritum, ingratiſſimi ſunt. 711. & 712. Etiam poſt Dei beneficia turbidi. 679. & 680.

Iudæorum, à Chriſtianis, in veſtitu diſtinctio, utilis. 615.

Iudas proditor, à Cajanis hæreticis laudatus. 271.

Iulia, Baſſiani Caracallæ, Cæſaris, noverca, inceſta. 528. ab aliis, vera illius mater, dicitur. *ibid.*

Iuſtini, hiſtoriographi, inconveniens, de Semiramide, figmentum. 475.

K.

Koboldi, dæmones, quínam, & ubi locorũ. 75.

L.

Lacus Aſphaltites. Vide V. *Aſphaltites.*

Lamechus, ex poſterita-

te Caini. 261. primus, duas ſimul uxores ducit. 261. Ejus filii. *ibid.* & filia Noëmma, pretioſarum veſtium textrix. *ibid.* & 286. Lamechi poſteri LXXVII. pag. 262. Cainum, in venatione, per errorem, interficit. 262. 263. 264. quod ipſe valde deplorat. 264. unde etiam mox adoleſcentulum, erroris ſui auctorem, occidit. 265. Id utrumq; homicidium, nec ſuis, nec alienis, probat. 266. Excuſat igitur illud: & ultori necis Caini, tanquam ex Deo, minas ingeminat. 266.

Lapis Mnúziris. 410.

Lepus in ſacco loquitur. 123.

Levîtas, quàm indulgenter Deus habuerit; licèt ingratos. 693.

Libri, magica, & amatoria, tractantes, infelici exitu volutati, à pag. 437. uſque ad 440.

LINGUARUM multitudo; ſtructoribus Babylonicæ Turris divinitus immiſſa. 366. Quótnam eæ fuerint. *ibid.* & 384. Affectus eorum, qui ædificabant, in illo novo tot linguarũ exortu, & uſu. 366. & 367. In tanta linguarum copia, & varietate, Ornatus magnus. 369. Sed incommodum, & pœna, non minor. *ibid.* & 370. præſertim, ex difficultat intelligendi, & addiſcendi. 370.

Linguæ Criminatricis, in Invidis, ingentia mala. 717. uſque ad 721.

Lingua Maris-Mortui. 597.

LOT, ſeu *Lotus*, Abrahami, ex fratre, nepos. 536. nequit cum eo communiter habitare. & cur. 537. E duob[us] locis, ſibi deligit amœniorem. 537. & eò diſcedit. 538. & 542. ad Sodomam ſe confert. 543. ſed, malo ſuo. 55[.]

Captivus enim, à Barbaris abducitur. 549. & 550. Filias deſpondet. 557. Angelos duos, Sodomam ingreſſos, domum ſuam invitat. 561. & recuſantes, compellit. 562. Cur id tantopere laborârit. *ibid.* & 564. Jubetur eos educere, ad abuſum. 564. Ejus Oratio, quâ Sodomitas, à tanto ſcelere, deterrere conatur. 565. & 566. Offert eis duas filias ſuas. 565. & 566. In eo, utrùm peccârit. 566. Admirationē meretur conſtantiæ ſuæ. 566. A Sodomitis, ultro arguitur, ac repellitur. 567. & ab iis periculum ei imminet. 567. Ab Angelis, in ædes retrahitur. 566. Paullatim, eos Angelos eſſe, ſuſpicatur: ex cauſſis. 569. Intelligit, ex eis, futuram Pentapolitarum calamitatem. 570. Generos ſuos ad egreſſum ſecum è Sodomis, hortatur: ſed fruſtra. 570. & 571. Utrùm non & ipſe vacillare, in fide vaticinii Angelici, nonnihil cœperit: &, quibus ex argumentis. 571. Cogitur nihilominus ad egreſſum, ab Angelis. 572. & vi tandem educitur: cum ſuis. 373. digredientium affectus quis? *ibid.* Jubetur, cum ſuis, feſtinare in montem: nec retroſpicere. 574. Rogat, ut Segorem urbem divertere liceat. 575. Ejus, pro Salute Segoris, oratio Supplex, impetrat, quod orat, ab Angelorum uno. *ibid.* & 576. Segorem venit. 581. Sed mox recedit: & cur. *ibid.* Ex filiabus ſuis generat. 605.

LOTI uxor, in ſtatuam Salis convertitur. 581. & 582. Ejus ſtatuæ deſcriptio. 582. diuturnitas. *ibid.* & 583. & 584. A brutis lingitur. 583. & tamen nec linctu, nec ab-

abſciſſione, minuitur. *ibid.* & 584. Quidnam hodiéque fœminis præcipiat. 584.

Lucifer Angelus, ſtellæ nomen ſortitus. 30. quænam illa Stella. *ibid.* Lucifer Angelus, non tempore Primus, ſed Dignitate. 31. & 115. Sub perſona regis Tyrii, deſcriptus. 33. aptè per omnia. *ibid.* & 34. 35. & 113. Ejus, primo in Statu, felicitas. 35. Seraphinus erat. *ibid.* Cur tamen nihilominus vocatus ſit Archangelus? *ibid.* Felicitatis ejus vertigo. 36. De ambitionis ejus puncto, ſententiæ diverſæ. à pag. 38. uſque ad 40. Potiſſimum illius delictum, Superbia. 40. & 41. Ex admiratione ſui nimiâ, fremit; ſe, Deo ſubjectum, ab eo dependére. 42. & 43. Interim Superbiam ejus, alia quoque comitata delicta ſunt. 44. Alios etiam Angelos inficit. 45. & 46. Ejus, ad ipſos, Concio ſeditioſa. 46. & 47. In prælio cœleſti ſuccumbit. 49. &, cum ſuis, cœlo ejicitur. 50. In Infernum detruſus eſt. 65. Quàm alta fuerit ejus, è Cœlo Empyrio, uſque ad Gehennam, Ruina. 66. & 67. Ab Ezechiele Propheta, Cherubinus dicitur; cùm reipſa Seraphinus olim eſſet. 114. Quónam ſenſu, Dei æqualitatem affectârit. 117. & 118. Quónam ſenſu, Peccatum illius Unicum fuiſſe, dici verè poſſit. 125. Reliqua vide, V. *Angeli.*

Lutherus, de poteſtate Eccleſiaſtica, notatus; & obiter refutatus. 716. & 717.

Luxus quorundam intolerabilis. 281. & 282.

M.

S. Macarius Eremites, ſepul-

ſepulcrum magorũ luſtrat. 639. & 640.
Magi Ægyptii. 638. Magi, ſummum in honorem evecti, apud Perſas. 412. Magi priſci, celebratiores cæteris. 412. & 413. E quorum numero non eſt Moſes. 414. Magorum, & (eorum è libris) hæreticorum, Sacrificia nefanda. 414. & 415.
Magicæ præſtigiæ multiplices, ope Dæmonum. 63. Diſciplina magica, ſpargi cœpta. & à quo. 400. Quænam fuerit illius Summa. 401. Eos, qui Magica tractant dæmonica, jura omnia exſecrantur. 443. & 444. per partium enumerationem. Magica conſectantes, infeliciter extincti. à pag. 436. uſque ad 440. Magicis deditus, à morte etiam fulminatus. 441. 442.
Magiæ vetitæ Scientia, fit Ars. 412. indè Magiâ mundus impletur. *ibid.*
Mahometis ſceleſtum, de Angelis, mendacium. 288. & 289.
Mali homines, ferendi. 280.
Mambre, & Jannes. Vide V. *Iannes.*
Mare mortuum. Vide V. *Aſphaltites Lacus.*
Mare Rubrum. 654. Undénam ſic appellatum. *ibid.* & 670. Dividitur, utrimque ſciſſum. 659. Et via quomodo præparata illic, tranſituris Hebræis. *ibid.* Maris Rubri tranſitus, per lineam directam, & non per hemicyclum, factus. 658. & 671. multò minimè verò, per occaſionem Æſtûs marini. 671. Undénam oriatur Mare Rubrum. 670.
Mária mundi, celebriora. 191.
Materna ſollicitudo, tempeſtate impendente. 335. 336.
Mathuſaël, Cainita: pater Lamechi Cainitæ. 261.

Matthæi Raderi Soc. J. Chronicon Alexandrinum. 277.
Melchisedechus, Rex Salem: quis, qualis, & ubi regnârit. 553. Occurrit Abrahamo, cum gratulatione, ac Sacrificio. 554. figura Chriſti eſt, Summi Sacerdotis. 553. Ejus Sacrificium figura Sacrificii Evchariſtici: ac locus, figura loci. 553. & 554. Urbem Salem, ubi condiderit. 595.
Menon, Syriæ Præfectus. 465. In Semiramidem, quâ ratione inciderit. *ibid.* Eam abducit. *ibid.* Ex ea gignit. 465. Ab eâdem regitur. 466. Cum Rege Nino, ad Bactrianum bellum proficiſcitur. 467. Bactra Semiramidem, è Babylone, evocat. *ibid.* Renuit, eam concedere Nino regi. 470. ne filiæ quidem ipſius permutatione oblatâ. *ibid.* Conditione duriſſimâ, ſibi à rege Nino propoſitâ, laqueo vitam finit. 470. & 471.
Meſraïmus, magus. 400.
Michael, Archangelus: Dei cauſam, adverſùs improbos Angelos, ſuſcipit. 48. Præliatur: cúmque ſuis, vincit. 49. Victoriæ illius, merces. 50. Et indè, nomē. 117.
Millio. 66.
Mitres: Perſis Sol. 403. Idem & *Meſites* dicitur: & trium Deorum Supremus habetur. 404. *Hiſtoria-Mitræ*, liber. 405. Mitræ honoribus, Spelunca erecta, mirifica. *ibid.* Ea deſcribitur. *ibid.* & 406. Mitræi ſimulacri forma, habitus, atque cætera. 405. & 406. Quidnam ſignificaret: quòd bovis cornua manibus comprehenderet? 406. Ejus Sacra, apud Perſas, celeberrima. 407.
Mons Orontes, perfoſſus. 495.
Mons Bagiſthanius. *ibid.*

Digitized by Google

In effigiem Reginæ, exciſus. 496.
Montes mundi celebriores. 192.
MOSES, falsò Magis adnumeratus. 414. Ejus Hiſtoriæ, uſque ad Egreſſum ex Ægypto, Compendium. à pag. 616. uſque ad finem Ruinæ Pharaonis. Moſis Parentes: ac latebræ. 616. Invenitur, à filia Pharaonis. 617. & quánam occaſione. *ibid.* Eductus è flumine, educatur in Aula. 617. & 618. Nominis ejus origo. 618. Moſis, in variis diſciplinis, inſtitutio. *ibid.* matre nutrice. 618. patre, magiſtro, ac doctore, utitur, 619. Profanis Ægypti Sacerdotibus ſe opponit. 619. Negat, ſe filium eſſe Filiæ Pharaonis. 619. & 620. Hebræorũ ſe fautorem, ac defenſorem, profeſſus; à Sacrificulis, ac rege, exagitatur. *ibid.* Ob factam Ægyptii cædem, fugit in Madianitidem regionem: ibíq; latet. 621. Paſcit Oves, ad Sinai montem. 621. Plura de eo, vide, V. *Pharao.* Virgâ, ſuper mare Rubrum extensâ, mare dividit. 658. & 659. Cur Ægyptium occidiſſe, à Rabbinis dicatur. 667. & 668. Ejus Virga, miraculorum inſtrumentũ. 670. A Deo, Dux populi inſtituitur Moſes. 681, ingenti cum auctoritate. 682. & cuj, nemo impunè obſiſteret. *ibid.* Adversùs eum, & Aaronem, Core, cum ſuis, inſurgit. 683. &, quámnam ob cauſſam. *ibid.* A Cora, Invectivâ publicâ láceratus. 688. 689. 690. non continuò reſpondet; ſed, ad Deũ conſulendum, ſe confert. 691. deinde verò primùm Conjuratis reſpondet. 692. Ejus juſtiſſima ad Deum, querela, de Conjuratis malédicis. 696. & 697.

Cum fratre, pro populo ſupplicat. 700. Ad Dathanem, & Abironem, ultrò accedit prior. *ibid.* Populum, à conſortio Seditioſorum dehortatur. 701. A Conjuratis irridetur. *ibid.* & 702. Proteſtatur; ſe, quæ egiſſet, auctore Deo egiſſe. 702. Moſis incomparabiles, pro Iſraëlitis, labores. 711. & 712.

MULIERUM prædicata, ac tituli. 165. 176. 204. 340. Earum inſanus amor, ante Diluvium. 287. 288. 292. 293. & 593. Mulieres, contra naturam intemperantes, & infames. 586. & ideò à Deo graviter punitæ quædam. 586. nec in altera vita impunitæ. 587. Mulieres, qualequale impedimentum eſſe poſſe, arduorum, maximè in cauſſa Dei, negotiorum. 625.

Mulierum Bactrianarum mores. 424.

MUNDUS, quoto abhinc anno productus à Deo: ſecundùm noſtram calculationem. 132. ſecundùm Chaldæos, quoto? *ibid.* & 519. Creationis mundi, ſive, Operis ſex dierum, ordo. 133. & 134. *Mundi primi*, in fœminas, inſania. 287. 294. 295. Ideo mundo Deus meditatur, ac minatur, interitum. 295. & 296. ſed hunc ei priùs denuntiat, more regum, bella ſuſcipientiũ. 297. & 298. In ea denuntiatione, quomodo intelligenda verba Dei, de cxx. hominis annis. 300. 301. & 302. Diluvio valde vaſtatus, ac deſtructus eſt Mundus. 329. & 330.

Myrias. 185.

N.

Nabuchodonoſor, falsò traditur, auctor fuiſſe Babylonis. 480. & 481.

MUN- Ei-

Eidem etiam Horti Penſiles perperam tributi. *ibid.* utrobique.

NARRATIONES ſepoſitæ, ac rariores quædam.

De *Caini* morte. à pag. 261. uſque ad 267.

De familia *Bodmannica*. 336. 337. 338.

De *Fulminato*. 437. 438. & 439.

De alio fulminato, jam ſepulto. 441. 442.

De *Menone*, ſeipſum ſuſpendente. 469. 470. & 471.

De *Semiramide*, in compeſcenda Seditione, fortitudinem virilem exſerente. 491. & 492.

De *morte* Semiramidis. 518. & 519.

Aliæ *Narrationes* fuſiores, per Decem *Ruinas* ſparſæ ſunt.

NEMRODI genus, unde. 353. *Beli* cognomen aſſumit. *ibid.* Ejus brevis deſcriptio. *ibid.* à med. Ejus, ad comites ſuos, Oratio ſuaſoria; ad ædificationem Turris urbiſque Babylonicæ incitans. 354. 355. 356. & 357. Ejuſdem vafrum conſilium; in multitudine, per ſibi fidos, permovendâ. 358. Clam dominationem, & regnum, ambit: ac molitur. 359. Ambitioni hujc propriæ, gloriam alienam prætexit. *ibid.* Facilitatem ædificationis, ac materiam proponit. 360. Ejus animi affectus, & indignatio, ad linguarum novarum exortum. 367. & 368. Babylone regiam, ac regnum, orditur. 372. & 373. Etiam alias urbes ædificat. *ibid.* Quomodo, & cur dictus, *Venator fortis, coram Domino.* 372. & 373. Quamdiu regnârit. 373. Inter Deos coli juſſus. *ibid.* Auctor tyrannidis. 373. Ejus quale elogium. 385. Nemrodum, eundem eſſe cum Belo. 386.

NINIVE, quódnam priùs nomen habuerit. 418. &

& à quo poſtea immutatum. *ibid.* Ejus urbis magnitudo, cuínam auctori propriè debita. *ibid.* aliter etiam, *Ninus*, dicta. *ibid.* Exciſa, diu poſt Ninũ regem. 478. A Semiramide exornatur. 478.

NINUS rex, Nemrodum patrem in Divos refert. 373. & 419. Indè Idololatriæ Simulacrorũ, deteſtabile principium. *ibid.* *Beléum* (templum) circumdat buſto Nemrodi. 379. Aſſurem regem bello ſuperat. 418. ejúſque regiam urbem, captam, auget: & à ſe nominat. 418. Multis modis regnum, à patre ſibi relictum, amplificat. 417. Gentes complures ſibi ſubjugat. 418. & 419. Aſſyriorum regnum, maximum efficit. 420. Bactra, regnum, aliquoties bello petit. 420. Sed expeditione poſtremâ, longè numeroſiſſimâ. 428. Quantus militum ejus numerus. *ibid.* A Zoroaſtre, Bactrorum rege, primo conflictu, ſuperatur. 425. Sed hic eum poſtea clauſum urbe regiâ, obſidet, & oppugnat: diu tamen fruſtra, & cur. 427. Mulieris tandem fortitudine, urbem capit. 427. 428. Zoroaſtrem, pro occiſo primùm habitum, redigit in poteſtatem ſuam. 428. Urbem captam, & Regiam, cum ſuis expilat. 429. Semiramidem ſibi vendicat. *ibid.* & 430. Zoroaſtris libros magicos combutit. 430. cautelâ tamen ſerâ. *ibid.* Zoroaſtrem, ſibi reſtitutum, abducit Bactris. 431. Accuratus, circa generoſa equilia, eorúmque ſeminaria. 465. Semiramidem expetit uxorem. 470. & quánam occaſione? 469 Pro ea, marito illius, ſuam filiam offert. 470.

Tyran-

Tyrannicâ conditione propoſitâ, maritum Semiramidis ad laqueum adigit. 471. & Semiramidem ducit. 471. Ex ea generat filium. 472. Eámque coronat. *ibid.* Brevì pòſt moritur. 473. Anne, uxoris ſcelere? *ibid.* Et, ſi ab ea occiſus: quánam fraude, & occaſione. 473. & 474. Semiramidi relinquit adminiſtrationem regni. 474

Ninyas, Nini regis, & Semiramidis, filius. 472. Imperii hæres inſtituitur. 474. aliis etiam nominibus appellatus eſt. 474. Matre bellante, ipſe domi deſidet. 402. Matris vitam diuturniorem, moleſtè fert; gubernationis deſiderio. 515. Ob hoc, inſidias ei comparat, Evnuchi miniſterio. *ibid.* Sed, in molimine, deprehenditur. 516. Eis ambobus, cur Semiramis ignoverit. *ibid.* A matre Ninyas, infandâ cupiditate, appetitus, 518. eam propterea jugulat. 519. & in regno plenè tandem ſuccedit. *ibid.* Ignavè tamen illud, & per alios tantummodo, adminiſtrat. 535. Indè præfecti ejus, inſoleſcunt: ac titulîs efferuntur. *ibid.* & 536.

Nitocris, regina. 522.

Nobilitas. 125.

Noæ, ſeu Noachi, genus, ac majores. 298. Deo Noachus placet. 299. De duabus ejus Columnis, quídnam ſentiendum? 299. & 300. Prædicit futurum mundi interitum, ex Dei revelatione: nec tamen auditur. 303. Ei dictatur à Deo Arcæ fabrica; qualis eſſe debeat. 304. & fidem ab eo accipit; ſe in ea, unà cum ſuis, ſuperfuturū. 305. Quoto Mundi Anno, & quoto ſui, ſtruere Arcam cœperit. 305. Solúſne? an

Digitized by Google

an aliis quoque,&,quibúſnam, adjuvantibus. 306. & 307. Et, quónam terrarum loco? 307. Labor illius, ab impiis, Inſultatoriâ Oratione exploditur. 313. 314. & 315. Intrat cum ſuis in Arcam. 319. Quo die Anni intrârit. *ibid.* & 320. Noachi triſtiſſima, in Arca, ſolitudo, ac formidines. 331. maximè, ſub Arcæ circumagitatione. 332. Quo tempore, ac tanto, quis animi ipſius fuerit habitus. 332. Erga Noachum, Dei mirifica Providentia. 334. In eundem, ejuſdem, indulgentia tenerrima. 335. Ea, matris ac nutriculæ, erga infantem & alumnum ſuum, Sollicitudini & indulgentiæ, comparatur. 335. primùm quidem ſimilitudine. *ibid.* & 336. deinde, exemplo hiſtorico. 336. 337. & 338. Applicatio hiſtoriæ illius, ad Noachi caſus. 338. & 339. An, & quoad, abſtinuerit conjugio Noachus, ante diluvium. 342. Quomodo intelligendum, quòd dicatur, *Perfectus fuiſſe in Generationibus ſuis*. 342. Poſt Diluvium, partitur tribus filiis ſuis, eorúmque poſteris, Tres orbis terrarum partes. &, quam cuique? 351. & 352.

Noachi poſteri, poſt partitionem tardi. 553. tandem in campum Sennaar veniunt. *ibid.* Cætera, de Noacho, vide V. *Arca.*

Noëmma, una petulantium mulierum. 286.

O.

Obeliſcus immanis. 494.

ORATIONES diverſorum.

Luciferi Exhortatoria ſui ipſius, ad ſubjectionem Deo

Deo non præſtandam. 42. 43. 44.
Ejuſdem Suaſoria, ad Angelos omnes: impellens ad Defectionem, ab Obſequio Dei. 46. & 47.
Serpentis ad Evam, Conciliatoria benevolentiæ; & Aſſentatoria. 163.
Ejuſdem Exhortatoria, ad guſtum fructuum Arboris prohibitę. 164. & 165.
Evæ, Suaſoria & Exhortatoria, ad Adamum: ut unà veſcatur Pomo prohibito. 168. & 169.
DEI, ad Cainum, diſſuaſoria: ne Invidiam, & iram in Abelem, diutiùs foveat. 224. 225. & 226.
Caini Invectiva Declamatio, in Divinam Providentiam, & Æquitatem. 228. & 229.
Abelis Apologetica, pro Deo, ejúſque honore aſſerendo. 230. 231. & 232.
DEI, in Cainum fratricidam, Invectiva. 240. 241. & 242.
Incredulorum, ante Diluvium, Satyrica, & Irriſoria in Noachum, vaticinantem aquas cataclyſmi. 313. 314. & 315.
Nemrodi, ad ſocios, Suaſoria; ad Turrim Babylonicam ædificandam. 354. 255. 356. & 357.
Ejuſdem, adversùs ædificatores Turris, Querula, & Indignabunda. 367.
Stabrobatis, Indorum regis, Diſſuaſoria, per modum Epiſtolæ; ne Semiramis alienos populos bello petat. 509.
Loti, Invitatoria, ad Angelos. 561. Ejuſdem Dehortatoria, à ſcelere contra naturam. 565. & 566.
Sodomitarum, in Lotũ, Reſponſio Invectiva. 567.
Angelorum, Denuntiatoria Exſcidii Sodomorum. 570.

Eorum

Eorundem, ad Lotum, Exhortatio, ad feſtinationem è Sodomis. 574.
Loti, ad Angelum, pro Segore urbecula, Supplicatoria. 575.
Angeli, ad ejus poſtulatum, Reſponſoria. 576.
Amenophthis, Ægyptiorũ Regis, in Hebræos Invectiva, ad ſuos: & Suaſoria, ad eos opprimendos. 612.
Aaronis, ad Iſraëlitas in Ægypto, Suaſoria: ut emigrent. 626. & 627.
Pharaonis regis, ad Moſen & Aaronem, Reſponſio Irriſoria. 628. & 629.
Ejuſdem, ad Ægyptios, Hortatoria; impellens ad novam Hebræorum Oppreſſionẽ. 629. 630. 631. & 632.
Exploratorum Pharaonis, adversùs Iſraëlitas, criminatrix Oratio. 650.
Pharaonis Exhortatoria, ad Ægyptios ſuos: ut Hebræos dimiſſos, in Ægyptũ retrahant. 651.
Iſraëlitarum, adversùs Moſen, Expoſtulatoria; ob eductionem ex Ægypto. 636.
Ægyptiorum inter ſe mutuò Cohortatoria, ad inſequendum Hebræos, in Rubro Mari. 660.
Coræ Seditioſi, diſputantis ſecum, adversùs auctoritatem Moſis, & Aaronis. 683. & 684. & 690.
Ejuſdem Coræ, Invectiva publica, in Moſen, & Aaronem. 688. 689.
Moſis, Apologetica, pro ſe, & fratre: adversùs Coritas cõjuratos. 692. 693. & 694.
Dathanis, & Abironis, in Moſen abſentem, coram Legatis ejus, Invectiva. 695. & 696.
Moſis, ad Populum, brevis Apologetica: & pœnarum Conjurationis Vaticinium. 702.
Iſraëlitarum, ob Interitum Coritarum, in Deum, ac Moſen, criminatoria. 707. & 708.

Iſraë- *Orbis*

Digitized by Google

Orbis Terrarum Quatuor partes. 180. 181. & 182.

Originalis Juſtitia, in quónam conſtituatur, à S. Thoma. 199. Ejus Juſtitiæ felicitas. 247. & 148. Ea, ad Adamum, & Evam, diſpariter pertinebat. *ibid.* & 149. Originali in Peccato nati, quàm miſeri? 177. & 178. In eodem Peccato mortui, quàm infelices. 178. Adultis, ex Peccato Originali, peccata Actualia: & ex Actualibus, infinita mala, naſci. 178. & 179. Originale circa Peccatum, quid de Chriſto, ac Deipara, ſentiendum. 204. 205. Ob Originale Peccatum, qui baptiſmi exſortes, ad Gehennam ablegant; quatenus intelligendi ſint. 205.

Orontes mons perfoſſus; & cur. 495.

Orus, Ægypti rex; Hebræis in aliquo clemẽs. 614. moleſtus autem in alio. *ibid.* & 615. Cur Elephãtiaſi feratur percuſſus. 614. & 615.

Palearum uſus, in ædificiis. 669.

P.

Paradisus, Quando cónditus. 134. & 137. De loco terrarum illo, in quo conditus ſit, diverſorum ſententiæ diverſæ, 150. 151. 152. & 153. (ubi exotici nonnulli Paradiſi ſtatuuntur) Sententia una, de loco Paradiſi, cæteris veriſimilior, ſtatuitur. 154. Paradiſi accurata Deſcriptio. 155. & 156. Paradiſi Quatuor flumina: & quæ? 157. ac de iiſdem, etiam aliquid. 201. & 202. Ejuſdem, Arbor vitæ, & arbor Scientiæ boni ac mali. 158. Cujusnam generis fuerit Arbor Scientiæ boni, ac mali. 158. Illius arboris deſcriptio. *ibid.* & 159. Paradiſus aboletur. 174. &

& 329. Nec tamen nulla ſuperſunt amœnitatis ejus veſtigia. 203.& 204. Enochi Sedes fuit, uſque ad Diluvium. 329.

Paraſceves die, venatio infelix. 123.

PHARAO *Cenchres*, à pag. 604. Pharaonum ſeries, ac ſucceſſio, uſque ad illum Pharaonem Moſaicum. 610. Pharaonum nomen, quid notet? 610. undénam quibuſdam; tractum eſſe videatur. *ibid.* & 611. & 666.

Pharao Cenchres, crudeliſſimus. 615. Quoto regis ejus anno, Moſes à Deo vocatus fuerit. 615. & 616. A Moſe & Aarone primùm convenitur. 628. Ejus, ad eorum poſtulata, reſponſum impium: ac repulſa. 628. & 629. Ejuſdem, ad Ægyptios, hortatoria; incitans, ad Hebræos opprimendos. 629, 630. & 631. & 632. Ejuſdem ſuprema Iniquitas, oſtenditur; ex iis impoſitis plebi Hebrææ, quæ ferri fieríque non poſſent. 633. & 634. Duplicis generis miracula, coram eo, fiunt à Moſe. 635. Ejus, interea, mentis incredibilis duritia: &, unde? 637. A Janne, & Mambre, magis Ægyptiis firmatur in contumacia ſua. 638. Ejus ingens animi mobilitas: in, rectè ſemel decretis, retrectandis. 650. Indignatio, adversùs Hebræos, ab ſe dimiſſos. 651. Ejusdem, adversùs emiſſos jam Iſraëlitas, expeditio bellica. 652. &, quàm numeroſa. *ibid.* Pharaonis præſumptio, jactabunda; de Iſraëlitis, ceu jam certò à ſe victis. 655. Inſequitur eos, per mare Rubrum. 661. & 662. Ab Angelo, medio in Mari impeditur: evertitúrque cum ſuis; ac perit. 663. & 664.

De

Digitized by Google

De Pharaone, Triumphus Hebræorum. 665. Ejus epitaphium. 665. & 666.

Pecunia, non inſanis ædificationibus; ſed utiliter, ac piè, impendenda. 382.&c.niſi puniri velint,qui ſecus faciunt. 382. & 383.

PENTAPOLIS, Vallis, & regio; unde ſic dicta. 542. & 594. Ejus urbes, quæ. 542. Earum ſingulæ, regulos habebant ſingulos. *ibid.* Eorum nomina. 548. Pentapoleos everſio, ab Igne cœleſti. à pag. 577. uſque ad 580. Undenam materia Ignis illius? &, qui miniſtri. 577. Pentapolis penitùs evaſtatur. 580. & 588.589.590. Ejus exſcidii flamma,longè relucet. 580. Ejus celer interitus. 585.

PENTAPOLITÆ, Homines peſſimi. 543. Subjugantur à Chodorlahomóre. 545. Rebellantes, denuò vincuntur, ac fugantur. 547. 548. & 549. Eorum ignavia, & imprudentia. 547. Vana fallaxque ſpes, in bituminis puteis. 548. Diripiuntur eorum urbes. 549. In malitia tamen,etiam poſt cladem, progrediuntur. 556. Eorum ſcelera, in Cœlum vociferantur. 556. Utrum omnesPentapolitæ perierint? 585. etiámne, quoad Animas? *ibid.* Eorum pœna juſtiſſima. 585. & 586. Creduntur & beſtialitatis peccato contaminati fuiſſe. 595. Fulminati. 596. Reliquiæ nonnullæ, & indicia exuſtæ Pentapoleos. 592. & 597.

Perſarum Regibus, quando conceſſum, inebriari. 407.

Perſeverantiæ ſtudium, Religioſis maximè ſemper colendum. 94. 95. & 96.

Philippi Macedonis, urbes duæ; altera Optimorum, altera Peſſimorum. 277.

Pictura Semiramidis, 472. Picturæ figuræque, Arcium duarum Babylonis. 489. & 490.

Piſces, & Aves, non ex nihilo creabantur: contra Cappellum. 196. & 197.

Piſcis, Dea Syria. 462. Cur Piſcibus Palæſtini, Syriq; abſtinerent. *ibid.*

Plagæ Ægypti. Vide V. *Ægyptiæ Plagæ.*

Pœna Damni, & Pœnæ Senſûs, in Inferno. 205.

Poma Muſya, admiranda. 259. quinam ea viderint. 202. Alia, de iiſdem Pomis. *ibid.* Poma Sodomorum. 589.

Pons Babylonis. Vide V. *Babylonis Pons.*

Præſtantiâ dotiũ vel Gratiæ, vel Naturæ, in omni genere, celeberrimi; ad Inferos detruſi. 97. & 98.

Primogenita Ægyptiorũ, interfecta. 643. & 644. Primogenita contrà Iſraëlitarum, qua ratione ſervata. 643.

Prohibita, flagrantiùs expetuntur. 430. & 582.

Prophetis non omnia Deus revelat. 686.

PROTOPLASTI. nulla Concio ſine illis. 132. Eorum æquè uterque Homo Perfectus. 139. Quænam Dona acceperint in Anima. 142. 143. 144. 145. Eorum intellectus, rerum Naturalium omnis generis Scientiâ inſtructus. 144. Eorundem Anima, donis & habitibus Supernaturalibus, omnis generis, dotata, in Statu Juſtitiæ Originalis, tam quoad Intellectum, quàm quoad Voluntatem. 145.

Protoplaſtorum bona Corporis. 146. dos Immortalitatis, & impaſſibilitatis: in ſtatu primævæ Innocentiæ, *ibid.* & 147. Sta-

Status Innocentiæ & Juſtitiæ Originalis, utriuſque Protoplaſtorum, & utriuſque animæ corporíque, conceſſus: diſpari tamen conſideratione. 147. & 148. Eorum, in Paradiſo, ante Peccatum, ſumma Felicitas, ac tranquillitas. 159. & 160. Poſt Peccatum Inobedientiæ, in Corpore & Anima confeſtim, & miſerè, immutantur. 171. Abſcondunt ſe. *ibid.* ac tegunt. 172. A Deo examinatur nocentes. 172. Sententiam Capitis excipiunt; unà cum Serpente. 172. 173. Paradiſo proſcribuntur. 173. In vicinia tamen Paradiſi aliquâ, exulant. *ibid.*

Protoplaſti, quam ingentia bona, donáque, naturæ, Gratiæque, peccato ſuæ Inobedientiæ, perdiderint. à pag. 174. Quàm multiplicia contrà mala damnáque privatim pro ſe uterque poſt peccatum incurrerint: in animo, & corpore. 174. & 175. Publicè verò, toti humano generi, longè plura & majora mala intulerunt. à pag. 176. uſque ad finem *Ruinæ* illius.

Pſeudo-beroſus. 255.

Putei-bituminis, ubi. 541. ſpes ſunt Pentapolitarũ in bello Chodorlahomoris. 548. ſed decepta. *ibid.*

R.

Rectorem multitudinis, qualem eſſe conveniat. 712. & 713.

Rhenus, flumen. 597. & 598.

S.

Sabis, Sabæorum Deus. 554. Ejus Idolo Sabæi Decimas ſuas pendebant. 554.

Salis Statua. V. *Loti Vxor.*

Salomitha, Hebræa mulier: ab Ægyptio, per fraudem, contaminata. 667. & 668.
Sara. 476.
Scientiæ aviditas, niſi ſobria, periculoſa. 440.
Sciniphes, quale, & quàm ditum, animalculum. 635. & 636.
Sectarii. V. Hæretici.
Seditionis, per Coren, ac Socios, nova concitatio: ejúſque hypotypoſis. 698. Eorum obſtinatio; minarúmq; Moſis, irriſio. 701. Nova Seditio, propter occiſum à Deo Coren, ac Socios. 706. 707. 708.
Segor, oppidum; unde ſic dictum. 576. Quo loco ſitum. 594.
SEMIRAMIS, nomen quid ſignificet? 463. 464. Ejus Patria. 461. Mater illius. *ibid.* Ejuſdem Pater, falsò traditus Ninus. 464. Cur feratur à Columbis nutrita. *ibid.* & 463. Quónam victu, ac miraculo. 463. Ejus verus nutritius quis. *ibid.* Virgo, miræ pulchritudinis fuit. 464. A Menóne abducitur: & tenetur pro uxore. 465. quot annos tunc nata. 472. Menónem in poteſtate habet. 466. Utrùm fuerit aliquando Scortum. *ibid.* & 524. In Conjugio, temperans. *ibid.* Babylone, Bactrorum ad urbem evocatur: ac vitia infelicis oppugnationis perſpicit. 467. Quibus technis ea vitia correxerit. 467. 468. Et, quantâ induſtriâ, ac fortitudine. 468. 469. Bactra urbem capit. 451. 469. Ab Nino, donatur munificè. *ibid.* &, ex admiratione formæ, in uxorem expetitur. *ibid.* & 470. Morte Menonis mariti, tranſit ad nuptias Nini. 471. Et quot tunc annos nata. 473. Non utique invita: & cur? *ibid.* Utrùm ini-

initiô amica tantummodo Nini fuerit; aut etiam Ancilla. *ibid.* ex quibus indiciis ea fama invaluerit. 471. 472. Ex Nino parit: & coronatur. 472. Pictura Semiramidis. 472. Orbatur Nino. 473. Suóne ſcelere? & , ſi verum ſit, quâ occaſione. 473. 474. Purgatur ab hac infamia. 474. 475. A Nino moriente, adminiſtratrix imperii inſtituitur. *ibid.* Utrùm initiô regni, ſe filium Ninyam ſimulaverit. 475. Quàm conſequens ea ſimulatio ſit. *ibid.* Ad Gubernationem legitimè accedit. 475. nec invitîs Satrapis. 476. Imperat, omnium fœminarum Prima. 476. Sed indole planè virili, & regiâ : *ibid.* & 477. ac viris ideò, regibúſque, admirabilis. 477. quorum pleroſque imperii gloriâ ſuperat. *ibid.* Nino defuncto juſta facit: ac tumulum. 477. quantum, & qualem? 478. Niniven exornat. 478. Babylona mirè amplificat. à pag. 479. uſque ad 490. incluſivè. (de quo fuſiùs vide, ſuprà, V. *Babylon*) Goropii Becani, nugæ; Semiramidi Babylonis amplificationem eripientis. 480. Inter venatores pingendam ſe curat. 490. Belæum fanum amplificat. 488. ac donis mirandis ditat. 490. Ejus ſtupenda, imperterritáque, fortitudo, in Seditione compeſcẽda. 491. 492. Ejuſdem Statua, ſuper eodem argumento. 492. Urbes cõplures ædificat. 492. nec tamen eas ex ſe nominat. 501. Quónam conſilio, ad Tigrim & Euphratem ædificârit. 492. Etiam Ecbatanorum conditrix eſt. 495. Quónam compendio tot ſoleret urbes exſtruere, tam celeriter. 493.

Digitized by Google

493. 494. Metalli fodinas reperit. 494. & indè pecuniam, quónam compendiô fecerit. *ibid.* Obeliſcum ingentem exſcindit, & erigit. 494. Expeditionum, itinerúmque, paſſim monimenta poſt ſe relinquit. 495. 500. Orontem montem pérfodit: & cur. 495. Bagiſthanii montis rupem, in ſuimet effigiem, excîdit. 496. & ad illud Simulacrum ſe coli, ut Deam, inſtituit. *ibid.* Ejus Incontinentia, in vita viduâ. 497. & 527. Criminis ſui, & infamiæ tegendæ cauſsâ, amaſios interficit. 497. & 527. eíſque falſa crimina impingit. 498. Nihilominus interim tumulîs, occiſos honorat; conſiliô vafrô. 498. Libidinum probris infamatur. 499. Expeditiones bellicas reſumit, varios in populos. 500. Itinera aſpera complanat. *ibid.* In Africam, & Æthiopas, movet. 501. Jovis Ammonii Simulacrum conſulit. 502. Indicam expeditionem meditatur. & quoto Imperii ſui anno 503. Adjutante Dercetæo, omnia præparantur. 506. Quantus & militum illius, & cæterorum belli inſtrumentorum, numerus fuerit. 506. 507. Ad Semiramidem, regis Stabrobatis legatio, ac litteræ. 509. 528. In flumine Indo, confligit: ac vincit. 511. Indum fluvium ponte inſternit: & , quantum ad ſpatium. 512. Eundem trajicit, cum exercitu. *ibid.* Elephantorũ confictorum aſtutiâ, curſus vincit Indos. 513. Sed, fraude per transfugam detectâ. 513. victoriam amittit. 514. ac ſauciata, magnâ cum ſuorum ſtrage, fugit. 514. Imminutóq; multùm exercitu,

ercitu, domum revertitur. 515. mentis ægra. *ibid.* Quamdiu imperârit, ac vixerit. 515. Ejus, in Imperio, longævitas, gravis eſt Ninyæ, filio. 515. Ab eo igitur, per Eunuchum. inſidiis appetitur. 515. Deprehenſo tamen, ignoſcit: & cur. 516. Undenam enatus rumor; eam fuiſſe verſam, in Columbam. 516. De ejus morte verâ, gemina Sententia. 516. 517. quarum poſterior, eſt exploratior. 517. Ex Ambitione, retinendæ ſimul gubernationis cũ filio; eum ad nefas ſollicitat. 518. in quo facto, imitatrices ſui habuit. *ibid.* Etiam Equi fœdo abuſu infamata. *ibid.* & 519. Ob hæc, à filio ſuómet interficitur. 519. quoto mundi anno. 529. Perpetuò perit. 529. Ejus, apud Inferos, ſtatus, ac Leſſus, lamentabilis. 520. Et tamen, à Syris, Cœlo conſecratur; ut Dea. 521. cum omnibus Columbis. & cur? *ibid.* Ejus inſignia bellica, Columbæ. 521. Cur credita fuerit in Columbã mutata. 517. Orienti credita eſt, Dea eſſe Rhea. 521. Ejus Sepulcrum: & exterior Inſcriptio; ad Theſaurum quærendũ invitans. 521. 522. interior tamen quærentem irridens. 522.

Semiramis Atoſſa, quæ. 523.

Sephora, Moſis uxor: cur ad partem remiſſa. 525.

Sepulchrum Nini, ingens. 478. ac diuturnum. *ibid.*

Sepulcrum Semiramidis. 521. 522. *Sepulcrorum* effractores, infames. 522. & infamibus adnumerati. 529.

SERPENTIS in effigie, Diabolus Evam decipit: & evertit. 162. uſque

que ad 165. Ejus callida Evæ laudatio. 163. ac, Dei contrà mendaciſſima calumniatio. 164. 165.

SETHUS Protoplaſtorum filius, pius. 285. Ejus à morte, mundus omnis effunditur in peccata: maximéque, Carnis. 286. Ejus poſteri, Filii-Dei nominati, ad diſcrimen à Cainitis. 287. Et tamen ipſi quoq; demũ degenerant. 287. præcipuè, mulierum inſano amore. *ibid.* & 288.

Sethus Calviſius, Chronologus, Joſephi Scaligeri in verba, ac ſententias, juratus. 344. improbatus in quadam ſententia. 345.

SIDDIM, ſeu *Siddæa vallis*, 539. quam ſui nominis habeat notionem. *ibid.* Alia quædam illius nomina. 539. Ejus Vallis accurata deſcriptio. 539. 540. 541. Ejus ſpatium, & amplitudo. 541. Ejusdem latitudo, juxta ſententiam Solmenſis. 597. Longitudo, ac latitudo, ſecundùm Leſſium. *ibid.* Ejus felicitas priſca. 542. Cur dicta ſit, Pentapolis. 542. In ea, num 13. urbes olim fuerint. 594.

Simma, Semiramidis nutritor. 463.

Simſon (Edvvardus) chronologus. 486. 494. Notatus. 529.

SINAI, ſeu *Sina*, mons Arabiæ. 621. Quatenus diſtinguatur à monte Horeb. *ibid.* & 622. Ejus altitudo. 668. In eo monte, quiſnam locutus fuerit Moſi. 668. 669.

SODOMA, Pentapoleos urbium princeps: &, quo titulo? 542. ſimùl autem & omnium peſſima. 543. Capta, ac direpta. 549. Sodomæ rex. V. *Bara.* Sodomorum, à flamma cœleſti, everſio. à pag. 577. uſque ad 580.

SODOMITÆ, mortalium omnium longè deterrimi. 543. & cur. *ibid.* ac pag. 544. Eorum ſcelus, contra naturam, regiones plurimas infecit, exemplo. 544. De eo tamen, gloriati ſunt ipſi, *ibid.* Impetuntur, & caſtigantur, bello, à Chodorlahomore. 545. ac ſubjugantur. *ibid.* neque tamen emendantur. 545. 546. Rebellant denuò. 546. & ideo rurſum alio bello, eodem ab hoſte, infeſtantur. 547. Ignavè reſiſtentes, citò, turpitérque, ſuperantur. 548. 549. Captivi abducuntur. 549. Apud eos, Lotus, pro filiabus, Generum bonum non invenit. 557. Cruciant Lotum, ſceleribus ſuis. 556. Sodomitarum nefaria cupiditas, erga duos Angelos, exardeſcit: quos homines putabant. 563. 564. Domum Loti, cives cingunt. 564. Increpiti ab eo, ac demoniti. 565. 566. in eum graviùs inſurgunt. 567. ac perfringere domum ejus nituntur. *ibid.* Sed percuſſi cæcitate mirâ, ab Angelis. 568. fruſtra fores quærunt. *ibid.* & 569. Eorum, ita quærentium, hypotypoſis. 568. Re infectâ diſcedunt. 569.

Sodomitici ſceleris, quàm juſta à Deo pœna. 585. 586. Per illud, Orbis infectus. 586. & uterque ſexus incenſus. *ibid.* Ejuſdem Pœna-Animarum. 587. Ejus peccati (&, quæ ei connexa) locus etiam, ac ſedes, à Deo ſæpe diris devota. à pag. 587. ac maximè Pentapolitarũ locus. 587. uſque ad finem *Ruinæ* illius.

Sodomitica Poma. 589.

Solitaria vita, nihil mediocre, in utramq; partem, coquit. 402.

SOLIS adoratio, Mitræ nomine. 403. 404. Ejus effigies, in bellis prælata. 404.

Soſana, ſeu Suſanna. Nini filia. 470. Ejus nominis ſignificatio. *ibid.*

STABROBATES, Indorum rex. 504. cujus nomen aliter ab aliis exprimitur. 427. Adversùs Semiramidem colligit copias. 508. Ejus magnanimæ, & acerbæ, ad eam, litteræ. 509. Minatur Semiramidi. 510. In flumine Indo, cùm ea concurrit; ac vincitur. 511. Simulat formidinem, retrocedendo: ſed vafrè. *ibid.* & 512. Denuò vincitur, falſorum elephantorũ panico terrore. 513. Sed rem mox, beneficio transfugæ, reſtituit. 492.

Statua Semiramidis, capillis ſemiplexis, unde. 492.

STELLARUM proprietates, cum Angelis collatæ. à pag. 23. ad 27.

Stellæ matutinæ, cur dicantur, Angeli. 104. & 105.

Stelliones, mirandi. 380.

SUPERBIÆ deteſtatio, à pag. 87. & eorum maximè, qui Nemini ſubeſſe volunt. 88. & 99. Superbia eorum, qui ſe Sanctis, Beatiſſimæ Virgini, Chriſto ipſi, æquare ſunt auſi. 90. 91. Eorum caſtigatio, divinitus immiſſa. *ibid.*

T.

Taprobanæ, ſeu Cejlani Inſulæ, paradiſus refutatus. 150. & 151.

Tempeſtas horrenda, ante Sodomorum everſionem. 577. 578.

Thadal, rex Gentium. 536.

Thermutis, inventrix, & educatrix, Moſis: quæ fuerit. 617. 666. Aliis etiam aliter dicta: &, cuj nupta. 667.

Thuribula, in Altaris laminas

minas mutata. 705.
Tranſfuga, Semiramidis victorias evertit. 513. 514.
Turris Babylonica, V. *Babylonica Turris.*
Tyrannidis initia. 372. 373.
Tyrannorum armatæ preces. 470. 471. Eorúmque ultima repulſæ refugia. 470.

V.

VALLIS Illuſtris, quæ. 539. Quouſque olim protéderetur. 594. 595. & quibúſnam aliis nominibus dici conſueſſet. 595. ubi ſita. *ibid.*
Vallis Salſa, quæ. 539.
Vallis Siddæa, V. *Siddim.*
Vallis Sylveſtris, quæ. 539.
Venatio infelix. 125. Et alia infelicior. 262. 263. 264.
Venatoriæ picturæ. 489. 490.
Veſpaſiani Cæſaris experimentum, circa Lacum Aſphaltiten. 591. 592.
Veſtitu diſtingui Judæos à Chriſtianis, utile. 615.
Viduæ invitæ. 499. In excelſo, citò infamantur. *ibid.*
Virga Moſis, inſtrumentum Prodigiorum. 670. & 671. Uſurpata, circa mare Rubrum. 670.
Virgo Belgica, Deiparæ dignitatem affectans: ſed improſperè. 90.
Vita complurium, poſt Diluvium provectior cxx. annis. 301. & 302.
Vitæ propriæ Odium melancholicum, divinitus immiſſum. 91. 92. Humilitate depulſum. 92. 93.
Vnionis hypoſtaticæ Invidia, erga Hominem; in Lucifero. 40. & 116.
Vxoribus viri ne ſint plus æquo faciles & indulgentes. 176.
Wolfgangus Gravenegg. 105. & alibi ſæpe, pro teſtimonio laudatus.

Xer-

X.

Xerxes, quot millia in Expeditione numerârit: quot naves. 184. & 185.

Z.

Zelotypia perpetua, morte præventa. 471.

ZOROASTRIS nomen, unde: &, quid ſignificet. 392. & 393. Variè ſcribitur. 445. *Zoroaſtres* plures fuerunt. 393. 394. 395. 396. Omnes nefarii. 396. & 446. Sed unus tamen cæteris omnibus antiquior, ac celebrior. 394. 397. Num Sex millibus annorum, ante mortem Platonis. 396. Nemrodo coævus fuit. 397. Ejus majores. *ibid.* Ex Semi genere fuiſſe, oſtenditur. *ibid.* & 398. 399. Armenus, natione. 398. Cur *Chaldæus* quibuſdam dictus. *ibid.* Et *Perſa*, vel *Perſes*: cur. *ibid.* & *Perſo-Medus. ibid.* & 399. Denique, *Bactrianus*, cur. 399. Non eſt idem cum Meſraimo. 399. Neque idem cũ Belo, ſeu Nemrodo. 447. Zoroaſtris, in ortu ſuo, Riſus. 400. & cerebri palpitatio. *ibid.* Quídnam utrumq; ſignificârit. *ibid.* Depravatum eum fuiſſe, à Meſraimo Mago; probabile eſt. 400. 401. ac magìs tamen, ab Agonaze. 401. Abit in Perſidem: ubi diu latet. 402. Undénam, quis, & qualis, ei tunc victus. *ibid.* Incidit in commercium Cacodæmonum. 402. cúmque iis agit familiariter. 407. Idque, ex Aſtrologiæ incauto perversóq; ſtudio. 402. Siderum cultu, fit etiam Idololatra. 402. 403. Eádem Idolomaniâ, etiam alios imbuit. 403. Utrùmnam ex ipſo Idola ſint orta? *ibid.* Provolvitur etiam, ad ignis adorationem, & cultum.

tum. 403. quem & aliis tradit. *ibid.* Sed præcipuè Solis adorationem promovet. *ibid.* & 404. Tres maximè Deos conſtituit. 404. Eorum, quæ nomina. *ibid.* Ex *Zoroaſtris* libris multa mala exorta. 403. Ejus librorum ij, qui ſuperſunt, enumerantur. 408. 409. 410. 411. A Chaldaicis artibus infamis eſt. 409. Ejus Canes Terreſtres, qui? 409. De Columnis illius XIV. æreis, quid ſentiendum. 410. 411. Magiam exercet. 411. & in ea principatur. 411. Ideóque illius Inventor primus, vulgò fuiſſe traditur. 453. Ex eo tempore, Magia facta eſt Una Artium. 412. & Magis in Perſide conciliata auctoritas. *ibid.* Zoroaſtris Sectatorum, qualia Sacrificia. 414. & Hæreticorum, è libris Zoroaſtris. *ibid.* & 415. Magiæ viribus *Zoroaſtres* Bactrorum regnum invadit. 416. ſicut poſtea regna alia Magi alii. *ibid.* Ab Nino, impetitus bello, quantis cum copiis ei occurrerit? 425. Vincit primò. *ibid.* Pugnat iterum, exitu dubio. 426. Repugnat, etiam ope Dæmonum, *ibid.* & Sacrificiis quibus? *ibid.* Claudit ſe tandem, intrà regiam urbem. 426. Urbe captâ, pugnans; pro Occiſo jacet. 428. Undénam mortis ejus fama nata ſit? 429. Subitò convaleſcit è vulneribus: Ninóque captivus exhibetur. 431. De ejus Reſurrectione, fabula. 431. In Aſſyriam abducendus, Ninum vinctus comitatur. *ibid.* Cum Perſis, ac Magis alijs, in eo itinere, agit. 431. 432. Perplexè quid prædicit. 432. Cur expedierit, Eum, in hac adhuc vita, plecti. 432. 433. De Cœlo tactus,

Digitized by Google

ctus, occumbit. 433. De hac ejus morte, diſcipulorum illius mendax jactantia. 434. 435. Ejus Superbia, circa Corporis ſui exuvias. 434. 435. Cur eas adſervari juſſerit. *ibid.* Potuit fieri, ut ex deſperatione ſibi Fulmen exoptaret. 434. Inferis addictus eſt. *ibid.* Quos non ignoravit. *ibid.* Inter *Indigetes* relatus eſt, à Perſis; poſt obitum ſuum. 436.

DECADIS I.
FINIS.

Digitized by Google